UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Censvra Sacræ Facvltatis Theologiæ Parisiensis, In Librum cui titulus est: La Défense de l'authorité de N. S. P. le Pape, ..., contre les erreurs de ce temps, Par Iacqves De Vernant, à Mets, 1658

**Université <Paris> / Faculté de Théologie**

**Parisiis, 1665**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14744**

Visual Library

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

~~Th. 1995.~~

Th 1541a.

~~f.~~ IX
30.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CENSVRA
## SACRÆ FACVLTATIS
### THEOLOGIÆ PARISIENSIS,

In Librum cui titulus eſt:

*La Défenſe de l'authorité de N. S. P. le Pape, de Noſſeigneurs les Cardinaux, les Archeveſques & Eveſques, & de l'employ des Religieux mendiants, contre les erreurs de ce temps,* Par IACQVES DE VERNANT, à Mets, 1658.

CONFIRMATA EX SCRIPTVRIS SACRIS, Conciliorum geſtis & Canonibus, Summorum Pontificum Decretis, Sanctorum Patrum Auctoritatibus, Veterum Theologorum ſententijs, ac Probatorum Hiſtoricorum Monumentis, &c.

*Operâ ac ſtudio quorumdam Theologorum Pariſienſium.*

F. X. 1.

Ex legato Ferdinandi Celsmi Principis Episcopi Paderborn. et Monast. 1683

Collegii Soc^tis Jesu Paderbornæ.

PARISIIS,
Apud GVILLELMVM DESPREZ, viâ Iacobeâ, ſub ſigno D. Proſperi.
M. DC. LXV.
*CVM PERMISSV.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

## S. LEO PAPA EPIST. X.

*Quid autem iniquius, quàm impia ſapere, & Sapientioribus Doctoribuſque non credere? Sed in hanc inſipientiam cadunt, qui cùm ad cognoſcendam veritatem aliquo impediuntur obſcuro, non ad Propheticas voces, non ad Apoſtolicas litteras, non ad Evangelicas authoritates, ſed ad ſe recurrunt; ſed ideò magiſtri erroris exiſtunt, quia veritatis diſcipuli non fuêre.*

MELCHIOR CANVS in Academiâ Salmanticenſi Profeſſor, Epiſcopus Canarienſis, lib. 12. de locis Theologicis.

*Quamquam enim circumferuntur articuli Pariſienſes, qui non ſunt articuli fidei omnes, quoniam nec hanc quidem vel longiſſimè tangunt: ſed ejus Academiæ tamen de fide & religione fixa conſtantiaque decreta ſemper Chriſti Eccleſia ſuſpexit. Qui verò contempſerunt, inaniaque & levia, ac pro nihilo exiſtimaverunt, omnes ad unum periclitati ſunt, & ij qui manifeſtè ab Eccleſiâ diſceſſere, & ij qui Eccleſiæ fuere ſuſpecti: poſtremò ij, qui in occulto adhuc latent, ſed ſuo ſe tempore, ut cæteri prodent.*

# LECTORI.

CEnſura Sacræ Facultatis licet ubique, odorem vetuſtatis ſpiret, & Doctrinam ſanam oculis omnium apertè ſubjiciat, cum tamen aliquos homines ita comparatos noverimus, ut quæcumque ſibi minus arrideant nova ac peregrina prædicēt, eorum moribus non nihil cōcedentes S. Baſilium ſecuti ſumus, qui accuſatione novitatis pulſatus, veterum imploravit auxilium, S. Clementis Romani, S. Irenæi, Iulij Africani, Dionyſii Romani, Dionyſii Alexandrini, Gregorii Neocæſarienſis & Firmiliani teſtimoniis veritatem, calumniis oppreſſam vindicavit, & accuſatorum ora compeſcuit. Nudam ſi quis Cenſuram reformidet, ſi eius doctrinâ paucis verbis expoſitâ quis moveatur, nec fama Facultatis tot ſæculis commendata, hunc ſcrupulum ſanet; depoſito metu, hanc adeat ſecurus, dum Scripturâ Sacrâ, Conciliorum Deffinitionibus, Summorum Pontificum Decretis, & Sanctorum Patrum ſententiis confirmatam intuebitur, nec ibi novitatis umbram quærat, ubi tot fulgent lumina vetuſtatis, & fateatur facultatem ea duntaxat poſteris tradere quæ à maioribus acceperit: innumera eiuſmodi, cum Cenſura conficeretur, in Facultate adducta ſunt fundamenta; hæc pauca interim quæ retinuimus, Tibi Lector benevole offerimus, expectantes ut qui, fæliciori memoriâ valent, univerſa ac ſingula in lucem emittant.

# CATALOGVS CONCILIORVM
## *& Authorum qui referuntur in hoc Opuſculo.*


ACta Apoſtolorum.
S. Athanaſius.
Athenagoras.
S. Auguſtinus.
Agapetus Papa.
Auxilius.
Agobardus.
Anaſtaſius Bibliothecarius.
Ayto Epiſcopus Baſileenſis.
Æneas Sylvius.
Adrianus ſextus.
Angelus de Clavaſio.
Alphonſus à Caſtro.
Appellatio Dominorum Cardinalium.
Appellatio Vniverſitatis Pariſienſis.
Appel au futur Concile par Monſieur le Procureur General du Parlement de Paris.
Arreſts de la Cour du Parlement de Paris.
Articuli Facultatis Theologiæ Pariſ.

B

S. Baſilius.
Beda Venerabilis.
S Bernardus.
Balzamon.
Bonifacius 8.
Bulla retractationis Pij 2. Papæ
Bref du Pape Clement 7. au Roy François premier.

C

S. Clemens Alexandrinus.
S. Cyprianus.
Clerus Romanus.
S. Chryſoſtomus.
Celeſtinus.
S. Cyrillus Alexandrinus.
Carolus Magnus.
Collatio Romæ habita pro Synodali additione.
Cedrenus.
Concilium Eliberitanum.
Concilium Næocæſarienſe.
Concilium Nicænum.
Concilium Laodicænum.
Concilium Antiochenum.
Concilium Gangrenſe.
Concilium Sardicenſe.
Concilium Ariminenſe.
Concilium Carthaginenſe.
Concilium Cabilonenſe 2.
Concilium Epheſinum.
Concilium Chalcedonenſe.
Concilium quintum Generale.
Concilium ſextum Generale
Concilium Hiſpalenſe primum.
Concilium Meldenſe.
Concilium Arelatenſe.
Concilium Agathenſe.
Concilium Epaonenſe.
Concilium Vaſenſe.
Concilium Hiſpalenſe ſecundum.
Concilium Braccarenſe.
Concilium Namnetenſe.
Concilia Toletana.
Concilium Emeritenſe.
Concilium Aurelianenſe.
Concilium Septinenſe.
Concilium Turonenſe.
Concilium Pariſienſe.
Concilium Aquiſgranenſe.
Concilium Valentinum.
Concilium Troſlejanum.
Concilium Seleguuſtadienſe.
Concilium Ticinenſe.
Concilium Lateranenſe.
Concilium Mediolanenſe.
Concilium Tholoſanum.


C

Concilium Piſanum.
Concilium Conſtantienſe.
Concilium Baſileenſe.
Concilium apud Beatam Mariam de Prato in Provinciâ Rothomagi.
Concilium Narbonenſe.
Concilium Florentinum.
Concilium Senonenſe.
Concilium Tridentinum.
Cronicon S. Medardi.
Cronicon S. Petri vivi.
Cenſuræ plures ſacræ Facultatis Theologiæ Pariſienſis.
Concluſiones ſacræ Facultatis Theologiæ Pariſienſis.

D

Dionyſius Alexandrinus.
Decreta ſacræ Facultatis Theologiæ Pariſienſis.

E

Evangelium S. Matthæi.
Evangelium S. Marci.
Evangelium S. Lucæ.
Evangelium S. Ioannis.
Epiſtola prima S. Petri.
Epiſtola S. Pauli ad Romanos.
Epiſtola S. Pauli ad Corinthios.
Epiſtola S. Pauli ad Collocenſes.
Epiſtola S. Pauli ad Timotheum.
Epiſtola S. Pauli ad Titum.
Euſebius Cæſarienſis.
Epiphanius.
Epiſtola Concilii VI. Carthagin.
Epiſtola Clericorum Italiæ ad Legatos Galliæ qui proficiſcebantur ad Concil. Conſtantinopolitanum.
Epiſtola Eccleſiæ Atrebatenſis.
Epiſtola Vniverſitatis Pariſ.
Epiſtola Synodalis Conc. Baſileenſis.
Extrait de l'inſtruction donnée à Monſieur de Ramboüillet envoyée à Rome en 1560.
Edictum Imperij Maximiliani.
Edictum Ludovici duodecimi.

F

Fœlix III. Papa.
Flodoardus.
Fulbertus.
Ferdinandus Pouzettus.

G

Gelaſius Papa.
S. Gregorius Magnus.
Gregorius ſeptimus.
Goffridus Vindocinenſis.
Galo Cardinalis.
Gregorius undecimus.
Guillelmus Andegaven. Epiſcop.
Guy Coquille.

H

S. Hilarius.
S. Hieronymus.
Hormiſdas Papa.
Herardus Archiepiſ. Turon.
Hincmarus Rhemenſis.
Hugo Epiſcopus Pariſienſis.
Hiſtoria Concilij Florentini.

I

S. Ignatius Martyr.
Iuſtinus Martyr.
S. Irenæus.
Iulius Papa.
Innocentius primus.
Ioannes Octavus Papa.
Innocentius ſecundus.
Yvo Carnotenſis
Innocentius tertius.
Innocentius quartus.
Inſtrumentum appellationis Philippi [Pulchri
Ioannes d'Amboiſe Lingon. Epiſcop.
Ioannes Gerſonius.
Iacobus de Paradiſo.
Iacobus Almaïnus.
Ioannes Major.
Iodocus Clitoveus.
Ioannes Quintinus.

L

Leo primus.
Leo ſecundus.

Leo tertius.

Luitprandus.

Lettre de Philippes le Bel au Pape Clement V.

Lettre de Louys Comte d'Evreux & de Guy Comte de S. Paul au Pape Clement V.

Litteræ ſanctæ Synodi Piſanæ.

Lettre de Louys 12. à l'Vniverſité de Paris.

Lettre de Mr Ferrier au Roy.

Lettre de Mr. de Lanſſac à Mr. de l'Iſle Ambaſſadeur à Rome touchant les memoires du Concile de Trente.

Lettre de Mr. le Cardinal de Lorraine au Sr. P. Breton ſon Secretaire & Agent en Cour de Rome.

M

Martinus primus.

Maximus Abbas.

Magiſter Sententiarum.

Matthæus Pariſienſis,

Monſieur Leſchaſſier.

Monſieur de Thou Eveſque de Chartres.

N

Nicolaus primus.

Nicolaus de Cuſa.

O

Oſius Cordubenſis.

Optatus Milevitanus,

Otto Frinſingenſis.

P

S. Polycarpus Martyr.

Primaſius

Pelagius 1.

Petrus de Alliaco.

Petrus de Marca.

R

Regula S. Benedicti.

Regula S. Aureliani.

Riculfus Sueſſionum Epiſcop.

Raynoldus Remenſis.

Rodulphus Glaber

Richardus Archiepiſ. Armacanus.

S

Siricius Papa.

Socrates.

Sozomenus.

Symmachus Papa.

Sylveſter Secundus.

Synodus Lemovicenſis.

Stephanus Rex Vngariæ.

Stephanus Tornacenſis Epiſcopus.

Synodus Auguſtana.

Synodus Carnotenſis.

Synodus Burdigalenſis.

Synodus Aquenſis.

Synodus Pariſienſis.

Synodus Rothomagenſis.

Synodus Remenſis.

Synodus Turonenſis.

Synodus Andegavenſis.

Statuta Synodalia Eccl. Rothomag.

T

Theophilactus Antiochenus.

Tertullianus.

Theodoretus.

Theodulphus Aurelianenſis.

V

Vincentius Lirinenſis.

Vrbanus ſecundus.

Vniverſitas Pariſienſis.

Vniverſitas Colonienſis.

Vniverſitas Viennenſis.

Vniverſitas Cracovienſis.

Vniverſitas Herfordienſis.

Z

Zozimus Papa.

Zonaras.


CENSVRA

# CENSVRA

## SACRÆ FACVLTATIS

Theologiæ Pariſienſis in librum cui titulus eſt: *La Défenſe de l'authorité de N. S. P. le Pape, de Noſſeigneurs les Cardinaux, les Archeveſques & Eveſques, & de l'employ des Religieux mendiants, contre les Erreurs de ce temps*, par IACQVES DE VERNANT, à Mets, 1658.

QVod olim prudenti decreto ſanxiſſe Patres Sardicenſes circa fidei Nicenæ formulam narrat S. Athanaſius, hoc etiam in controverſijs de poteſtate & Hierarchiâ Eccleſiaſticâ ſtabilitum optaret ſacra Facultas: ſufficere nempe antiqua Patrum decreta, nihilque hinc & inde vlterius conſcribendum; ne illis, quibus libido eſt ſemper nova ſtatuendi, occaſio eiuſmodi ſuppeteret, vt negotia ſæpius à maioribus definita, velut adhuc dubia & incerta retractarent. Verùm quoniam antiquus hoſtis humani generis ad ſubverſionem iuſtorum varijs temporibus ſuſcitat* homines ſuperbos, vaniloquos, habentes quidem ſpeciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes, *qui ſacram Hierarcharum*

# CENSVRE

## *DE LA SACRE'E FACVLTE*

*de Theologie de Paris, contre vn Livre qui a pour tiltre:* La Défenſe de l'authorité de N. S. P. le Pape, de Noſſeigneurs les Cardinaux, les Archeveſques & Eveſques, & de l'employ des Religieux mendiants, contre les Erreurs de ce temps, *par IACQVES DE VERNANT, à Mets, 1658.*

CE que les Peres du Concile de Sardicque, au rapport de S. Athanaſe, ordonnerent autrefois avec beaucoup de prudence touchant le formulaire de la foy de Nicée, c'eſt à ſçavoir, que les anciennes determinations des Peres devoient ſuffire, & qu'il ne falloit plus rien écrire ny de part ny d'autre, de peur que ceux qui ont une paſſion & une demangeaiſon de faire tous les iours de nouvelles ordonnances, ne priſſent de là occaſion de traiter derechef les matieres qui avoient eſté definies par les anciens, comme ſi elles eſtoient encore douteuſes & incertaines. La ſacrée Faculté ſouhaiteroit de le voir eſtabli dans les queſtions où il s'agit de la puiſſance & de la Hierarchie Eccleſiaſtique: Mais comme l'ancien Ennemy du genre humain ne manque point de temps en temps pour le renverſement des iuſtes, *de ſuſciter des hommes orgueilleux & pleins de vani-*

*té dans leurs paroles, qui n'ayans qu'une pieté feinte & apparente, puis qu'ils en dementent la verité par leurs œuvres,* ne ceſſent de ravaller par tout autant qu'ils peuvent l'authorité ſacrée des Prelats, & qui à l'exemple de *Iannés* & *Mambrés* reſiſtent opiniaſtrement aux Puiſſances legitimes que Dieu a eſtablies ſur eux, il eſt neceſſaire pour cela *que les Docteurs que Dieu a deſtinez pour la perfection des Saints, pour travailler à l'ouvrage du miniſtere Evangelique, & pour l'edification du Corps myſtique de* IESVS-CHRIST, *qui eſt l'Egliſe*, s'oppoſent fortement & genereuſement à tous ceux *qui ne voulans pas acquieſcer aux paroles de noſtre Seigneur* IESVS-CHRIST, *& à la doctrine qui eſt conforme aux regles de la pieté*, confondent tous les droits de la puiſſance Eccleſiaſtique, & ne craignent pas de ſe ſervir de toutes ſortes d'inventions ſecrettes, & d'artifices malicieux pour renverſer la Hierarchie eſtablie par l'ordre de Dieu meſme. Mais le plus effronté de tous eſt celuy qui vient de paroiſtre deguiſé ſous le maſque & ſous le faux nom de IACQVES DE VERNANT, duquel on a reconnu qu'au meſme temps qu'il feint ſous vn titre ſpecieux & plein de faſte, de vouloir entreprendre la défenſe du Pape & des Eveſques, il conſpiroit en effet la perte & la ruïne de toute la Hierarchie, dans ſon Livre intitulé, *La defenſe de N. S. P. le Pape, &c.*

Honorable homme M. Antoine de Breda, Docteur & Syndic de la meſme Faculté, ayant ſelon le devoir de ſa charge, deferé ce livre à la Faculté dans une aſſemblée generale tenuë dans la grande ſalle du College de Sorbonne l'année 1664. le premier iour d'Avril apres la Meſſe du S Eſprit celebrée à la maniere accoûtumée, ce requerant pluſieurs *des Curez du Poictou* par des letres écrites

*auctoritatem paſſim deprimant, & velut* Iannes & Mambres, *poteſtatibus à Deo ſibi præpoſitis contumaciter obluctentur: Idcircò neceſſe eſt* Doctores, quos Deus dedit ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti, quod eſt Eccleſia, *animosè & fortiter reſiſtere hominibus illis*, qui cum non acquieſcant ſanis ſermonibus Domini noſtri IESV CHRISTI, & ei quæ ſecundùm pietatem eſt doctrinæ, *omnia poteſtatis Eccleſiaſticæ iura confundunt, & Hierarchiam divinâ ordinatione inſtitutam occultis & ſubdolis molitionibus ſubvertere non verentur. Audaciſſimus omnium prodijt nuper larvatus ac perſonatus homo* IACOBVS DE VERNANT: *qui dum ambitioſo ſimul & invidioſo titulo Summi Pontificis & Epiſcoporum defenſionem ſuſcipere mentitur, in totius Hierarchiæ perniciem ac deſtructionem reipſa conſpirare deprehenſus eſt, in libro cui titulus:* La Défenſe de noſtre ſaint Pere le Pape, de Noſſeigneurs les Cardinaux, les Archeveſques & Eveſques, & de l'employ des Religieux mendiants, contre les Erreurs de ce temps.

*Cùm autem anno Domini milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo quarto, die prima Aprilis, honorandus Magiſter* ANTONIVS DE BREDA, *eiuſdem Facultatis Doctor & Syndicus, pro officio ſuo in ſolenni congregatione, habitâ in maiori aulâ Collegij Sorbonæ, poſt Miſſam de Spiritu ſancto more ſolito celebratam, librum iſtum ad ſacram Facultatem detuliſſet; id*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ità poſtulantibus pleriſque è* Pictavienſibus Parochis, *per litteras ad Facultatem, V. D. Decanum, & D. Syndicum ſcriptas, & de eodem libro Facultatis iudicium enixè flagitantibus, prædicta Facultas* parata ſemper, *iuxtà mandatum Apoſtoli*, ad ſatisfactionem omni poſcenti, *provinciam libri iſtius examinandi decem ſelectis Doctoribus demandavit. Qui quidem cùm per menſem integrum frequentiſſimas inter ſe congregationes habuiſſent; in ſolenni congregatione apud Sorbonam poſt Miſſam de Spiritu ſancto, vt moris eſt, celebratam, plurimas Propoſitiones ex prædicto libro excerptas & in indicem redactas, primùm Facultati obtulerunt die 2° menſis May, ſubinde verò prædictis propoſitionibus, in congregationibus privatis, diverſis diebus, & iteratis vicibus, inter deputatos maturè ac diligenter agitatis, ſuum de illis iudicium ad prædictam Facultatem retulerunt die 15. eiuſdem menſis.*

*Quibus auditis, ac ſingulis momentis, in ſex generalibus comitiis Doctorum frequentiâ ac multitudine ampliſſimis, tam per dictos deputatos, quàm per cæteros magiſtros hinc & inde diſcuſſis, & re totâ in deliberationem per Decanum eiuſdem Facultatis adductâ, ſacra Facultas de prædictis propoſitionibus ſelectis & examini ſubiectis ſic cenſuit.*

tant à la Faculté, qu'à Meſſieurs les Venerables Doyen & Syndic, par leſquelles ils ſupplient inſtamment la Faculté de vouloir porter ſon iugement ſur ce livre. La ſacrée Faculté *qui eſt toûjours preſte*, ſuivant le commandement de l'Apoſtre, *de ſatisfaire à tous ceux qui ont recours à elle*, a deputé dix Docteurs pour examiner ledit livre, leſquels apres des Conferences tres-frequentes qu'ils ont euës enſemble pendant un mois entier, ont fait un extrait de pluſieurs propoſitions qu'ils avoient tirées dudit livre. Et dans l'aſſemblée generale tenuë en Sorbonne le deuxiéme iour de May apres la Meſſe du S. Eſprit celebrée, comme on a de coûtume, les ont premierement preſentées à la Faculté, & en ſuitte apres avoir meurement & diligemment examiné entr'eux leſdites propoſitions dans les conferences qu'ils ont euës en particulier en divers iours & à pluſieurs fois, ont fait rapport à ladite Faculté le quinziéme iour du meſme mois, du iugement qu'ils en avoient porté.

Ces Docteurs ayans eſté ouys, & toutes les raiſons exactement diſcutées de part & d'autre, tant par les deputez que par les autres Docteurs, dans ſix aſſemblées generales tres-nombreuſes par la multitude de ceux qui s'y ſont trouvez; toute l'affaire miſe en deliberation par le Doyen de la meſme Faculté de toutes les propoſitions extraites & ſoûmiſes à leur examen, la ſacrée Faculté en a porté le iugement qui s'enſuit.

*QVELQVES PROPOSITIONS entre pluſieurs autres tirées du livre intitulé,* La Défence de l'authorité de N. S. P. le Pape, &c. *Par* IACQVES DE VERNANT, *condamnées par la ſacrée Faculté de Theologie de Paris.*

PROPOSITIONES ALIQVOT inter innumeras alias ſelectæ ex prædicto libro: *La Defenſe de l'authorité de N. S. P. le Pape, &c. par* IACQVES DE VERNANT, per ſacram Theologorum Pariſienſium Facultatem damnatæ.

DE L'EGLISE ET DES CONCILES.

DE ECCLESIA ET CONCILIIS.

Epiſt. Dedicat.

C'Eſt à luy ſeul, *ſçavoir au Souverain Pontife*, d'oſter & d'expliquer par l'oracle d'une verité infaillible, tous les doutes en matiere de foy, ſans qu'il ſoit beſoin pour cela qu'il aſſemble des Conciles deſquels il approuve les definitions, explique & modifie les loix, & meſme ſelon que l'eſtat des choſes, des temps, & le bien de l'Egliſe le demandent, les abroge par d'autres toutes contraires.

EIus eſt vnius (ſcilicet Summi Pontificis) *emergentia circa fidem dubia infallibilis veritatis oraculo tollere & explanare, nec continuò indictis ad hoc ipſum Conciliys: quorum definitiones probat, leges explicat, temperat, & quandò ità expoſcit ratio temporis, & Eccleſiæ bonum, per contrarias penitùs abrogat.*

Page 254. LEs Oracles de l'Egliſe Romaine terminent infailliblement tous les differens qui naiſſent dans l'Egliſe, à cauſe que le Pape ne peut errer en ſes iugemens, alors qu'il propoſe en qualité de Vicaire de IESVS-CHRIST, vn article de Foy, pour eſtre receu generalement de toute l'Egliſe, laquelle ne peut eſtre trompée en le recevant, parce qu'il y a deux eſpeces d'infaillibilité, l'vne active, l'autre paſſive. La premiere appartient au Pape en qualité de Vicaire de IESVS-CHRIST, la ſeconde à l'Egliſe, toutes deux authoriſées ſur la parole de Dieu.

CENSVRE.

*Ces propoſitions* entant qu'elles excluent de l'Egliſe l'infaillibilité active, ou l'authorité d'oſter & d'expliquer par l'oracle d'une verité infaillible, les doutes qui arrivent en matiere de Foy, *ſont fauſſes, temeraires, ſcandaleuſes, & heretiques.*

*CENSVRA.*

Hæ propoſitiones, quatenùs *excludunt ab Eccleſiâ infallibilitatem activam, ſeu auctoritatem emergentia circà fidem dubia, infallibilis veritatis oraculo tollendi & explanandi*, falſæ ſunt, temerariæ, ſcandaloſæ, & hæreticæ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Fol. 95. & 96.* Inſtrumentum revocationis factæ de mandato & ordinatione Facultatis Theol. Pariſ. per Fratrem Ioannem Sarraſin Prædicatorem, de certis propoſitionibus per ipſum malè prædicatis contrà Sacram Doctrinam.

*Primò. Omnes poteſtates iuriſdictionis Eccleſiæ, aliæ à papali poteſtate, ſunt ab ipſo Papâ quantùm ad inſtitutionem & collationem.*

2°. *Huiuſmodi poteſtates non ſunt de iure divino, nec immediatè inſtitutæ à Deo.*

3°. *Non invenitur Chriſtum tales poteſtates, ſcilicet, alias à papali, expreſſè ordinaſſe, ſed tantùm ſupremam, cui commiſit Eccleſiæ fundationem.*

4°. *Quandocumque in aliquo Concilio aliqua inſtituuntur, tota auctoritas dans vigorem ſtatutis, in ſolo ſummo reſidet Pontificio.*

5°. *Ex textu Evangelij non habetur expreſſe, alicui Apoſtolorum niſi Petro, auctoritatem iuriſdictionis fuiſſe collatam.*

6°. *Dicere, inferiorum Prælatorum poteſtatem iuriſdictionis, ſive ſint Epiſcopi ſive Curati, eſſe immediatè à Deo ſicut poteſtatem Papæ, veritati quodammodo repugnat.*

7°. *Sicut nullus flos & nulla pullulatio, nec etiam omnes flores & pullulationes ſimul, poſſunt aliquid*

*L'ACTE DE REVOCATION faite par le commandement & par l'ordre de la Faculté de Theologie de Paris. Par Frere* IEAN SARRASIN, *de l'Ordre des Freres Preſcheurs, touchant certaines mauvaiſes propoſitions qu'il avoit mal preſchées contre la ſacrée Doctrine.* 2. Martij 429.

Premierement. Toutes les puiſſances de Iuriſdiction de l'Egliſe, autres que la puiſſance Papale, viennent du Pape quant à leur inſtitution & collation.

2. Toutes ces puiſſances ne ſont point de droit divin ny immediatement eſtablies de Dieu.

3. On ne trouve point que Iesvs-Christ ait expreſſement inſtitué telles puiſſances, ſçavoir, autres que celle du Pape : mais qu'il a ſeulement eſtabli une puiſſance ſouveraine, à laquelle il a commis la fondation de l'Egliſe.

4. Quand on eſtablit quelques choſes dans un Concile, toute l'authorité qui donne vigueur aux definitions reſide dans le ſeul ſouverain Pontificat.

5. Nous n'avons point expreſſement dans le texte de l'Evangile, que l'authorité de Iuriſdiction ait eſté donnée à aucun des Apoſtres, ſinon à Pierre.

6. Dire que la puiſſance de Iuriſdiction des Prelats inferieurs, ſoit Eveſques, ſoit Curez, vienne immediatement de Dieu, comme la puiſſance du Pape, cela repugne en quelque maniere à la verité.

7. Comme nulle fleur & nul rejetton, ny meſme toutes les fleurs & tous les rejettons enſemble ne peuvent rien ſur



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

l'arbre, parce que toutes ces choſes ne ſont que pour l'arbre, comme elles derivent de l'arbre: Ainſi toutes les autres puiſſances ne peuvent rien de droit contre le ſouverain Sacerdoce: & plus bas il eſt dit, que la puiſſance ſpirituelle c'eſt le ſouverain Pontife, comme il eſt rapporté que Hugues de S. Victor l'a dit au ſecond des Sacremens. D'où l'on peut voir que par le ſouverain Sacerdoce on doit entendre le Pape.

8. Le Pape ne peut commettre la ſimonie défenduë par le droit poſitif & par les Canons.

Leſquelles propoſitions aprés avoir eſté diligemment examinées par les deputez de la meſme Faculté, nous iugeons devoir eſtre reparées, veu principalement que Monſieur le Recteur & pluſieurs de l'Vniverſité avoient requis cette reparation en preſence de ladite Faculté. Enfin apres une meure, exacte, & unanime deliberation de tous les Docteurs de ladite Faculté, tant Regents que non Regents, Seculiers que Reguliers, Monſieur le Doyen a conclu que le ſuſdit Frere Iean Sarraſin de l'Ordre des Freres Preſcheurs, qui a eſté oüi pendant vn fort long temps, des intentions duquel on a eſté parfaitement informé, & qui s'eſt ſoûmis à ladite Faculté de Theologie, diroit en pleine aſſemblée, & encore apres dans la ſalle du Reverend Seigneur Eveſque de Paris, à la Doctorerie de Frere Girard de Salines de l'Ordre des Freres Mineurs, apres la premiere queſtion de ſon expectative, ce qui s'enſuit en ces termes.

Quelques uns ont eſté ſcandaliſez de ma Veſperie, comme il m'a eſté ſignifié par la Faculté de Theologie ma mere, parce qu'ils ont compris, comme

*in arborem, quia hæc omnia ſunt propter arborem inſtituta, & ab arbore derivata: ſic omnes aliæ poteſtates nihil de iure poſſunt contrà ſummum Sacerdotium; infrà dicitur, quod ſpiritualis poteſtas eſt Summus Pontifex, vt recitatur Hugonem de S. Victore dixiſſe. 2°. de Sacramentis. Ex quo poteſt videri, quod hìc per Summum Pontificium, Summus Pontifex intelligatur.*

8°. *Summus Pontifex canonicam ſimoniam à iure poſitivo prohibitam, non poteſt committere.*

*Quas propoſitiones ſeu dicta, pluries per deputatos eiuſdem Facultatis diligenter examinata, iudicabamus eſſe reparanda, præſertim cum Dominus Rector & multi de Vniverſitate, talem reparationem requiſiſſent, in præſentiâ dictæ Facultatis. Tandem præfatus Dominus Decanus ex maturâ & diligenti ac concordi deliberatione magiſtrorum dictæ Facultatis tàm Regentium quàm non Regentium, & tàm ſecularium quàm Religioſorum præhabita concludit, quod prędictus F. Ioannes Sarraſin Ordinis Fratrum Prædicatorum, qui tunc & aliàs auditus fuit ad longum, & cuius intentio ſcita fuit, & qui etiam ſe ſubmiſerat dictæ Facultati Theologicæ; diceret in dictâ congregatione, & deinde in aulâ reverendi Domini Epiſcopi Pariſienſis, in magiſterio Fratris Girardi de Salinis Ordinis Fratrum Mirum poſt primam quæſtionem expectatoriam ſub hac formâ.*

*Ex veſperijs meis quidam fuerunt ſcandaliſati, ſicut mihi ſignificatum eſt per matrem meam Facultatem Theologiæ, tanquam in-*

*tollexerint quod voluerim inter alia, detrahere poteſtati & Eccleſiæ & Prælatorum aliorum Eccleſiaſticorum, & ſpecialiter occaſione quarumdam propoſitionum per me in iiſdem veſperijs meis dictarum. Volens propterea, quantum in me eſt, tollere omne ſcandalum, & eſſe filius obedientiæ & pacis, & aſſertor veritatis. Dico nunc ex ordinatione eiuſdem matris meæ Facultatis Theologiæ; cuius ordinationi, diſpoſitioni & omnimodæ determinationi me ſubmiſi & ſubmitto, ac etiam vltroneâ voluntate, veritates quæ ſequuntur.*

4ª. *Veritas. Quandocumque in aliquo Concilio aliqua inſtituuntur, tota auctoritas dans vigorem ſtatutis, reſidet non in ſolo Summo Pontifice, ſed principaliter in Spiritu ſancto & Eccleſiâ Catholicâ.*

ayant entendu que ie voulois entre autres choſes deroger à la puiſſance & de l'Egliſe, & des Prelats ſpecialement à l'occaſion de quelques propoſitions que i'ay avancées dans ma dite Veſperie. C'eſt pourquoy voulant autant qu'il eſt en moy oſter tout ſcandale, & eſtre enfant d'obeyſſance & de paix & défenſeur de la verité, ie dis maintenant par le commandement de la meſme Faculté de Theologie ma mere, à l'ordre, diſpoſition & entiere determination de laquelle ie me ſuis ſoûmis & me ſoûmets, comme auſſi de ma franche volonté, les veritez qui s'enſuivent.

La 4. verité. Toutes les fois qu'on eſtablit quelque choſe dans vn Concile, toute l'authorité qui donne vigueur aux definitions, ne reſide pas dans le Pape ſeul; mais principalement dans le S. Eſprit, & dans l'Egliſe Catholique.

---

## *QVELQVES PROPOSITIONS TIRE'ES DV LIVRE intitulé*, Le Pacifique veritable, &c.

### 1. *Propoſition. Chapitre* 1.

pag. 1. L'Eſtat de l'Egliſe ſemble à quelques-uns menacée d'une alteration dangereuſe, par une difficulté tres-importante au repos de la conſcience des fideles, troublée par le ſcandale qui ſe va formant, ſur la queſtion du legitime uſage du Sacrement de Penitence & de la digne Communion au S. Sacrement de l'Euchariſtie. Mais il eſt aisé de tirer tout ſcrupule hors des conſciences qui s'en trouvent le plus chargées, & les mettre en repos par un naïf éclairciſſement de l'immuable foy de l'Egliſe en cette matiere, comme en toute autre. Car cette controverſe ſera facilement terminée, pourveu que les auteurs du debat acquieſcent conſciencieuſement & de bonne foy à l'authorité du ſaint Concile de Trente. En ce faiſant il ne ſera point neceſſaire d'aller conſulter le ſaint Siege, ny de rechercher ailleurs ſon authorité, que là où nous avons ſon iugement irrefragable, ſelon le vray & ſeul eſtat auquel toutes ces deciſions ſont infaillibles en la foy, qui eſt dans le Concile univerſel. *Idem pag.* 7. & 8. 23. Iunij 644.

Chap. 19. pag. 87. L'Egliſe ne fait rien de nouveau, que lors qu'elle

agit par ſes definitions & determinations dans les Conciles vniverſels, dans leſquels ſeuls ſe montre & declare le conſentement unanime de l'Egliſe.

Pag. 88. Et c'eſt ce qu'elle ne fait iamais autrement que par les definitions de ſes Conciles vniverſels.

CENSVRE.

Ces propoſitions entant qu'elles n'attribuënt l'infaillibilité à l'Egliſe univerſelle en nul autre eſtat que dans le ſeul Concile OEcumenique, & qu'elles ſuppoſent que l'Egliſe a eſté quelque temps privée de la connoiſſance de l'uſage legitime de la penitence, ſont temeraires, iniurieuſes à l'Egliſe, & heretiques.

*CENSVRA.*

*Hæ propoſitiones, in quantum infallibilitatem Eccleſiæ vniverſali, in nullo alio ſtatu quàm in ſolo Concilio œcumenico congregatæ tribuunt, & ipſam aliquo tempore, legitimi vſus pœnitentiæ cognitione caruiſſe ſupponunt, temerariæ ſunt, ipſi Eccleſiæ iniurioſæ, & hæreticæ.*

---

*Declaration de M. François Guillou Bachelier en Theologie, faite à l'occaſion de quelques propoſitions contenuës dans ſes Theſes de mineure ordinaire, leſquelles ont eſté effacées par les Deputez de la Faculté, ſelon l'ordre qu'ils en avoient receu de la meſme Faculté.*

15. Ian. 1656.

IE reconnois & confeſſe que la Iuriſdiction des Eveſques eſt de droit divin, & qu'elle vient immediatement de IESVS-CHRIST: que les Eveſques ſont veritablement Iuges dans les Conciles generaux, & que le Pape doit prononcer ſelon leurs iugemens: Et mon intention n'a point eſté de dire rien de contraire à cela dans ma Theſe de laquelle quelques vns ſe ſont plains. En foy de quoy i'ay ſigné cette preſente declaration le 14 Ianuier, 1656. Signé, GVILLOV, auec paraphe.

Declaratio M. Franciſci Guillou, facta occaſione aliquot propoſitionum in ſuis Theſibus minoris ordinariæ contentarum, quas S. Facultas per ſuos deputatos deleri curavit.

*AGnoſco & fateor Epiſcoporum iuriſdictionem eſſe iuris divini, & eſſe immediatè à Chriſto, eoſque in Concilys generalibus vere eſſe iudices, atque in ys ex eorum iudicys S. Pontificem pronunciare: neque quidquam in meâ theſi, de quâ nonnulli conqueſti ſunt, contrarium dicere intendi. In cuius fidem hìc ſubſcripſi die 14. Ian. 1656. Signatum*, GVILLOV, *cum ſyngraphâ.*

Secunda

Secunda & tertia Propoſitio Declarationis Regi factæ 1663.

II.

*Eſſe doctrinam Facultatis ejuſdem, quòd Rex Chriſtianiſſimus nullum omninò agnoſcit nec habet in temporalibus ſuperiorem præter Deum; eámque ſuam eſſe antiquam doctrinam, à quâ nunquam receſſura eſt.*

III.

*Doctrinam Facultatis eſſe, quòd ſubditi fidem & obedientiam Regi Chriſtianiſſimo ità debent, ut ab ijs nullo prætextu diſpenſari poſſint.*

*La deuxiéme & troiſiéme Propoſition de la Declaration faite au Roy 1663.*

II.

Que c'eſt la doctrine de la Faculté, que le Roy ne reconnoiſt & n'a d'autres Superieurs au temporel, que Dieu ſeul; que c'eſt ſon ancienne doctrine, de laquelle elle ne ſe départira iamais.

III.

Que c'eſt la doctrine de la meſme Faculté, que les Sujets du Roy luy doivent tellement la fidelité & l'obeïſſance, qu'ils n'en peuvent eſtre diſpenſez ſous quelque pretexte que ce ſoit.

---

Cenſura quarundam Propoſitionum Fratris Ioannis d'Angeli, 5. Feb. 1482.

fol. 106. *FRater Ioannes Angeli Religioſus Fratrum Minorum in Quadrageſimâ noviſſimâ publicè prædicavit articulos ſeu propoſitiones ſequentes tam in Eccleſiâ Tornacenſi, quàm in parochialibus Eccleſijs Sanctorum Petri & Quintini Tornacenſis, Capitulo præfatæ Eccleſiæ Tornacenſis ſubditis, cui Fratres Minores Conventus civitatis Tornacenſis favorem & aſſiſtentiam omnimodam præbuerunt.*

8us. *articulus. Papa poſſet totum Ius Canonicum deſtruere & novum conſtruere.*

CENSVRA.

*Hæc propoſitio eſt ſcandaloſa & blaſphematoria, & piarum aurium offenſiva, &c.*

*La Cenſure de quelques Propoſitions de Frere Iean d'Angeli, le 5. Fevrier 1482.*

FRere Iean d'Angeli, Religieux des Freres Mineurs, dans le Careſme dernier a preſché publiquement les articles ou propoſitions qui ſuivent, tant dans l'Egliſe de Tournay, que dans les Egliſes parroiſſiales de S. Pierre & de S. Quentin de Tournay, dependantes du Chapitre de ladite Egliſe de Tournay; auquel les Freres Mineurs du Convent de la ville de Tournay, ont donné toute ſorte de ſupport & d'aſſiſtance.

Le 8. article. Le Pape pourroit détruire tout le Droict Canon, & en eſtablir un tout nouveau.

CENSVRE.

Cette Propoſition eſt ſcandaleuſe & blaſphematoire, & offenſe les oreilles des perſonnes de pieté.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Seconde Propoſitiõ de Iacques de Vernant.

p. 110. C'eſt pourquoy il n'y a aucune authorité inferieure à celle de Dieu, qui puiſſe rétreindre le pouvoir du Pape, ny faire des loix à celuy qui ne releve que de Dieu.

CENSVRE.

Cette propoſition *entenduë de l'uſage & de l'exercice de la puiſſance du Pape*, eſt fauſſe, déroge à l'authorité de l'Egliſe & des Conciles.

*CENSVRA.*

*Hæc propoſitio intellecta* de uſu & exercitio poteſtatis Papalis, *falſa eſt; Eccleſiæ & Conciliorum authoritati derogans.*

---

*De la revocation faite, par le commandement & par l'ordre de la Faculté de Theologie de Paris, par Frere Iean Sarraſin de l'Ordre des Freres Preſcheurs.*

*6.* Dire que la puiſſance de Iuriſdiction des Prelats inferieurs, ſoit Eveſques, ſoit Curez, vienne immediatement de Dieu, comme la puiſſance du Pape, cela repugne en quelque maniere à la verité.

7. Comme nulle fleur & nul rejetton, ny meſme toutes les fleurs & tous les rejettons enſemble, ne peuvent rien ſur l'arbre, parce que toutes ces choſes ne ſont que pour l'arbre, comme elles derivent de l'arbre: Ainſi toutes les autres puiſſances ne peuvent rien de droit contre le Souverain Sacerdoce. Et plus bas il eſt dit, que la puiſſance ſpirituelle c'eſt le Souverain Pontiſe, comme il eſt rapporté que Hugues de S. Victor l'a dit au ſecond des Sacremens. D'où l'on peut voir que par le ſouverain Sacerdoce on doit entendre le Pape.

8. Le Pape ne peut commettre la ſimonie deffenduë par le droit poſitif & par les Canons.

Ex revocatione factâ de mandato Facultatis Theologiæ Pariſienſis per Fratrem Ioannem Sarraſin Prædicatorem.

6. *Dicere, inferiorum Prælatorum poteſtatem juriſdictionis, ſive ſint Epiſcopi, ſive Curati, eſſe immediatè à Deo ſicut poteſtatem Papæ, veritati quodammodo repugnat.*

7. *Sicut nullus flos & nulla pullulatio, nec etiam omnes flores & pullulationes ſimul, poſſunt aliquid in arborem, quia hæc omnia ſunt propter arborem inſtituta, & ab arbore derivata: ſic omnes aliæ poteſtates nihil de jure poſſunt contrà Summum Sacerdotium: Infrà dicitur, quod ſpiritualis poteſtas eſt Summus Pontifex, ut recitatur Hugonem de S. Victore dixiſſe. 2. de Sacramentis. Ex quo poteſt videri, quod hìc per Summum Pontificium, Sumus Pontifex intelligatur.*

8. *Summus Pontifex canonicam ſimoniam à jure poſitivo prohibitam, non poteſt committere.*

Revocatio ſeptimi & octavi erroris Ioannis Sarraſin.

7. *Aliqua poteſtas ſcilicet poteſtas Eccleſiæ, de jure poteſt aliquid, & in certis caſibus contrà Summum Pontificem.*

8. *Veritas. Quicumque purus viator habens uſum rationis, cujuſcumque dignitatis, auctoritatis aut præeminentiæ, etiamſi Papalis exiſtat, ſimoniam poteſt committere.*

Duodecimus articulus Fratris Ioannis Angeli Ordinis Fratrum Minorum.

12.us. *articulus. Quicumque contradicit voluntati Papæ, paganiſat, & ſententiam excommunicationis incurrit* ipſo facto ; *& à nullo, Papâ reprehendi poteſt, niſi in materiâ hæreſis.*

*CENSVRA.*

*Hæc propoſitio eſt falſa, ſcandaloſa, & ſapiens hæreſim.*

*Revocation de la ſeptième & huitième erreur, par Iean Sarraſin.*

7. Il y a une puiſſance, ſçavoir la puiſſance de l'Egliſe, qui peut quelque choſe de droit, & en certains cas contre le Pape.

8. Tout homme purement voyageur ayant uſage de raiſon, quelque dignité, quelque authorité ou prééminence qu'il ayt, meſme Papale, peut commettre la ſimonie.

*Le douzième Article de Frere Iean Angeli de l'Ordre des Freres Mineurs*, 1482.

Quiconque contredit à la volonté du Pape, paganiſe, encourt la ſentence d'excommunication, *Ipſo facto*, & le Pape ne peut eſtre repris d'aucun, ſinon en matiere d'hereſie.

CENSVRE.

Cette propoſition eſt fauſſe, ſcandaleuſe, & reſſent l'hereſie.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# AVTHORITATE SACRÆ SCRIPTVRÆ, Conciliorum, Sanctorum Patrum Eccleſiæ, & veterum Theologorum confirmatur Cenſuræ veritas.

*Pro prima & ſecunda Propoſitione.*

## EX SCRIPTVRA.

SVper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt aduerſus eam. *Math.* 16.

Dic Eccleſiæ. Si autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & publicanus, &c. *Math.* 18.

Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiſcum in æternum. *Ioan.* 14.

Vt ſcias quomodo oporteat te in domo Dei converſari, quæ eſt Eccleſia Dei Vivi, columna & firmamentum veritatis. 1. *Timoth.* 3.

Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis. *Act.* 15.

## EX PATRIBVS.

Cyprian. lib. de Vnitate Eccleſ.

CAvenda ſunt autem non ſolum quæ ſunt apertè manifeſta, ſed & aſtutæ fraudis ſubtilitate fallentia. Quid vero aſtutius, quidve ſubtilius, quàm & Chriſti adventu detectus ac proſtratus inimicus (poſt quam lux gentibusvenit, & ſuſpirandis hominibus ſalutare lumen effulſit, vt ſurdi auditum ſpiritalis gratiæ admitterent, aperirent ad Deum oculos ſuos cæci, infirmi æternâ ſanitate revaleſcerent, claudi ad Eccleſiam currerent, multi claris vocibus & precibus orarent) videns idola derelicta, & per nimium credentium populum ſedes ſuas ac templa deſerta, excogitaverit novam fraudem, ut ſub ipſo Chriſtiani nominis titulo fallat incautos? Hæreſes invenit & ſchiſmata, quibus ſubverteret fidem, veritatem corrumperet, ſcinderet unitatem: quos detinere non poteſt in viæ veteris cæcitate, circumſcribit & decipit novi itineris errore. Rapit de ipſâ Eccleſiâ homines, & dum ſibi appropinquaſſe jam lumini, atque evaſiſſe ſæculi noctem videntur, alias neſcientibus tenebras rurſus infundit, vt cum Euangelio Chriſti, & cum obſervatione ejus & lege non ſtantes, Chriſtianos ſe vocent, & ambulantes in tenebris habere ſe lumen exiſtiment, blandiente adverſario atque fallente, qui ſecundum Apoſtoli vocem transfigurat ſe velut Angelum lucis, & miniſtros ſubornat ſuos velut miniſtros juſtitiæ, aſſerentes noctem pro die, interitum pro ſalute, deſperationem ſub obten-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tu ſpei, perfidiam ſub prætextu fidei, Antichriſtum ſub vocabulo Chriſti, ut dum veriſimilia mentiuntur, veritatem ſubtilitate fruſtrentur: hoc eo fit, fratres dilectiſſimi, dum ad veritatis originem non reditur, nec caput quæritur, nec magiſtri cœleſtis doctrina ſervatur. Quæ ſi quis conſideret & examinet, tractatu longo atque argumentis opus non eſt. Probatio eſt ad fidem facilis compendio veritatis. Loquitur Dominus ad Petrum, Ego dico tibi, inquit, quia tu es Petrus, & ſuper iſtam Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferorum non vincent eam. Tibi dabo claves, regni cœlorum, & quæ ligaveris ſuper terram, erunt ligata & in cælis: & quæcumque ſolveris ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis. Et eidem poſt reſurrectionem ſuam dicit; Paſce oves meas. Et quamvis Apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem parem poteſtatem tribuat & dicat, Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos, accipite Spiritum Sanctum: Si cui remiſeritis peccata, remittentur illi: ſi cui tenueritis, tenebuntur: tamen ut unitatem manifeſtaret, unitatis eiuſdem originem ab uno incipientem ſuâ authoritate diſpoſuit. Hoc erant utique & cæteri Apoſtoli quod fuit Petrus, pari conſortio prædití & honoris & poteſtatis, ſed exordium ab unitate proficiſcitur, ut Eccleſia una monſtretur: & paſtores ſunt omnes, ſed grex unus oſtenditur, qui ab Apoſtolis unanimi conſenſione paſcatur. Quam unam Eccleſiam etiam in Cantico Canticorum Spiritus Sanctus ex Perſonâ Domini deſignat & dicit: una eſt columba mea, perfecta mea, una eſt matri ſuæ, electa genitrici ſuæ. Hanc Eccleſiæ unitatem qui non tenet, tenere ſe fidem credit? qui Eccleſiæ renititur & reſiſtit, qui Cathedram Petri ſuper quam fundata eſt Eccleſia, deſerit, in Eccleſiâ ſe eſſe confidit? quando & B. Apoſtolus Paulus hoc doceat, & ſacramentum unitatis oſtendat dicens unum corpus & unus ſpiritus, una ſpes vocationis veſtræ: unus Dominus. Vna fides, unum baptiſma, unus Deus. Quam unitatem firmiter tenere & vindicare debemus, maxime Epiſcopi, qui in Eccleſiâ præſidemus, ut Epiſcopatum quoque unum atque indiviſum probemus. Nemo fraternitatem mendacio fallat, nemo fidei veritatem perfidâ præuaricatione corrumpat, Epiſcopatus unus eſt, cujus à ſingulis in ſolidum pars tenetur: Eccleſia quoque una eſt, quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur: quomodo ſolis multi radij, ſed lumen unum: & rami arboris multi, robur unum tenaci radice fundatum: & cum de fonte uno rivi plurimi defluunt, numeroſitas licet diffuſa videatur exundantis copiæ largitate, unitas tamen ſervatur in origine, avelle radium ſolis à corpore, diviſionem lucis unitas non capit: ab arbore frange ramum, fructus germinare non poterit: à fonte præcide rivum, præciſus areſcet: ſic & Eccleſia Domini luce profuſâ per orbem totum radios ſuos porrigit: unum tamen eſt lumen quod ubique diffunditur, nec unitas corporis ſeparatur, ramos ſuos in univerſam terram copia ubertatis extendit, profluentes largiter rivos latiùs expandit: unum tamen caput eſt, una origo & una mater fœcunditatis ſucceſſibus copioſa: illius fœtu naſcimur, illius lacte nutrimur, ſpiritu eiusa nimamur: Quiſquis ab Eccleſiâ ſegregatus adulteræ iungitur,

à promiſſis Eccleſiæ ſeparatur. Nec pervenit ad Chriſti præmia, qui relinquit Eccleſiam Chriſti. Alienus eſt, prophanus eſt, hoſtis eſt, habere jam non poteſt Deum Patrem, qui Eccleſiam non habet Matrem, &c. Hanc unitatem qui non tenet, Dei legem non tenet: non tenet Patris & Filij fidem, vitam non tenet & ſalutem. Hoc unitatis Sacramentum, hoc vinculum concordiæ inſeparabiliter cohærentis oſtenditur, quando in Evangelio Tunica Domini IESV CHRISTI non dividitur omninò nec ſcinditur, ſed ſortientibus de veſte CHTISTI, quis CHRISTVM potiùs indueret integra veſtis accipitur, incorrupta & individua tunica poſſidetur, &c. Dominus enim cum Diſcipulis ſuis unanimitatem ſuaderet & pacem: Dico, inquit, vobis: quoniam ſi duobus ex vobis convenerit in terrâ de omni re quamcumque petieritis, continget vobis à patre meo qui in cælis eſt. Vbicumque fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis ſum, oſtendens non multitudini, ſed unanimitati deprecantium plurimum tribui: Si duobus, inquit, ex vobis convenerit in terrâ, unanimitatem prius poſuit, concordiam pacis antè præmiſit, ut conveniat nobis fideliter & firmiter docuit. Quomodo autem poteſt ei cum aliquo convenire, cui cum corpore ipſius Eccleſiæ, & cum universâ fraternitate non convenit, &c. Dominus autem de Eccleſiâ ſuâ loquitur, ad hos qui ſunt in Eccleſiâ loquitur, ut ſi ipſi concordes fuerint, ſi ſecundum quod mandauit & monuit, duo aut tres licet, collecti unanimiter oraverint, duo aut tres licet ſint, impetrare poſſint de Dei majeſtate quod poſtulant, &c. Hæc vſque Cyprianus.

Iulius I. in Epiſt. ad Orientales apud Athanaſium: Id vero Synodi & Epiſcoporum qui in Synodo fuerunt contumeliã vergeret, ſi quę illi tanto ſtudio & curá velut Deo præſente egiſſent, à nobis ut vana futiliaque abrogarentur.

*Athanaſius oratione* 4ª. Primùm enim credere oportet & glorificare, & ſecundò in ſublimi rationem iſtarum rerum petere, non humi ex ſanguine & carne conquirere, ſed ex revelatione divinâ & cœleſti. Beatus es Simon Bar-jona, quoniam caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus cœleſtis. Et tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversùs eam. Fidelis ſermo, & non vacillans prommiſſio, & Eccleſia invicta res eſt, etiam ſi Infernus ipſe commoveatur, & ſi qui in inferno ſunt mundi Principes tenebrarum tumultum faciant, &c.

*Epiſtola Synod. Concil. Sardic.* Quapropter cooperante Dei gratiâ, Religioſiſſimi Principes nos ex diverſis Provincijs & Civitatibus in unum convocaverunt, cupientes, ut ſancta Synodus in Sardorum ciuitatem conveniret, quo omnis controverſia præcideretur, & ejecto quicquid pravæ fidei eſſet, ſola in Chriſtum pietas ab omnibus retineretur, &c.

*Zozimus Papa ſcribens Galliæ Epiſcopis.* Quòd contrà ſtatuta Patrum concedere aliquid vel mutare, nec huius quidem Sedis poſſit authoritas: apud nos enim inconvulſis radicibus vivit antiquitas, cui decreta Patrum ſanxere reverentiam. 25. *quæſt.* 1. *Canone contrà, &c.*

*Idem Zozimus ſcribens ad Aurelium & reliquos Epiſcopos Affricanos.* Cùm adversùs ſtatuta Patrum venitur, non tantùm illorum prudentiæ atque ſententiæ qui in ævum victura ſanxerunt, ſed ipſi quodammodo fi-

dei & catholicæ diſciplinæ irrogatur iniuria. Quid enim tàm ſanctum atque venerabile eſt, quàm penitùs non exorbitare ab itinere majorum, quorum canonica inſtituta, veluti quædam fundamenta ſunt ferendis fidei jacta ponderibus.

*Patres Affricani ſcribentes ad Cœleſtinum.* Domino Dilectiſſimo & Honorabili Fratri Cœleſtino Aurelius, &c. Præfato itaque debitæ ſalutationis officio impendiò deprecamur, vt deinceps ad veſtras aures hinc venientes, non faciliùs admittatis, nec à nobis excommunicatos, in communionem ultrà velitis excipere : quia hoc etiam Nicæno Concilio definitum, facilè advertet Venerabilitas Tua. Nam etſi de inferioribus Clericis vel laïcis videtur ibi præcaveri, quantò magis hoc de Epiſcopis voluit obſervari, ne in ſuâ Prouinciâ communione ſuſpenſi, à Tuâ Sanctitate, vel feſtinatò, vel præproperè, vel indebitè videantur communioni reſtitui : Preſbyterorum quoque & ſequentium Clericorum improba refugia (ſicuti te dignum eſt) repellat Sanctitas Tua : quia & nullâ Patrum definitione hoc Eccleſiæ derogatum eſt Affricanæ, & decreta Nicæna ſive inferioris gradus Clericos, ſive ipſos Epiſcopos, ſuis Metropolitanis apertiſſimè commiſerunt. Prudentiſſimè enim iuſtiſſiméque providerunt, *quæcumque negotia in ſuis locis, ubi orta ſunt, finienda*; nec unicuique Provinciæ gratiam Sancti Spiritus defuturam, quæ æquitas à Chriſti Sacerdotibus & prudenter videatur, & conſtantiſſimè teneatur : maximè, quia unicuique conceſſum eſt, ſi *iudicio offenſus fuerit, cognitorum ad Concilia ſuæ Provinciæ, vel etiam univerſale provocare. Niſi fortè quiſquam eſt qui credat, uni cuilibet poſſe Deum noſtrum examinis inſpirare iuſtitiam & innumerabilibus congregatis in Concilium Sacerdotibus denegare*, aut quomodò ipſum trans marinum judicium ratum erit, ad quod teſtium neceſſariæ perſonæ vel propter ſexus, vel propter ſenectutis infirmitatem multis alijs intercurrentibus impedimentis, adduci non poterunt? Nam ut aliqui tanquam à Tuæ Sanctitatis latere mittantur, nullâ invenimus Patrum Synodo conſtitutum. Quia illud quod pridem per eumdem Coëpiſcopum noſtrum Fauſtinum tanquam ex parte Nicæni Concilij exinde tranſmiſiſtis : in Concilijs verioribus, quæ accipiuntur Nicœna, à Sancto Cyrillo Coëpiſcopo noſtro Alexandrinæ Eccleſiæ, & à Venerabili Attico Conſtantinopolitano Antiſtite, ex authentico miſſis, quæ etiam ante hoc per Innocentium Preſbyterum, & Marcellum Subdiaconum, per quos ad nos ab eis directa ſunt, venerabilis memoriæ Bonifacio Epiſcopo Prædeceſſori Veſtro, à nobis tranſmiſſa ſunt, in quibus tale aliquid non potuimus reperire. Executores etiam Clericos veſtros quibuſque potentibus nolite mittere, nolite concedere, ne fumoſum typhum ſæculi in Eccleſiam Chriſti, quæ lucem ſimplicitatis & humilitatis diem, Deum videre cupientibus præfert, videamur inducere, &c.

*Auguſtinus Sermone* 108. *de diverſis.* Beatus Petrus primus Apoſtolorum, vehemens Chriſti amator, qui meruit audire : Et ego dico tibi, quia tu es Petrus : dixerat enim ipſe : Tu es Chriſtus Filius Dei Vivi. Chriſtus illi : Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccle-

ſiam meam. Super hanc petram ædificabo fidem, quam confiteris. Super hanc, hoc, quod dixiſti, Tu es Chriſtus Filius Dei Vivi, ædificabo Eccleſiam meam. Tu es enim Petrus. A Petrâ Petrus, non à Petro Petra. Sic à Petrâ Petrus, quomodò à Chriſto Chriſtianus. Vis noſſe de quâ Petrâ Petrus dicatur? Paulum audi: Nolo enim vos ignorare, fratres, Apoſtolus Chriſti dicit, Nolo vos ignorare, fratres, quia patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes per mare tranſierunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube & in mari, & omnes eumdem cibum ſpiritalem manducaverunt, & omnes eumdem potum ſpiritalem biberunt. Biberunt enim de ſpiritali, ſequente eos Petrâ: Petra autem erat Chriſtus. Ecce vnde Petrus. Dominus Ieſus diſcipulos ſuos ante paſſionem ſuam, ſicut noſtis, elegit, quos Apoſtolos appellavit. Inter hos penè vbique ſolus Petrus, totius Eccleſiæ meruit geſtare perſonam, propter ipſam perſonam, quam totius Eccleſiæ ſolus geſtabat, audire meruit; Tibi dabo claves regni cœlorum. *Has enim claves non homo unus, ſed unitas accepit Eccleſiæ.* Hinc ergo Petri excellentia prædicatur, quia ipſius univerſitatis & unitas Eccleſiæ figuram geſſit: quando ei dictum eſt, Tibi trado quod omnibus traditum eſt. Nam ut noveritis Eccleſiam accepiſſe claves regni Cœlorum, audite in alio loco quid Dominus dicat omnibus Apoſtolis ſuis, Accipite Spiritum Sanctum. & continuò, Si cui dimiſeritis peccata, dimittentur ei: ſi cujus tenueritis, tenebuntur. Hoc ad claves pertinet, de quibus dictum eſt, quæ ſolveritis in terrâ, ſoluta erunt & in cœlo: & quæ ligaveritis in terrâ, ligata erunt & in cœlo. Sed hoc Petro dixit, ut ſcias quia Petrus univerſæ Eccleſiæ perſonam tunc gerebat, audi quid ipſi dicatur, quid omnibus fidelibus Sanctis, Si peccaverit in te frater tuus, corripe illum inter te & ipſum ſolum: ſi te non audierit, adhibe tecum unum vel duos: ſcriptum eſt enim, In ore duorum aut trium teſtium ſtabit omne verbum: ſi nec ipſos audierit, refer ad Eccleſiam; ſi nec ipſam audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus. Amen dico vobis, quia quæ ligaveritis in terrâ, ligata erunt & in cœlo, & quæcumque ſolveritis in terrâ, ſoluta erunt & in cœlo. Columba ligat, columba ſoluit, ædificium ſupra Petram ligat & ſoluit, &c. Meritò etiam poſt reſurrectionem Dominus ipſi Petro oves ſuas commendavit paſcendas: non enim inter diſcipulos ſolus meruit paſcere Dominicas oves; ſed quando Chriſtus ad unum loquitur, unitas commendatur, & Petro primitùs, quia in Apoſtolis Petrus eſt primus, &c.

*Idem lib 2. de Baptiſmo, Cap.* 4. Vnde multa jam diximus, nec nos ipſi tale aliquid auderemus aſſerere, niſi univerſæ Eccleſiæ concordiſſimâ authoritate firmati: cui & ipſe ſine dubio cederet, ſi iam illo tempore quæſtionis hujus veritas eliquata & declarata per plenarium Concilium ſolidaretur, &c.

*Idem lib. 4. de Baptiſmo, Cap. 6.* Quapropter ſi non nihil dicebant quibus id quod ei viſum eſt, volens perſuadere Cyprianus aït, nec quiſquam dicat quod accepimus ab Apoſtolis, hoc ſequimur: quantò robuſtiùs nunc dicimus, quod Eccleſiæ conſuetudo ſemper tenuit, quod hæc diſputatio diſ-
ſuadere

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſuadere non potuit, & quod plenarium Concilium confirmauit, hoc ſequimur ? &c.

*Idem lib. 2. contrà Creſconium, Cap. 33.* Scripturarum etiam in hac re à nobis tenetur veritas, cum hoc facimus quod univerſæ iam placuit Eccleſiæ, quam ipſarum Scripturarum commendat authoritas, ut quoniam ſancta Scriptura fallere non poteſt, quiſquis falli metuit, hujus obſcuritate quæſtionis, eandem Eccleſiam de illâ conſulat, quam ſine ullâ ambiguitate ſancta Scriptura demonſtrat, &c.

*Idem Ep. 118. Cap. 5.* Ad hæc itaque ità reſpondeo, vt quid horum ſit faciendum, ſi diuinæ Scripturæ præſcribit authoritas, non ſit dubitandum quin ità facere debeamus ut legimus, ut jam non quomodo Sacramentum intelligendum ſit diſputemus. Similiter etiam ſi quid horum tota per orbem frequentat Eccleſia. Nam & hinc quin ità faciendum ſit, diſputare, inſolentiſſimæ inſaniæ eſt, &c.

*In Concil. Epheſin. parte 2. act. 2.*

*Cæleſtinus Epiſcopus ſanctæ Synodo apud Epheſum congregatæ, dilectis & deſideratiſſimis fratribus, in Domino ſalutem.*

Spiritus ſancti teſtatur præſentiam congregatio Sacerdotum. Verum eſt enim quod legimus quia nec poteſt veritas mentiri. cujus in Evangelio iſta ſententia eſt: Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi & ego ſum in medio eorum. Quod cum ità ſit, ſi nec huic tàm brevi numero Spiritus Sanctus deeſt, quantò magis eum nunc intereſſe credimus, quando in unum convenit tanta turba Sanctorum? ſanctum namque eſt pro debitâ ſibi veneratione Concilium; in quo utique nunc Apoſtolorum frequentiſſimè illius, quam legimus congregationis aſpicienda reverentia eſt. Nunquam his defuit magiſter, quem receperant prædicandum, adfuit his ſemper Dominus & Magiſter: ſed nec docentes à ſuo Doctore deſerti ſunt unquam. Docebat ille qui miſerat; docebat qui dixerat quid docerent; docebat qui in Apoſtolis ſuis ſe confirmat audiri.

*Innocentius I. Epiſtolâ 29. ad Clerum & Populum Conſtantinopolitanum.* Canonibus porrò obſequendum eſſe ſcribimus, qui Nicææ ſunt decreti: quos ſolos conſectari decet, Eccleſiam Catholicam, & iuxtà eos judicare. Si in alijs à quopiam proferuntur, à Nicænis Canonibus diſſonantes, & hæreticos authores referentes, ij à catholicis Epiſcopis reijciuntur. Hæreticorum namque inventa Catholicis Canonibus non ſunt annectenda. Semper etenim illi per contraria nefaria decreta, Patrum Nicœnorum Concilium minuere intendunt. Quapropter non ſolum hoc dicimus iſtos ſequendos non eſſe, verùm etiam cum hæreticis & ſchiſmaticis ſeu diſſidioſis dogmatibus condemnandum: quemadmodum anteà in Sardicenſi Concilio ab Epiſcopis qui nos præceſſerunt, factum eſt. Nam quæ ſic perperam inducuntur, magis damnare convenit, quàm ut quæ directè contrà Canones ſtatuuntur, aliquam habeant, Fratres Reuerendiſſimi, firmitatem. Cæterum quid contrà iſtos in præſentiâ agendum? Synodali cognitione peropus eſt, quam dudum etiam cogendam eſſe cenſuimus. Sola enim illa ta.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lium procellarum motus ſopire poteſt: quam ut obtineamus, utile nunc fuerit medicinam & opem hanc, ad voluntatem Magni Dei & Chriſti eius Domini noſtri referre, &c.

*Leo I. Epiſt.* 54. In quo opere auxiliante Chriſto, fideliter exequendo, neceſſe eſt, me perſeverantem exhibere famulatum, quoniam diſpenſatio mihi credita eſt, & ad meum tendit reatum, ſi paternarum regulæ ſanctionum, quæ in Synodo Nicænâ, ad totius Eccleſiæ regimen Spiritu Dei inſtruente, ſunt conditæ, me (quod abſit) connivente violentur, & maior ſit apud me unius fratris voluntas, quàm univerſæ domus Domini communis utilitas, &c.

*Idem Ep.* 55. quoniam contrà ſtatuta paternorum Canonum, quæ antè longiſſimæ ætatis annos in urbe Nicænâ ſpiritualibus ſunt fundata decretis, nihil cuique addere conceditur: itaut ſi quis diverſum aliquid decernere velit, ſe potiùs minuat, quàm illa corrumpat, &c.

*Honorius Imperator ad Arcadium ſcribens.* His repentè compertis, turbatos eſſe nos fateor. Quis enim in facinore tam cruento Dei Omnipotentis non timeat offenſam? aut quo pacto extrà ſummum Romani orbis, omniumque mortalium putaret eſſe diſcrimen? cum ipſe auctor noſtri Imperij & Reipublicæ, quam nobis credidit gubernator Omnipotens Deus, funeſtis admodum, execrabilibuſque commiſſis crederetur iraſci, Domini Sancti, frater nepoſque Auguſti venerabilis, cum ſi quid de causâ Religionis inter Antiſtites ageretur, Epiſcopale oportuerit eſſe iudicium. Ad illos enim diuinarum rerum interpretatio, ad nos Religionis expectat obſequium. Sed eſto ſibi de myſticis & catholicis quæſtionibus ampliùs aliquid principalis cura præſumpſerit, ità ne uſque ad exilia Sacerdotum, uſque ad hominum cædes debuit indignatio concitata procedere, ut ubi caſtæ preces, ubi vota ſincera, ubi ſacrificia illibata ſolvuntur, illic ſe gladius haud facile etiam in iugulum noxiorum diſtringendus exerceret, &c.

*Agapetus Epiſt. ad Cæſareum Arelatenſem.* Quâ in re Veſtræ quoque Sapientiæ credimus eſſe gratiſſimum, quod in nullo contrà; priſcæ definitionis conſtituta vel regulas pro qualibet occaſione, vel ſub cuiuſcumque perſonæ reſpectu venire præſumimus; nec tenacitatis ſtudio, aut ſæcularis utilitatis causâ hoc facere nos credatis, ſed divini conſideratione iudicij neceſſe nobis eſt, quicquid ſancta Synodalis decreuit authoritas inviolabiliter cuſtodire.

*Rurſùs Innocentius ſuprà laudatus.* De quibus cauſis nulla ſolvendi ligandique authoritas in libris veteris & novi teſtamenti, & quatuor Evangeliorum cum totis ſcriptis Apoſtolorum non appareat, ad divina recurrite ſcripta græca, ſi nec in illis, ad catholicæ Eccleſiæ hiſtorias catholicas à Doctoribus catholicis ſcriptas manum mittite. Si nec in illis, Sanctorum exempla perſpicaciter recordamini: quod ſi in omnibus his inſpectis huius quæſtionis qualitas non lucidè inveſtigatur: ſeniores Prouinciæ congregate, & eos interrogate: faciliùs namque invenitur quod

à pluribus ſenioribus quæritur. Verùm etiam repromiſſor Dominus ait: Si duo ex vobis vel tres conveniunt ſuper terram in nomine meo, de omni re quamcumque petierint, fiet illis à patre meo, &c.

*Siricius, qui vixit ante tempora Leonis, Epiſtolà ad Anyſium, & cæteros Illyrici Epiſcopos.* Accepi litteras veſtras de Bonoſo, quibus vel pro veritate, vel pro modeſtiâ noſtram ſententiam ſciſcitari voluiſtis. *Sed cum hujuſmodi fuerit Concilij Capuenſis judicium, ut finitimi Bonoſo atque accuſatoribus eius Iudices tribuerentur, & præcipuè Macedones, qui cum Epiſcopo Theſſalonicenſi de ejus factis vel cognoſcerent, advertimus quod nobis judicandi forma competere non poſſet.* Nam ſi integra eſſet hodie Synodus, rectè de ijs, quæ comprehendit veſtrorum ſcriptorum ſeries, decerneremus. *Veſtrum eſt igitur, qui hoc recepiſtis judicium, ſententiam ferre de omnibus, nec refugiendi, vel elabendi, vel accuſatoribus ejus, vel accuſato copiam dare. Vicem enim Synodi recepiſtis, quos ad examinandum Synodus elegit.* Denique cùm Bonoſus Epiſcopus poſt iudicium veſtrum miſiſſet ad fratrem noſtrum Ambroſium, qui eius ſententiam conſuleret, interdictum ſibi Eccleſiam irrumpere atque ingredi; reſponſum eſt ei, quod nihil temerandum foret, ſed omnia modeſtè, patienter, ordine gerenda; neque contrà ſententiam tentatum aliquid, ut quod videretur vobis iuſtitiæ convenire, ſtatueretis, quibus hanc Synodus dederat authoritatem. Ideò primum eſt ut ij iudicent, quibus iudicandi facultas eſt data. *Vos enim totius, ut ſcripſimus, Synodi vice decernitis; nos quaſi ex Synodi auctoritate judicare non convenit.*

*Leo in ſermone de Anniverſario aſſumptionis ſuæ.* Propter quod dicitur Beatiſſimo Petro: Tibi dabo claues regni cœlorum & quæcumque ligaveris ſuper terram, erunt ligata & in cœlis: Et quæcumque ſolveris ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis. *Tranſivit quidem etiam in alios Apoſtolos vis poteſtatis iſtius, & ad omnes Eccleſiæ Principes decreti hujus conſtitutio commeavit.* Sed non fruſtrà uni commendatur, *quod omnibus intimatur.* Petro enim ideò hoc ſingulariter creditur, quia cunctis Eccleſiæ Rectoribus Petri forma proponitur.

*Idem Leo Epiſtolâ ad Theodoretum. 73ª. Cap. 4.* In nullo ab illis, quas Spiritûs Sancti divinitas in Chalcedonenſi Concilio protulit, fidei regulis recedentes, inter utrumque hoſtem novellæ perfidiæ ſermonem noſtrum cum omni cautelâ libremus: noniam quod abſit, tanquam de dubijs diſceptantes, ſed authoritate ſuâ, quæ benè definita ſunt, adſtruentes cùm in Apoſtolicæ ſedis Epiſtolâ *univerſalis ſanctæ Synodi aſſenſu firmatâ*, tanta divinæ authoritatis teſtimonia noverimus eſſe congeſta, ut nullus queat ulterius dubitare, niſi qui ſibimet ipſi errorum tenebras inferre maluerit.

Nota decreta ſummi Pontificis [redacted] confirmari ab Eccleſiâ ſeu à Concilio.

*Cœleſtinus in Epiſtolâ ad Ioannem Antiochenum.* Sciat Sanctitas Tua, eiuſmodi à nobis, vel ab ipſo veriùs Chriſto Domino ac Deo noſtro per nos ſententiam in Neſtorium latam eſſe: videlicet, quod niſi intrà decem dies, poſt acceptam monitionis noſtræ ſyngrapham enumerandos, ſacrilegam de Chriſti ortu doctrinam ſcriptâ Confeſſione damnaverit, eam-

Nota vltimum iudicium ad Eccleſiam pertinere.

que fidem in poſterum ſe ſectaturum promiſerit, quam & Romanorum & Alexandrinorum & univerſa profitetur & ſervat Eccleſia, certò fore *vt ab Epiſcoporum ſynodo exauthoretur.*

*Idem Cœleſtinus Epiſtolâ ad Epiſcopos Illyrici lectâ in Concilio Romano.* Dominentur nobis Regulæ, non Regulis dominemur, ſimus ſubjecti Canonibus cùm Canonum præcepta ſervamus.

*Leo ſuprà laudatus. Ep.* 62. Quoniam univerſæ pacis tranquillitas non aliter potuit cuſtodiri, niſi ſua Canonibus reuerentia ſeruetur intemerata. Nam quod ab illorum regulis, conſtitutioneque diſcordat, nunquam obtinebit ſedis Apoſtolicæ conſenſum.

*Gregor. lib.* 7. *Ep.* 17. Nam nimis eſt aſperum, & præcipuè bonis ſacerdotum moribus inimicum, niſi quempiam quacumque rationis excuſatione, & quæ ſunt ordinata reſcindere, & exemplo ſuo docere cæteros ſua quandoque poſt ſe conſtituta diſſoluere.

*Martinus* 1. *Ep.* 9. Canones enim Eccleſiaſticos ſolvere non poſſumus qui deffenſores & cuſtodes Canonum ſumus, non tranſgreſſores.

*Idem Ep.* 5. Deffenſores enim divinorum Canonum & cuſtodes ſumus, non prævaricatores.

*Adrianus Epiſt* 27. Sed de his nihil audemus judicare, quod poſſit Nicœno Concilio, & quinque cæterorum Conciliorum regulis, vel decretis noſtrorum Anteceſſorum obviare.

Nota, Papam non poſſe proprio motu leges Eccleſię abrogare vt falsò & temerè contendit author in prima propoſitione.

*Nicolaus Papa Ep.* 21. Cæterum de Balduino de quo multa iam ſcripſiſtis, ſciat Beatitudo Veſtra, nos non regulas atque ſancta decreta velle corrumpere, quibus homo ab uno Epiſcopo excommunicatus, ne ab alio recipiat ut Epiſcopo prohibitum eſt.

*Sylveſter* 2. Sit lex communis Eccleſiæ Evangelium, Apoſtoli, Prophetæ, *Canones Spiritu Dei conſtituti, & totius mundi reverentia conſecrati,* & decreta ſedis Apoſtolicæ *ab his non diſcordantia.*

*Gregorius ſeptimus lib.* 4. Miſiſtis ad nos quemdam iuvenem petentes nobis illum ordinare Pontificem, cui quidem petitioni, *quoniam ſacri Canones contradicunt, aſſenſum præbere nequaquam potuimus.*

*Innocent.* 3. Quæ in derogationem ſanctorum Canonum attentantur, tantò potiùs infringi volumus, & carere robore firmitatis, quantò authoritas univerſalis Eccleſiæ cui præſidemus, ad id nos provocat & inducit.

*Hormiſdas Ep.* 70. Quid ergò calumniantibus opus erat, extrà conſtitutos Eccleſiæ terminos porrigere quæſtiones, & de his quæ habentur dicta, quaſi dicta non ſint, movere certamina? cum Chriſtiana fides Canonicis libris & *ſynodalibus præceptis, & Patrum regularibus conſtitutis ſtabili & inconcuſſo termino limitetur.*

*Glaber lib.* 11. *cap.* 4. Vniuerſi pariter deteſtantes quoniam nimium indecens videbatur, ut is qui Apoſtolicam regebat ſedem, Apoſtolicam penitùs ac Canonicam tranſgrediebatur tenorem. Licet namque Pontifex Romanæ Eccleſiæ ob dignitatem Apoſtolicæ ſedis, cæteris in orbe conſtitutis reverentior habeatur, non tamen ei licet tranſgredi in aliquo Canoni-

ci moderaminis tenorem.

*Cyprianus Ep. 27. Lapſis.* Dominus Noſter, cuus præcepta metuere & obſervare debemus, Epiſcopi honorem, & Eccleſiæ ſuæ rationem diſponens in Evangelio loquitur, & dicit Petro: Ego tibi dico, quia tu es Petrus, & ſuper iſtam Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non vincent eam. Et tibi dabo claves regni cœlorum, & quæ ligaveris ſuper terram, erunt ligata & in cœlis, & quæ ſolveris ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis. Inde per temporum & ſucceſſionum vices, Epiſcoporum ordinatio, & Eccleſiæ ratio decurrit, vt *Esclesia ſuper Epiſcopos conſtituatur*: & omnis actus Eccleſiæ per eoſdem præpoſitos gubernetur. Cùm hoc itaque diuinâ lege fundatum ſit, miror quoſdam audaci temeritate ſic mihi ſcribere voluiſſe; quando Eccleſia in Epiſcopo & Clero & in omnibus ſtantibus ſit conſtituta.

*Clerus Romanus Cypriano Epiſt. 31.* Perquam enim nobis & invidioſum & oneroſum videtur, non per multos examinare, quod per multos commiſſum videatur fuiſſe, *& unum ſententiam dicere*, cum tam grande crimen per multos diffuſum notetur exiſſe; quoniam nec firmum decretum poteſt eſſe, quod non plurimorum videbitur habuiſſe conſenſum.

*Pelagius 2. Epiſtolâ ad Epiſcopos Iſtriæ.* Rurſum per epiſtolam veſtram dicitur à ſede Apoſtolicâ vos doctos, atque ab ſcrinio ſanctæ Eccleſiæ, cui Deo authore præſumus, confirmatos, ne huic rei, quæ ſub piæ memoriæ Iuſtiniano Principe geſta eſt, conſentire debeatis, atque hanc opitulationem excuſationi veſtræ adjungitis dicentes, quod in cauſæ principio & ſedes Apoſtolica per Vigilium Papam, & omnes Latinarum Provinciarum Præſides damnationi Trium Capitulorum fortiter reſtiterunt. In quibus verbis attendimus, quod res quæ provocare vos ad conſenſum debuit, à conſenſu vos ipſa diuellit. Latini quippe homines & græcitatis ignari, dum linguam neſciunt, errorem tardè cognoverunt.

*Gregorius Papa lib. 1. Epiſt. 24.* Sicut ſancti Evangelij quatuor libros: ſic quatuor Concilia ſuſcipere & venerari me fateor. Nicœnum ſcilicet, in quo perverſum Arij dogma deſtruitur. Conſtantinopolitanum quoque, In quo Eunomij & Macedonij error convincitur. Epheſinum etiam primum, in quo Neſtorij impietas judicatur. Chalcedonenſe verò, in quo Eutychetis & Dioſcori pravitas eſt reprobata. Hæc totâ devotione amplector, integerrimâ approbatione cuſtodio: quia in his velut in quadrato lapide ſanctæ fidei ſtructura conſurgit: & cujuſlibet vitæ atque actionis exiſtat, quiſquis eorum ſoliditatem non tenet, etiam ſi lapis eſſe cernitur, tamen extrà ædificium jacet. Quintum quoque Concilium pariter veneror, in quo Epiſtola quæ Ibæ dicitur erroris plena, reprobatur: in quo Theodorus perſonam mediatoris Dei & hominum in duabus ſubſtantijs ſeparans, ad impietatis perfidiam cecidiſſe convincitur. & in quo, ſcripta quoque Theodoreti, per quæ Beati Cyrilli fides reprehenditur, auſu dementiæ prolata refutantur. Cunctas verò quas præfata veneranda Concilia perſonas reſpuunt, reſpuo: quas venerantur, amplector: quia dum univerſali ſunt conſtituta conſenſu, ſe &

non illa deſtruit, quiſquis præſumit abſolvere quos religant : aut ligare quos abſolvunt.

*Vrbanus Papa apud Gratianum* 25. *quæſt*. 1ª. Sunt quidam, &c. vbi apertè Dominus, vel eius Apoſtoli, & eos ſequentes Sancti Patres, ſententialiter aliquid definierunt : ibi non novam legem Romanus Pontifex dare : ſed potiùs quod prædicatum eſt, uſque ad animam & ſanguinem confirmare debet, &c.

*Item apud Gratianum diſt*. 20. Anaſtaſius 2. natione Romanus fuit temporibus Theodorici Regis : eodem tempore multi Clerici ſe à Communione ipſius abegerunt : eo quod communicaſſet ſine conſilio Epiſcoporum vel Preſbyterorum & Clericorum cunctæ Eccleſiæ Catholicæ Diacono Theſſalonicenſi nomine Photino, qui communicaverat Acacio ; & quia voluit occultè revocare Acacium, & non potuit, nutu divino percuſſus eſt.

*Item ex diurno libro*. Profeſſio Romani Pontificis ſancta octo univerſalia Concilia : Primum Nicænum. 2. Conſtantinopolitanum. 3. Epheſinum. Chalcedonenſe 4. & 5. item Conſtantinopolitanum ſextum, item Nicænum ſeptimum : octavum quoque Conſtantinopolitanum uſque ad unum apicem immutilata ſervare, & pari honore & veneratione digna haberi: & quæ prædicaverunt & ſtatuerunt modis omnibus ſequi & prædicare, & quæcumque condemnaverunt, ore & corde condemnare profiteor.

*Epiſtola Synodi Arelatenſis ad Sylveſtrum Papam*. Ideò Iudice Deo & *Matre Eccleſiâ*, quæ ſuos novit & comprobat, aut damnati ſunt, aut repulſi & utinam, Frater Dilectiſſime, ad hoc tantum ſpectaculum intereſſe tanti feciſſes. Profectò credimus quia in eos ſeverior fuiſſet ſententia prolata: & te *pariter nobiſcum judicante* cœtus noſter majore lætitiâ exultaſſet. Et infrà : Placuit ergò præſente Spiritui Sancto & Angelis eius, &c.

*Quinta Synodus collatione octavâ*. Et quia contingit Vigilium Religioſiſſimum in hac regiâ urbe degentem omnibus intereſſe, quæ his Tribus Capitulis annotata ſunt, & tàm ſine ſcriptis quàm in ſcripturis ea ſæpiùs condemnaſſe, poſteà tamen & conſenſit in ſcriptis in Concilio convenire & diſceptare unà nobiſcum de his Tribus Capitulis, ut definitio communiter ab omnibus nobis præbeatur fidei rectæ conveniens : Piiſſimus Imperator ſecundum quod inter nos placuit, tàm ipſum quàm nos hortatus eſt communiter convenire, eò quod Sacerdotes decet omnibus quæſtionibus finem communem imponere, &c. Et infrà.

Licet enim Sancti Spiritus gratia & circà ſingulos Apoſtolos abundaret ut non indigerent alieno conſilio ad ea quæ agenda erant : non tamen aliter voluerunt de eo quod movebatur, ſi oporteret gentes circumcidi, definire, priuſquam communiter congregati divinarum Scripturarum teſtimonijs unuſquiſque dicta ſua confirmaverunt.

Vnde communiter de eo ſententiam protulerunt ad gentes ſcribentes: Viſum eſt Spiritui Sancto & nobis, &c. Et infrà.

Sed & Sancti Patres qui per tempora in ſanctis quatuor Conciliis convenerunt, antiquis exemplis utentes, communiter de exortis hæreſibus &

quæſtionibus diſpoſuerunt, certo conſtituto, quod in communibus diſceptationibus cum proponuntur, quæ ex utraque parte diſcutienda ſunt, veritatis lumen tenebras expellit mendacij. Et vide quæ ſequuntur.

*Gelaſius 1us. Epiſt. 2. ad Epiſcopos Dardaniæ.* Quapropter iuſtitiam reſpuentes inanium querelarum percurrere vos oportet ab ipſis beatis Apoſtolis, & conſiderare prudenter; quoniam Patres noſtri Catholici, doctique Pontifices in unaquaque hæreſi quolibet tempore ſuſcitatâ, quicquid pro fide, pro veritate, pro communione Catholicâ atque Apoſtolicâ ſecundùm Scripturarum tramitem, prædicationemque maiorum, factâ ſemel congregatione ſanxerunt, inconvulſum voluerunt deinceps firmumque conſtare, *nec in eadem cauſâ denuò quæ præfixa fuerant retractari qualibet recenti præſumptione permiſerint, ſapientiſſimi prævidentes, quoniam ſi decreta ſalubriter cuiquam liceret iterare, nullum contrà ſingulos quoſque prorſùs errores ſtabile perſiſteret Eccleſiæ conſtitutum, &c.* Et infrà. Quæ maiores noſtri divinâ inſpiratione cernentes neceſſariè præcaverunt, ut contra unamquamque hæreſim coacta ſynodus pro fide, communione & veritate Catholicâ atque Apoſtolicâ promulgaſſet, non ſinerent poſt hæc novis retractationibus mutilari, ne pravis occaſio præberetur, quæ medicinaliter fuerant ſtatuta, pulſandi, &c. Et infrà. Quibus convenienter, ut dictum eſt, ex paternâ traditione perpenſis, confidimus quod nullus *iam veraciter Chriſtianus ignoret uniuſcuiuſque conſtitutum, quod univerſalis Eccleſiæ probavit aſſenſus, non aliquam magis exequi ſedem præ cæteris oportere, quàm primam, &c.*

Nota Iudicium Conciliorum generalium à nullo poſſe infirmari.

Nota Summum Pontificem eſſe executorē Canonum.

*Fœlix 3. Epiſt. 7. ad univerſos Epiſcopos Africæ, à quibus conſulebatur de modo recipiendi Hæreticos.* His itaque ritè diſpoſitis & ad Eccleſiarum veſtrarum notitiam noſtrâ deliberatione perlatis parere vos convenit: quibus, licet ad animarum reparationem nihil deeſſe videatur, tamen ſi cui novi aliquid, & quod præterire nos potuit, fuerit revelatum, ſecundum Beatum Apoſtolum Paulum, tacente priore, fideliter inſinuet: quia Spiritus Sanctus ubi vult ſpirat, maximè cùm ſua cauſa tractatur, nec nos pigebit audire, & ſi quæ ſint omiſſa, non arroganter abnuere, ſed rationabiliter ordinare, &c.

Nota Summum Pontificem non exiſtimare ſibi ſoli futuram aſſiſtentiam Spiritûs ſancti

*Epiſt. Clericorum Italiæ Legatis Francorum, qui Conſtantinopolim proficiſcebantur tom. 1 Concil. Galliæ.* Sed Papa non acquieſcens hoc facere, & videns ſe nimium ingravari, dixit tunc Sereniſſimo Principi, veniant hîc fratres noſtri ex omnibus Provincijs quini aut ſeni Epiſcopi, & quicquid ſub tranquillitate tractatu habito omnibus viſum fuerit, cum pace diſponemus: *quia ſine conſenſu omnium iſta, quæ & ſynodum Chalcedonenſem in dubium venire faciunt, & ſcandalum fratribus meis generant, ſolus facere nullatenùs acquieſcam, &c.*

*Hincmarus Remenſis nomine Caroli Calui Regis ſcribens Adriano Papæ.* Nos autem authoritatem veſtram iudicaturam potiùs credimus, ut ea ſequamur, quæ deceſſores ac prædeceſſores veſtri ſecundum Scripturarum tramitem Prædicationemque maiorum ſcripſerunt, quàm illa, quæ

ſcriptor ſæpè dictæ Epiſtolæ ex nomine veſtro nobis directæ confinxit. Ait enim Beatus Auguſtinus, *libro ad Ianuarium*, Omnia talia, quæ neque ſanctarum Scripturarum authoritatibus continentur, nec in Concilijs Epiſcoporum ſtatuta inveniuntur, nec conſuetudine univerſalis Eccleſiæ roborata ſunt, reſecanda exiſtimo, &c. Et infrà. Quia quod ex Apoſtolicæ ſedis nomine, ſecundum ſanctarum Scripturarum tramitem, prædicationemque majorum, & Orthodoxorum decreta ſcribitur, ſequendum, & tenendum non ignoramus, & quod ſecus à quoquam fuerit compilatum ſive confictum, non ſolùm reſpuendum, ſed & arguendum eſſe cognoſcimus.

*Agobardus Lugdunenſis Epiſcopus, de diſpenſatione & miniſterio, & ordine totius rei Eccleſiaſticæ contrà ſacrilegos.* Convenerunt Epiſcopi viri ſancti, quibus tunc abundabat Eccleſia, ſtatuerunt illibatos conſervari debere ſacros Canones, qui firmati ſunt Spiritu Dei, conſenſu totius mundi, obedientiâ Principum, conſonantiâ Scripturarum ex quo tempore acceptum eſt, & receptum eſt non eſſe aliud agere cuiquam adversùs Canones, quam adversùs Deum, & adversùs eius univerſalem Eccleſiam. Neque cenſum eſt unquam à quibuſque fidelibus, ut talia ſtatuta abſque periculo Religionis violarentur.

*Idem Epiſt. ad Ludovicum Imperatorem.* Huc accedit aliud, quod piâ conſideratione dignum videtur, de Canonibus ſcilicet Gallicanis, qui quaſi ſuperflui aut inutiles à quibuſdam reſpuuntur, eo quòd Neoterici Romani eos non commendaverint, cùm antiqui Religioſi eos venerati ſint, quoniam venerandi & ſancti viri eos ediderunt, quorum vitam & ſanctitatem crebra miracula commendarunt. Nemo unquam fuit, qui tanta ſanctorum per Gallias Epiſcoporum audire potuerit, quanta per ſingula loca litteris mandata, & relatu poſteris relicta reperta ſunt & reverà ſi ſecundùm dictum Dominicum, Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine eius, ibi eſt & Dominus in medio eorum; quantò magis ubi viginti aut triginta & multò ampliùs congregati fuerint non ſolùm in nomine Domini, ſed inſuper etiam fide præditi, ſapientiâ illuſtres, vitâ clari, ſanctitate reverendi, ſignis & prodigijs formidandi? Neque hoc idcircò dicitur, ut paſſim omnium Epiſcopalium Conventuum ſanctiones æquali auctoritate recipiendæ credantur, ut Nicœni, Chalcedonenſis, & cæterorum generalium ex totius mundi conſenſu congregatorum & receptorum. Sed quia congruâ veneratione pro cauſis neceſſarijs, quarum definitiones in illis generalibus non inveniuntur, fides ſit ei adhibenda Religione debitâ.

*Idem in tractatu ſuprà citato.* Verùm quia ſunt qui Gallicanos Canones aut aliarum regionum putent non recipiendos, eo quòd Legati Romani, ſeu Imperatoris in eorum conſtitutione non interfuerint? Reſtat, ut etiam ſanctorum clariſſimorum Patrum doctrinas, & expoſititiones, diverſoſque tractatus, vt ſunt Cypriani, Athanaſij, Hilarij, Hieronymi, Auguſtini, doceant non eſſe recipiendos: quia cum hæc tractarent vel exponerent, Legati Romani ſeu Imperatoris non aderant. Meliùs mihi videntur ſentire qui ſecundum Domini dictum: Vbi duo vel tres in nomine Domi-

ni

ni congregatos agnoſcunt, Dominum quoque inter eos affuiſſe non dubitant; & eum, qui Eccleſiam non audivit, ſicut ethnicum & publicanum habendum credunt. Vbicumque enim Catholici Eccleſiarum Rectores, pro Eccleſiarum utilitatibus cum Dei timore, in ejus nomine & honore conveniunt, quicquid conſonanter ſanctis Scripturis ſtatuunt, nulli procul dubio ſpernenda, imò veneranda omnibus eſſe debent, &c.

*Goffridus Abbas Vindocinenſis, de Ordine Epiſcoporum & de inveſtiturâ Laïcorum.* Sunt quidam qui Romanæ Eccleſiæ omnia licere putant, & quaſi quâdam diſpenſatione aliter, quàm divina Scriptura præcipit, eam facere poſſe. Quicumque itaque ſic ſapit, deſipit: nam Romanæ Eccleſiæ poſt Petrum minimè licet quod Petro non licuit. Petro quæ liganda erant ligandi, & quæ ſolvenda ſolvendi eſt à CHRISTO data poteſtas, non quæ liganda ſolvendi, vel quæ erant ſolvenda ligandi eſt conceſſa facultas. Petrus etiam, ſi aliquandò aliter egit, Paulus licet & in converſatione novitius ei in faciem reſiſtere minimè timuit. Petrus verò ſui junioris increpationem libenter ſuſcipiens quod plus juſto fecerat, diligenter correxit.

*Gregorius XI. in teſtamento ſuo quod habetur in Lucæ d'Achery Spicilegio 6.* Item volumus, dicimus & proteſtamur ex noſtrâ certâ ſcientiâ, quod ſi in Conſiſtorio, aut in Concilijs, vel ſermonibus, vel collationibus publicis vel privatis, ex lapſu linguæ, aut aliàs ex aliquâ turbatione, vel etiam lætitiâ inordinatâ, aut præſentiâ magnatum ad eorum forſitan complacentiam, ſeu ex aliquali diſtemperantiâ, aut ſuperfluitate, aliqua dixerimus erronea contrà catholicam fidem, quam coràm Deo & hominibus publicè ut tenemur præ cæteris profitemur, colimus, & colere cupimus; ſeu forſitan adhærendo aliquorum opinionibus contrarijs fidei Catholicæ ſcienter, quod non credimus, vel etiam ignoranter, aut dando favorem aliquibus contrà Catholicam Religionem obloquentibus, illa expreſsè & ſpecialiter revocamus, deteſtamur, & habere volumus pro non dictis.

*Acta Piſani Concilij in Seſſ. 13.* Die Mercurii 29. dicti menſis Maij adveniente, ſervatis ſolemnitatibus & ceremonijs ut ſuprà, quidam valentiſſimus Magiſter in Theologiâ, vocatus Magiſter Petrus Rhaoul, aſcendit pulpitum, & propoſuit verbum Dei, videlicet: Congregabuntur filij Iuda & filij Iſraël pariter, & ponent ſibimet caput unum; Oſeæ. 1. in fine: & deduxit pulchrè exaltando Eccleſiam, & aſſerendo eam eſſe ſuprà Papam, quod deduxit pluribus rationibus, tàm ex parte materiæ, ſcilicet animarum, quàm ex parte formæ quæ eſt Spiritus Sanctus, quàm etiam ex parte cauſæ efficientis, quæ eſt ipſe CHRISTVS, quàm etiam ex parte finis, quæ eſt ipſe Deus in Eccleſiâ triumphanti, & poſt modum poſuit opinionem Vniverſitatis Pariſienſis, videlicet quod Petrus de Lunâ eſt ſchiſmaticus, pertinax & hæreticus, etiam accipiendo hæreſim propriè & ſtrictè, præciſuſque ab Eccleſiâ Dei, ejectus à jure Papatus, & privatus, ac per conſilium de facto tanquam talis ejiciendus & privandus, & hæc declaravit pluribus rationibus; & ſubjunxit quod de eadem opinione erant Vniverſitates Andegau. Aurelian. & Tholoſan. Ipſo autem deſcendente de Cathedrâ aſcen-

D

dit quidam Epiſcopus Italicus, qui opinionem 130. Magiſtrorum in Theologiâ & plurium Licentiatorum & Baccalaureorum formatorum, ac Vniverſitatis Bononienſis in quâdam ſchedulâ publicavit, quæ eſt conformis opinioni Vniverſitatis Pariſienſis.

*Ioannes Gerſonius Cancellarius & Doctor Pariſienſis tractatu, An liceat in cauſis fidei à Summo Pontifice appellare.*

1ª. *Propoſitio.* In cauſis fidei judicium inniti debet infallibili regulæ, ſic quod ultimus & ſupremus Iudex, cui ſententiæ neceſſariò ſtandum eſt tanquam verè Catholicæ non ſit à fide deviabilis, alioquin ſtaret in caſu quod homines obligarentur aſſentire contrà fidem.

2ª. *Propoſitio.* In cauſis fidei non habetur in terrâ Iudex infallibilis, vel qui non ſit deviabilis à fide de lege communi, præter ipſam Eccleſiam univerſalem, vel Concilium generale eam ſufficienter repræſentans.

3ª. *propoſitio.* In cauſis fidei nullus particularis homo per ſuam determinationem poteſt de propoſitione non hæreticâ facere hæreticam, ſicut nec de catholicâ non catholicam: ita nec Papa, nec Epiſcopus propriè & verè loquendo, poſſunt propoſitionem aliquam hæreticare. Poſſunt tamen propoſitionem aliquam, quæ videtur aliquibus non hæretica, declarare quod ſit hæretica, & hoc judicialiter, ſicut Doctores ſcholaſticè hoc faciunt vel doctrinaliter, & hoc appellatur facere articulum, diverſimodè tamen, quia Papæ determinatio pœnalis ſe extendit ad omnes fideles, ſed Epiſcopalis tantummodo ad ſubditos ſuos ut præciſè eſt Epiſcopalis.

4ª. *propoſitio.* In cauſis fidei nulla determinatio Iudicialis Epiſcopi, imò nec Papæ ſolius præciſè ut eſt Epiſcopi vel Papæ, ligat fideles ad credendum quod ità ſit de veritate fidei, ſicut prætendit ſua declaratio, quoniam tam Papa quàm Epiſcopus deviabiles ſunt à fide, obligat tamen ſubditos ſub pœnâ excommunicationis talis determinatio, quod non dogmatizent oppoſitum talis determinationis, niſi appareat manifeſta ratio repugnandi, vel per ſacram Scripturam, vel per revelationem, vel per Eccleſiæ ſeu generalis Concilij determinationem.

*Petrus de Alliaco Epiſcopus Cameracenſis Cardinalis & Doctor Pariſienſis. tractatu de Eccleſiæ authoritate, 3ª. parte, cap.*1. Confirmatio in fide, de quâ dicitur, quod Eccleſia non poteſt errare, juxtà illud: Petre rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. Illa non eſt in Papâ: quia hoc non eſt dictum de fide perſonali Petri, cùm ipſe erraverit, ſed de fide Eccleſiæ, de quâ dicitur: Et portæ inferi non prævalebunt adversùs eam, ſcilicet Eccleſiam. Non enim dictum eſt, adversùs te, ſcilicet Petrum. Igitur ſpeciale privilegium eſt, & ſingularis auctoritas Eccleſiæ, quod non poteſt errare in fide.

*Et poſteà in fine ejuſdem capitis.* Tertiò dico quod hujuſmodi plenitudo poteſtatis, tropicè & alio modo æquivocè eſt in univerſali Eccleſiâ, & in Concilio generali ipſam repræſentante. Pro cujus declaratione ſciendum eſt, quod quantùm ad propoſitum pertinet, aliquid dicitur tripliciter eſſe in alio, primò tanquam in ſubjecto, ſicut virtus eſt in animâ, & accidens in ſubſtantiâ ſubjectiuè: ſecundo modo tanquam in objecto, ſicut aliquis

effectus dicitur eſſe in ſuâ cauſâ, vel in ſuo fine, quiâ in illum tendit tanquam in ſuum objectum finale: tertio modo tanquam in exemplo, ut res viſa dicitur eſſe in ſpeculo, vel aliqua doctrina in libro, quia ibi eſt repræſentatiuè. Primò ergò plenitudo poteſtatis eſt in Papâ, tanquàm in ſubjecto ipſam recipiente & miniſterialiter exercente. Secundò eſt in univerſali Eccleſiâ tanquàm in objecto ipſam cauſaliter & finaliter continente. Tertiò eſt in generali Concilio tanquàm in exemplo ipſam repræſentante, & regulariter dirigente. Primum patet ex immediatè dictis, quod Papa propriè loquendo eſt Miniſter, hanc poteſtatem ſubjectivè recipiens, & adminiſtrativè diſpenſans, juxtà illud Mathæi, 22. qui præceſſor eſt in vobis, fiat ſicut miniſtrator. Secundum patet, quia plenitudo poteſtatis non eſt cauſaliter propter Papam, ſed Papa & ejus poteſtas propter Eccleſiam, & ad eam ordinatur ſicut ad finem, id eſt, ad ejus ædificationem: quia ſecundùm ſententiam Apoſtoli 2. Corinth. 10 & penult. hanc poteſtatem dedit Dominus in ædificationem Eccleſiæ, & non in deſtructionem. Tertium patet ex eodem verbo Apoſtoli, quia ſi Papa uteretur hâc poteſtate ad deſtructionem Eccleſiæ, generale Concilium eſt exemplum, vel ſpeculum dictam univerſalem Eccleſiam repræſentans, & ejus vice & nomine abuſus hujuſmodi plenitudinis poteſtatis coërcens, regulans, & dirigens, &c.

*Idem capitulo* 2. Dico 1. quod quærere an errores contrà fidem in hoc ſacro Concilio damnandi, debeant per Summum Pontificem damnari ſub hac formâ, Nos hoc ſacro Concilio approbante damnamus, &c. aut damnari debeant ſub iſtâ formâ, Sacroſanctum Concilium damnat, &c. Non eſt quæſtio inutilis aut ſupervacua, nec ad materiam fidei, quæ tractatur, eſt impertinens; patet, quia utraque forma in decretis generalium Conciliorum reperitur: Nam ſicut tunc fuit allegatum, ſecunda forma condemnandi habetur in multis libris Conciliorum, eſt etiam Decreti, & Decretalium, ubi ſic dicitur, Placuit ſacro Concilio, vel, Concilium definit, vel, ſtatuit ſanctum Concilium: Papa etiam quando dicit, Sacri authoritate Concilij & conſenſu, atque reliquorum fidelium & cunctorum Conſiliariorum noſtrorum conſultu definitum eſt. Et primò habetur in multis conſtitutionibus ſynodalibus, & maximè in juribus novis. Et paulò poſt. Sed quod alia (ſcilicet Sacro-Sanctum Concilium damnat) ſit Theologiæ conformior, Patet, quia in Actibus Apoſtolorum, authoritas definiendi attribuitur Concilio, & non ſpecialiter Petro, ubi dicitur, Placuit nobis collectis in unum, &c. Et Beatus Gregorius 15. diſt. can. ſicut, ubi dicit, ſe quatuor Concilia, ſicut Sancti Evangelij quatuor libros venerari, ſubdit cauſam, quia univerſali conſenſu conſtituta ſunt: vnde videtur ſequi, quod authoritas diffiniendi, maximè in materiâ fidei, pertineat ad Concilium generale: Et idem dicunt aliqui, quandò agitur de facto Papæ, quod patet in Concilijs Symmachi, ubi dicunt Epiſcopi, Decernimus, & ſynodali authoritate roboramus, ut ſynodalis ordinatio urgeat. Et in ſuperſcriptionibus Epiſcoporum dicitur, His conſtitutis ſynodalibus à nobis probatis atque formatis, & multa alia ejuſmodi. al. *vigeat.*

Tertiò dico quod ex præmiſſis ſequitur, quod dicta ſchedula eſt erronea, & in ſe eſt deſtructiva authoritatis Concilij Piſani, & per conſequens Domini noſtri Papæ, & præſentis Concilij, quæ ex illo dependent: patet, quia dicta ſchedula, ponit & approbat Concilium nullam per ſe authoritatem habere niſi ex capite, videlicet Papâ, & per conſequens, non debere ſententiare, neque diffinire, tanquam principale, ſed capite Concilio conſentiente: Nam conſtat, quod Concilium Piſanum non habuit authoritatem ſententiandi & definiendi à Papâ tanquam ex Capite, quia authoritate Papæ non fuit congregatum, ſed magis ipſo contradicente, cum ibi duo contendentes fuerint condemnati; quorum alter erat Papa, ſicut communiter tenebat Eccleſia Chriſtiana, & paulò poſt.

Sextò ex præmiſſis ſequi videtur ſecundum aliquos, quod falſa eſt quorumdam Iuriſtarum opinio, dicentium quod in Concilio generali, Papa duntaxat judicat & diffinit, & ſi eo non præſente ibi aliqua ſtatuerentur, Concilium nihil ſtatuit, ſed ſuadet & conſulit; nec Papa tenetur ſequi deliberationem vel ſuaſionem Concilij, ſed quod ſtandum videretur ſententiæ Papæ, ſi contradiceret Eccleſiæ vel Concilio. Patet, quia univerſalis Eccleſia à CHRISTO, & non Papa hoc privilegium authoritatis habet, quod in fide errare non poteſt: & hanc etiam authoritatem, ſecundùm aliquos, habet Concilium univerſalem Eccleſiam repræſentans: ſed talem authoritatem non habet Papa, cùm errare poſſit in fide: ergò in hoc major eſt authoritas Concilii vel Eccleſiæ quàm Papæ: unde oppoſitum dicere, multis eſſet hæreticum, & ex Iuribus malè intellectis erroneè concluſum.

*Idem Cap.* 4. Tertiò ex his ſequitur, quod illud falſum eſt quod in ultimo, in illâ ratione aſſumitur, ſcilicet quòd in Concilio generali, ſolus Papa judicat & diffinit, quia licet in Concilijs generalibus communiter proferat ſententiam, tamen id fit authoritate & Concilij conſenſu. Nec benè concludunt illi Doctores, qui arguunt Concilium conſulit, & deliberat, ergò non definit vel judicat: Nam contrarium expreſſè legitur in multis locis libri Conciliorum, & etiam Decreti, & Decretalium, ut ſuprà allegatum eſt in capite 2. tertiæ partis. Quartò dicitur ad confirmationem prædictæ ſolutionis, quod illi qui, ut præmiſſum eſt, ſic exprimunt authoritatem Summorum Pontificum, non ſolum docent contrà jura humana prææallegata, ſed etiam contrà divinum. Nam in primo Concilio celebrato Hieroſolymis, de quo habetur Actuum 15. Iacobus, qui erat Epiſcopus Hieroſolymitanus, etiam præſente Petro, protulit ſententiam: unde ibi dicit, Propter quod ego judico non inquietari eos, &c. & ibidem ſcripta eſt Epiſtola, cujus initium eſt, Apoſtoli ſeniores fratres his qui ſunt Antiochiæ, &c. ſequitur, Viſum eſt Spiritui Sancto & nobis, nihil ultrà imponere, &c. Ex quibus omnibus patet, quod auctoritas diffiniendi ſeu determinandi in Concilio, non ibi attribuitur Petro, quamvis eſſet caput Eccleſiæ, ſed toti Concilio Apoſtolorum, & ſeniorum, quorum conſenſu lata eſt & publicata ſententia. Quintò ex his concluditur, quod auctoritas & determinatio Concilij attribuenda eſt determinationi Spiritus Sancti, quia

ibi dicitur, viſum eſt Spiritui Sancto & nobis, &c. cui concordat quod dicitur, 25. *q.* 2. *can.* igitur, ubi dicit Leo Papa. Sanctorum Patrum canones Spiritu Dei conditos, & totius mundi reverentiâ conſecratos: & hinc trahitur ſecundum aliquos, quod Concilium generale non poteſt errare in his quæ ſunt fidei: quod etiam probatur ex illo verbo CHRISTI. Petre rogavi pro te ut non deficiat fides tua, quia hoc non eſt dictum de fide perſonali Petri, cum ipſe erraverit, ſed de fide univerſalis Eccleſiæ quæ repræſentatur in Concilio generali; de quâ Eccleſiâ etiam ibi dictum eſt. Et portæ inferi non prævalebunt adverſus eam, ſcilicet Eccleſiam: non enim dicit adverſus te, ſcilicet Petrum: Ex quibus patet, quod Concilij judicium præferendum eſt judicio Papæ, cum ipſe in his quæ fidei ſunt poſſit errare..... ex his ſextò infertur, quod quamvis Papa concedatur eſſe caput Eccleſiæ, tamen hoc eſt ſub principali & eſſentiali capite CHRISTO, & ideò ſubordinatio corporis Eccleſiæ ad Papam eſt ſolum accidentalis, ſed eſſentialis ad Chriſtum, à quo immediatè habet authoritatem, &c. & poſteà.

Tertiò hanc authoritatem habet univerſalis Eccleſia, ut dictum eſt, quod in fide errare non poteſt, & hoc nec mediatè, nec immediatè à Papâ dependet, quia id non habet. Ex quibus omnibus ſequitur, quod poteſtas ſeu authoritas Eccleſiæ immediatè eſt à Chriſto, & non à Petro, & hoc nota in verbo Chriſti quia non dixit, Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabis Eccleſiam, ſed, ædificabo, nec dixit Eccleſiam tuam, ſed Eccleſiam meam. Item ad hoc facit quod Auguſt. ait lib. de Agone Chriſtiano, cap. 22. vbi dicit, quod claves regni cœlorum omnibus datæ ſunt, cum Petro datæ ſunt, & quod ei dicitur, ad omnes dicitur.

*Iacobus Almaynus Doctor Pariſienſis, lib. de authoritate Eccleſiæ, cap. 6.*

2ª. Propoſitio, Chriſtus hanc poteſtatem (ſcilicet ſupremam) immediatè contulit Eccleſiæ, &c. Probatur per illud Chriſti, *Math.* 18. Si peccaverit in te frater tuus, &c. Quod de Eccleſiâ prout eſt plurium collectio, intelligatur, Patet ex eo quod, poſtquam dixit: Dic Eccleſiæ, &c, ſi non audierit Eccleſiam, ſit tibi ſicut Ethnicus & publicanus, ſtatim ſubjungit pluraliter, quæcumque alligaveritis ſuper terram, &c. Ergò non capit ibi Eccleſiam pro unico ſuppoſito, ſed pro pluribus, &c.

Secundò probatur per illud quod ſcribitur, *Actuum* 15. In quo capite narratur quomodo in Concilio Apoſtolorum & ſeniorum propoſita fuit quæſtio de ceſſatione legalium, & an converſi ex gentibus circuncidendi eſſent. Placuit Apoſtolis & ſenioribus cum omni Eccleſiâ eligere viros ex eis, & mittere Antiochiam cum Paulo & Barnabâ Iudam, qui cognominabatur Barſabas, & Silam viros primarios in fratribus, ſcribentes per manus eorum, Apoſtoli & ſeniores fratres, &c. & aliquibus interpoſitis ſubjungitur concluſio illius Concilij: Viſum eſt Spiritui Sancto & nobis, nihil imponere ultrà vobis oneris, quàm hæc neceſſaria, ut abſtineatis vos ab immolatis ſimulachrorum, & ſanguine ſuffocato, & fornicatione. Vbi non dicitur Petrum hoc impoſuiſſe, quamvis eſſet præſens, ſed totum Apoſtolorum & ſeniorum Concilium: Ergò penes Eccleſiam eſt poteſtas ſtatuen-

di ſeu præcipiendi, quæ ad poteſtatem juriſdictionis ſpectant.

Tertiò probatur Authoritate Gregorij, quæ ponitur in canone ſicut Sancti Evangelij quatuor libros, ſic quatuor Concilia ſuſcipere & venerari me fateor, Nicœnum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum, & Chalcedonenſe; & in fine Canonis redditur cauſa, quia dum univerſali ſunt conſtituta conſenſu, ſe & non illa deſtruit, quiſquis præſumit abſolvere quos ligant, aut religare quos abſolvunt. Non dicitur enim, quia dum Petri aut Summi Pontificis conſenſu conſtituta ſunt; nec dicitur quos Summus Pontifex ligat, ſed quos Patres ligant. Ad hoc eſt canon. Decrevit. 88. diſtinct. ubi dicitur Decrevit Sancta Synodus, & non dicitur Decrevit Summus Pontifex, ad denotandum quod authoritas definitiva apud Synodum reſidet, &c.

*Idem cap.* 10. Inveſtigandum eſt, an ad Papam vel ad Eccleſiam ſeu Concilium eam repræſentans, ultima eorum quæ ſunt de fide, deciſio ac determinatio ſpectet: hîc enim non loquimur de deciſione ſeu determinatione doctrinali, quæ ad unum quemque virum peritum ſpectare dignoſcitur, ſed de auctoritativâ & judiciali, & quantùm ad iſtud, dicit prædictus frater Thomas de Vio, quod ad Summum Pontificem ultima eorum quæ ſunt fidei, deciſio ſpectat, &c. & iſtam opinionem ſuam deducit 9. & 11. capitulis.

Contrà quam ſit iſta propoſitio, Papa poteſt errare errore judiciali, de errore perſonali omnibus notum eſt. Probatur iſta Propoſitio, &c. & poſteà.

Et ex his ſequitur corollariè quod determinatis per Summos Pontifices, non eſt neceſſariò credendum, quamvis non ſit oppoſitum publicè dogmatizandum, niſi de falſitate conſtet, ut dicit Ioannes de Gerſonio.

Sequitur 2°. quod ultima reſolutio in his quæ fidei ſunt, non ſpectat ad Summum Pontificem: non eſt enim veriſimile, quod homini potenti in his quæ fidei ſunt, errare, ultimam commiſerit Deus deciſionem.

Sequitur 3°. quod non pro perſonâ Petri ſolâ, aut ſucceſſoribus oravit Chriſtus ne deficeret fides ejus, ſed pro univerſali Eccleſiâ per Petrum repræſentatâ: &c.

Secunda Propoſitio, Concilium univerſale in his quæ fidei ſunt, errare non poteſt, & ſic ad ipſum ultima fidei deciſio ſpectat. Quod non poſſit in his quæ fidei ſunt errare, Patet, quia ſpecialiter dirigitur à Spiritu Sancto, qui juxtà promiſſum Chriſti, omnem veritatem docet. Vnde & in concluſione Concilij Apoſtolorum, Actuum 15. dixerunt Apoſtoli viſum eſt Spiritui Sancto & nobis, præponentes Spiritum Sanctum tanquam præſidentem & ſpecialem directorem Concilii: & non dixerunt, Viſum eſt Petro & nobis, & iſtam concluſionem ſatis innuiſſe videtur Auguſtinus, cum inquit, Evangelio non crederem, niſi ad hoc me cogeret Eccleſiæ authoritas, &c. & hanc indeviabilitatem à fide poſſumus deducere ex dicto Chriſti, cum dicit Apoſtolis, Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi; non enim intelligi poteſt illud de Apoſtolis in perſonis eorum, cum non erant uſque ad conſummationem ſæculi

victuri, ſed in eorum ſucceſſoribus, nec hoc alicui certo ex ſucceſſoribus promittit Chriſtus, ſed collectioni: Concilium enim generale verè repræſentat Concilium Apoſtolorum & ſeniorum. Iſta concluſio iterùm patet ex alio, nam fatetur quilibet Chriſtianus ſe credere in unam ſanctam Eccleſiam Catholicam, & ſic ad eam, eorum quæ ſunt fidei, ultima deciſio ſpectabit. Cum enim Papa fatetur ſe credere in unam ſanctam Eccleſiam, non intelligit quod credat in ſemetipſum, &c.

*Idem tractatu de dominio Naturali ciuili & Eccleſiaſtico.*

Secunda pars eſt, quod illa poteſtas major perfectione & extenſione in Eccleſiâ quàm in Summo Pontifice: quod ſit major perfectione probatur ſic, Eſt in Eccleſiâ indeviabiliter ità quod errare non poteſt in his quæ ſunt fidei, & bonorum morum, nec errare poteſt in ſententiando, ità quod malè ſententiaret cum ſemper ei aſſiſtat Spiritus Sanctus veritatis Doctor & infallibilis director, & nihil judicat aut ſtatuit niſi ejus inſtinctu, juxtà illudquod ſcriptum eſt Actuum 15. Viſum eſt Spiritui Sancto & nobis: ſed in Summo Pontifice eſt deviabiliter, ergò eſt perfectior illa poteſtas in Eccleſiâ quàm in Summo Pontifice, &c.

*Ioannes Major Doctor Pariſienſis de authoritate Eccleſiæ.* Per illa verba Dic Eccleſiæ, datur poteſtas toti Eccleſiæ, capiendo Eccleſiam pro Prælatis majoribus & minoribus, ſive pro Concilio generali totam Eccleſiam repræſentanti, quia pluraliter ſubjungitur, Quæcumque alligaveritis, &c. & poſteà.

Nota hanc diſputationem Majoris, excerptam eſſe ex Commentarijs ab ipſo editis ſuper Math.

Secundò arguitur ad idem ſemper probando illam minorem aſſumptam (ſcilicet à Concilio non appellari ad Papam, ſed à Papâ appellari ad Eccleſiam ſeu Concilium) claves non datæ ſunt Petro, niſi nomine Eccleſiæ, & niſi propter Eccleſiam, ergò, &c. & paulò poſt ſubdit.

Iſtud etiam confirmatur authoritate Auguſtini, *Pſalm. 106.* dicentis, Sunt enim quædam à Domino dicta, quæ ad Apoſtolum Petrum propterea pertinere videntur, nec tamen habent illuſtrem intellectum, niſi cum referuntur ad Eccleſiam, cujus ille cognoſcitur in figurâ geſtaſſe perſonam, propter primatum quem in diſcipulis habuit; ſicut illud, Tibi dabo claves regni cœlorum, & ſimilia hujuſmodi: hoc ex Auguſtino ſuperiùs allegavimus in cap. 16. dicente 1 Retractationum, Dixi in quodam loco de Apoſtolo Petro, quod in illo tanquam in Petrâ, ædificata eſt Eccleſia, ſed ſcio me poſteà ſæpiſſimè ſic expoſuiſſe quod à Domino dictum eſt, Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, vt ſuper hanc, intelligeret quam confeſſus eſt Petrus, dicens, Tu es Chriſtus Filius Dei vivi, &c. ut in 16. cap. diximus. Idem Auguſtinus ſermone 15. de Apoſtolis Petro & Paulo dicit, Tibi dabo claves regni cœlorum, per hoc unitati & univerſali Eccleſiæ claves dedit. Et lib 2. quæſtionum veteris & novi teſtamenti quæſt 78. poſt multa verba ſic ait, Has autem claves non homo unus, ſed unitas accepit Eccleſiæ: & Auguſtinus in lib. de Agone Chriſtiano, reprobat errorem eorum qui dicunt claves Eccleſiæ eſſe datas ſoli Petro, & non Eccleſiæ. Iſtud expreſſè tenet Hyeronimus in commentario ſuo Matth. 16. & Rabanus ait, Hæc autem

ligandi atque ſolvendi poteſtas, quamvis ſoli Petro data videatur, tamen cæteris Apoſtolis datur.

Quartò arguitur, Concilium definit nomine Eccleſiæ & non nomine Papæ, & non niſi propter authoritatem ſuperioritatis eſt, quod ità definiat: Patet ex Actibus Apoſtolorum, ex quibus fundamenta Conciliorum capta ſunt in Eccleſiâ: nam Actuum 1. ſcribitur, Et ſtatuerunt duos, Ioſeph qui vocatur Barſabas, qui cognominatus eſt Iuſtus, & Mathiam, hoc eſt Apoſtoli ſtatuerunt, licet Petrus hoc in medium propoſuit. Similiter Actuum 6. Apoſtoli omnes elegerunt Stephanum & ſocios ejus: hoc ampliùs patet Actuum 16. in quo dicitur quomodo aliqui Fratres dixerunt, oportet ſervare legalia, & factâ ſeditione non minimâ, Paulus, Barnabas, & quidam alij ex alijs, hoc eſt, ex utriſque diſſentientibus, aſcenderunt Hieroſolymam, propoſituri quæſtionem coràm Apoſtolis, ubi Iacobus nomine Concilij univerſalis, licet Petrus eſſet præſens, protulit ſententiam, & tota multitudo ſeniorum, qui erant Hieroſolymis, miſit Epiſtolam his qui erant Antiochiæ: patet per ſtylum quia ſcripſerunt, Apoſtoli & ſeniores Fratres, his qui Antiochiæ ſunt, & Syriæ, & Ciliciæ Fratribus ex gentibus, ſalutem, & quæ ſequuntur. Poſteà ad propoſitum dixerunt Viſum eſt Spiritui Sancto & nobis, nihil ultrà imponere vobis, &c. Ecce ergò in hac gravi quæſtione Petrus non dedit ſententiam, ſed Apoſtolorum & Fratrum Senatus, qui univerſalem Eccleſiam repræſentabat. Simile habetur Actuum 21. Injunctum erat Paulo à totâ congregatione ſeniorum, quod debebat ſe conformare in cæremonijs legis: In omnibus iſtis Concilijs Apoſtolorum, multitudo omnia definit nomine multitudinis, & non nomine Petri. Ergò volebant innuere quòd multitudo erat ſuper Petrum, & majoris authoritatis quàm Petrus; ergò ſic eſt faciendum in Concilijs ſequentibus. Si dicas hoc Petrus eis ex humilitate conceſſit, ſic dicam de Iacobo, & de multis ad Petrum ſpectantibus, quod Eccleſia ei permiſit ex humilitate.

Et poſteà in ſolutione argumentorum Cajetani hæc habet. Reſpondetur, communes definitiones Conciliorum, emanare à nomine & ſub nomine Concilij; & ille modus eſt melior, tùm quia, ſumma authoritas in Concilio reſidet, quod in fide & moribus errare nequit. Tùm ſecundò, modus ille eſt conformis deliberationibus Concilij univerſalis Apoſtolorum, ut patet ex ſuperiùs allegatis, ex lectione Actuum quæ eſt emanatio ſub nomine Papæ exiſtentis in Concilio, eſt à præcone legis, ipſe eſt nobilius membrum in Eccleſiâ, propterea Concilium permittit quòd ſub ejus nomine fiat emanatio legis, licet ponatur utrobique aliquid ſapiens de authoritate Concilij, ut patet in decretali allegatâ approbante Concilium, & poſteà utitur plurali numero ad ſe & Concilium deſignandum, de Summâ Trinitate & fide Catholicâ cap. damnamus, dicitur, Nos autem Sacro approbante Concilio credimus & confitemur, &c. Idem patet de Iurejurando cap. nimis, & in pleriſque alijs locis: & ad formam argumenti, nego quod Concilium ſolùm conſulit, ſicut in deliberationibus Capitulorum, quilibet ſuam aſſertionem & opinionem in medium affert, & cauſam ſui dicti reddit, & à pluralitate concludit,

cludit, ſicut Rector Pariſienſis Academiæ facit, ex quo fit, ut tot ſint partialiter definientes in Concilio, quot deliberationes in eodem habent; partialiter autem definire & abſolutè definire, &c.

*Ex tractatu, quem Petrus de Alliaco, tunc Navarrici Collegij Magiſter, edidit nomine Theologicæ Facultatis cum alijs deputatis ejuſdem Facultatis adverſùs Ioannem Monteſonum.*

Tertiò dicendum eſt, quod illud quod dictus Frater ad ſuæ appellationis fundamentum principaliter aſſumit, ſcilicet, quòd ſolius Sedis Apoſtolicæ eſt declarare, damnare & reprobare. Et iterùm, quod eorum, quæ tangunt fidem, ad ſolum Summum Pontificem pertinet examinatio & deciſio. Hoc, inquam, continet manifeſtam hæreſim, & eſt dictum ſibi ipſi repugnans & contrarium: & ideò propter hoc ſolùm, ſi nihil aliud erroneum dixiſſet, Romana Eccleſia ipſum debet cogere ad revocandum.

1. *Ratio.* Et iſtud declaratur 1 Supponendo quid ſit Sedes Apoſtolica: Nam ipſa vel eſt univerſalis Eccleſia, vel aliquod generale Concilium univerſalem Eccleſiam repræſentans, vel particularis Eccleſia Romana, in quâ ſcilicet Eccleſiâ ſedet, id eſt, cui præſidet Summus Pontifex, & ideò ipſe & Sedes Apoſtolica non ſunt idem, ſicut non ſunt idem Sedes & Sedens. Ex quibus clarè patet, ſi ad ſolam Sedem Apoſtolicam pertinet circà fidem declarare vel reprobare, quòd ad ſolum Summum Pontificem hoc non pertinet, & econtrà ſi ad ſolum Summum Pontificem pertinet eorum, quæ ſunt fidei, examinatio, & deciſio, hoc ad ſolam Sedem Apoſtolicam non pertinet, quod in illo dicto eſt manifeſta repugnantia.

2. *Ratio.* Item hoc tertium dictum manifeſtè repugnat primo dicto, ubi aſſerit, quòd Stephanus Epiſcopus Pariſienſis & Facultas Theologiæ approbaverunt doctrinam Sancti Thomæ. Ex quo ſequitur, quòd nec ad ſolam Sedem Apoſtolicam, nec ad ſolum Summum Pontificem pertinet, eorum quæ ſunt fidei, declaratio, deciſio, vel approbatio.

3. *Ratio.* Item ſecunda pars illius dicti, ſcilicet, quod ad ſolum Summum Pontificem pertinet eorum, quæ tangunt fidem, examinatio & deciſio, continet manifeſtam hæreſim, imò multas hæreſes.

## PRIMA HÆRESIS.

Primò, quia per illam Excluſionem excluditur univerſalis Eccleſia, & generale Concilium eam repræſentans, quod eſt hæreticum, quia in cauſis fidei à Summo Pontifice appellari poteſt ad Concilium, ſicut patet 19. Diſt. cap. Anaſtaſius: & manifeſtum eſt, quod ad ipſum pertinet Concilium in cauſis fidei definire, ſicut patet ex authoritate Gregorij 15. Diſt. cap. Sicut.

## SECVNDA HÆRESIS.

Secundò, per illud excluditur Sedes Apoſtolica, ut dictum eſt, quod eſt contrà ipſum, & eſt manifeſtè hæreticum.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## TERTIA HÆRESIS.

Tertiò, Excluduntur Epiſcopi Catholici ab omnimodâ cognitione, examinatione & deciſione eorum, quæ ſunt fidei, quod eſt contrà jus tàm divinum, quàm humanum, ſicut clarè patet, &c.

*Gerſonius ſermone pro Viagio Rege Romanorum.*

2. *Directio, ſeu decima Lex.* Concilium generale quamvis non poſſit nec debeat plenitudinem poteſtatis Papalis commiſſam à Christo Petro & ſucceſſoribus ejus, tollere, vel minuere, ſed de eâ gratias agere Deo, qui contulit, eamque revereri debet & amplecti: *Poteſt nihilominùs uſum poteſtatis illius certis legibus & ſtatutis limitare in ædificationem Eccleſiæ.* Hoc practicavit præſens Concilium tùm in multis, &c. Et infrà. Expedit autem nunc antè Summi Pontificis electionem ità fieri circà multa generalem ſtatum Eccleſiæ convenientia, in quibus Summi Pontifices uſum plenitudinis ſuæ poteſtatis nimis verterunt in abuſum, ut quia noluerunt generalia celebrare Concilia, nec inferioribus Prælatis ordinaria jura relinquere. Quodque in ſtatutis generalium Conciliorum nunc caſſando ea, nunc mutando, nunc ad libitum interpretando, nunc privilegia & exceptiones largiendo, palàm & abſque manifeſtâ ratione vel utilitate deviarunt. Vnde ſicut in uſu diſpenſationum, conceſſione privilegiorum, innovatione Decretalium, non expedit uſum poteſtatis Papalis ſic reſtringi, ut in omni caſu tali fiat ad Concilium generale recurſus propter difficultatem & raritatem ſuæ convocationis, qualis non erat in primitivâ Eccleſiâ, quandò communi conſenſu, dicente Hieronymo, fiebant omnia. Sic non expedit talem laxationem fieri; quæ vim & robur generalium Conciliorum in ſuis conſtitutionibus paſſim tollat & enervet, &c. Et infrà. Vnde Concilium in multis quæ Papam reſpiciunt, habet authoritatem conciliativam & directivam, Papa exercitativam & executivam. Non enim poſſet Concilium per ſeipſum vel abſolvere in foro conſcientiæ, vel Preſbyteros ordinare, vel Corpus Christi conficere, vel debellare manu armatâ infideles, & ità de multis. *Sed ad ipſum ſpectat circà hæc hujuſmodi conſulere vel dictare, cujus dictamini qui repugnat, contumaciter repugnat Spiritui Sancto, cujus eſt ipſum Concilium in dictando vel conſulendo dirigere.*

*Idem. De auferibilitate Papæ Conſideratione* 12. Auferibilis eſt in caſu Vicarius Sponſus Eccleſiæ per Eccleſiam vel generale Concilium, nedum conciliativè, aut dilativè vel denunciativè, *ſed auctoritativè, judicialiter atque juridice* Præſupponamus quod juriſdictio idem eſt quod, juris dictio ſeu poteſtas, vel juriſdictio eſt facultas propinqua dicendi jus, & ſolet reſtringi ad coactivam juriſdictionem, quæ fertur vel dicitur in alterum etiam invitum. Sequitur protinùs ex hac deſcriptione conſiderationis veritas, quomodò Eccleſia ſeu Concilium habet in caſu facultatem propinquam vel auctoritatem, ſeu *poteſtatem dicendi jus etiam in alterum qui in Papam fuit ritè ſuſceptus & electus.* Nolumus tamen impugnare, quin Summus Pontifex habeat poteſtatem regitivam & auctoritativam reſpectu omnium hominum quantùm

CHRISTVS voluit & cognovit expediens ſibi dare pro exercendo eam. Non pro ſe tantummodò, ſed magis ad utilitatem Eccleſiæ, qualem auctoritatem Eccleſiæ, non habet totum Eccleſiæ reſiduum, niſi unitivè, quomodò vel electivè, & ex iſtâ diviſione, verum eſt quod claves datæ ſunt nedùm uni ſed unitati. Ex hoc tamen non habetur, quod Eccleſia tota, vel Concilium abſente Papâ, præſertim ſuo demerito non poſſit auctoritativam juriſdictionem exercere, *Sicut lex quædam divina & indeviabilis ad reducendum ipſum, vel corrigendum, vel compeſcendum. Ne noceat ipſe* nedum Eccleſiæ: ſed ſibimet tanquàm freneticus, vel ut peſſimâ malarum paſſionum ebrietate ſeductus, ſicut enim tradit Ariſt. 5. Poli. Quod ad communitatem totam ſpectat Principis vel correctio, vel totalis deſtitutio ſi inemendabilis perſeveret. Et hæc poteſtas inauferibilis vel inabdicabilis eſt à communitate liberâ, quæ de rebus ſuis facere poteſt ad libitum, nec per appropriationem vel aliquam legem poteſt ſuſpendi, *quantò magis hoc habebit Eccleſia.* Iudaïzabat olim Petrus per diſſimulationem, Paulus ei reſiſtit in faciem ad Galat. 2. Introducebat Petrus rem novam in Eccleſiâ Dei, ad Centurionem gentilem intravit. Act. 10. Subortum eſt murmur in Eccleſiâ, itâ ut compulſus ſit Petrus doctrinam inſequi quam tradidit ſcriptis, ut ſcilicet paratus eſſet coràm totâ Eccleſiâ rationem reddere de eâ, quæ in ipſo erat, fide & ſpe, alioqui non ſibi credidiſſet Eccleſia. Quantò fortiùs & rationabiliùs poſſunt duo contendentes diffamati apud bonos & graves de ſchiſmate, de perjurio, de hæreſis ſuſpicione compelli rationem reddere, ſi ſe cognoverint innocentes. Sic Symmachus, ſic Beatus Marcellus, ſic ipſe Gregorius, ſic alij plures judicium ſubire Concilij, *nequaquam ex humili condeſcenſione, ſicut fingunt aliqui, ſed ex debito & obligatione, quorum multos, quia concilium non reperit convictos de crimine, reliquit cauſam eorum examine Iudicis Dei terminandam.*

*Idem de poteſtate Eccleſiaſticâ. Conſideratione 4.*

Poteſtas Eccleſiaſtica juriſdictionis in foro exteriori, eſt poteſtas Eccleſiaſtica coërcitiva, quæ valet exerceri in alterum etiam invitum, ad dirigendum ſubditos in finem beatitudinis æternæ, velut in finem proximum & principaliter intentum, &c. Hanc poteſtatem contulit CHRISTVS, Matth. 18. dùm dixit Petro vice omnium: Si peccaverit, &c.

Quo in loco fundatur juridica poteſtas excommunicandi, vel interdicendi ab Eccleſiaſticis Sacramentis & Communione fidelium rebelles & inobedientes Eccleſiæ, ſicut uſus eſt Apoſtolus, &c.

Fundatur rursùs abſque omni calumniâ pœnibili in hoc textu plenitudo poteſtatis gladij ſpiritualis, & executio ejus in Eccleſiâ ſuper quemlibet Chriſtianum, qui eſt frater noſter, *etiam ſi Papa fuerit.* Nec accipiendum eſt hîc, dic Eccleſiæ, id eſt Papæ, quoniam Chriſtus Petro loquebatur, qui non dixiſſet ſibi ipſi, &c.

Fundatur etiam in hoc textu nedum poteſtas exercendi, ſed poteſtas definiendi, determinandi, ſtatuendi, decernendi, conſtituendi præcepta, leges & Canones, &c. Audire igitur debet Eccleſiam quilibet frater noſter qui dicit ad Deum Pater noſter, ſicut explicat alibi Chriſtus: qui vos audit me audit.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Confirmant hanc ſententiam ſtatuta & practicata in hoc ſacro Conſtantienſi Concilio præſertim 6. Aprilis Anni M. CD. XV. in ſeſſione publicâ, cujus inter cætera ſunt hæc decreta duo prima.

Et primò declarat quod ipſa in Spiritu Sancto legitimè congregata generale Concilium faciens, & Eccleſiam Catholicam militantem repræſentans, poteſtatem immediatè à Chriſto habet, cui quilibet cujuſcumque ſtatûs vel dignitatis, etiam ſi Papalis exiſtat, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem & extirpationem dicti ſchiſmatis, ac generalem reformationem Eccleſiæ Dei in capite & in membris.

Item declarat, quòd quicumque, cujuſcumque ſtatûs vel dignitatis, etiam ſi Papalis exiſtat, qui mandatis, ſtatutis, ſeu ordinationibus aut præceptis hujus ſanctæ Synodi, & cujuſcumque alterius Concilij generalis legitimè congregati ſuper præmiſſis, ſeu ad ea pertinentibus, factis vel faciendis, obedire contumaciter contempſerit, niſi reſipuerit, condignæ pœnitentiæ ſubjiciatur, & debitè puniatur, &c.

Concluditur autem ex præmiſſis, quòd ſi poteſtas prædicta ſit Eccleſiæ data Concilium generale repræſentans Eccleſiam habet illam, &c. & fundatur prædicta poteſtas Eccleſiaſtica juriſdictionis, in unitate vel unione tali quemadmodùm notaſſe videtur Elevatus Auguſtinus, quod claves Eccleſiæ datæ ſunt unitati. Verumtamen hoc non impedit quin datæ ſint Petro tanquàm Monarchæ, legitimiſque ſucceſſoribus ſuis, principaliùs tamen Eccleſiæ. 1. ratione indeviabilitatis, quia portæ inferi non prævalebunt adversùs eam, non deficiet fides ejus, *non ſic de Papâ.* 2. ratione regulabilitatis, quoniam *habet regularem uſum poteſtatis Papalis*, non ſic è converſo. 3. ratione multiplicitatis, quoniam Eccleſia continet quamlibet poteſtatem Eccleſiaſticam etiam Papalem, non ſic Papa, præſertim in extenſionem. 4. ratione obligabilitatis, quia Eccleſia poteſt condere leges obligantes & regulantes etiam ipſum Papam tàm quoad perſonam, quàm reſpectu uſûs poteſtatis, non ſic è contrà poteſt Papa judicare totam Eccleſiam, vel uſum ſuæ poteſtatis limitare, imò ſi Papa condat leges & Canones videtur obſervandum illud quoad ſententialiter dicit Auguſtinus, leges inſtituuntur cum promulgantur, firmantut autem cum moribus utentium approbantur Hoc enim diciur ad reprimendum præſumptionem quorumdam Summorum Pontificum, vel eis adulantium, qui videntur voluiſſe debere ſervari pro regulâ immutabili de Papâ reſpectu cujuſlibet Provinciæ, vel totius Eccleſiæ. Quod placuit Principi, legis habet vigorem, quaſi nullum ſupereſſet examen ſupremum, &c.

*Idem conſideratione decimâ.* Nimirum poſuerunt iſti Papalem auctoritatem ſuprà Concilium, aut ſaltem non imparem. Eſt autem certum apud eos quod par in parem & minor in ſuperiorem non habet imperium. *Benedictus autem Deus, qui per hoc Sacro-Sanctum Conſtantienſe Concilium illuſtratum divinæ legis lumine dante ad hoc ipſum vexatione præſentis ſchiſmatis intellectum, liberavit Eccleſiam ſuam ab hâc peſtiferâ pernicioſiſſimâque doctrinâ, quâ ſemper manente perſeveraſſet ſemper ſchiſma nutritum ab eâ.* Declaratum nempe decretumque eſt, quod & ſine Papâ generale Concilium convocari, & à Concilio Papa judi

cari certis caſibus poteſt. Quod inſuper habet auctoritatem *generale Concilium præſcribere leges, ſeu regulas ſecundum quas plenitudo poteſtatis Papalis non quidem in ſe, quæ ſemper eadem eſt, ſed in uſu ſuo moderanda regulandaque eſt.* Neque putandum eſt inſuper Concilia generalia ſic excepiſſe Papalem auctoritatem in conſtitutionibus ſuis, ut eidem permitteretur effrænis libertas, *ea deſtruendi leviſſimè, quæ tantâ gravitate & digeſtâ ſapientum maturitate condita ſunt.* Intelligitur ergò Papalis auctoritatis exceptio facta prout occurrens neceſſitas vel evidens utilitas poſtulabat, ubi pro tunc recurſus ad generale Concilium non patebat. *Alioquin non erat ibi uti plenitudine poteſtatis Papalis, ſed abuti pleniſſime, &c.*

Idem tractatu an liceat in cauſis fidei à Summo Pontifice appellari, penè per totum vide.

Idem in articulis ſpecialibus in materiâ ſchiſmâtis.

*Almaynus de Dominio naturali civili & Eccleſiaſtico.* 2°. (poteſtas) *eſt in Eccleſiâ ad arctandum uſum poteſtatis in Summo Pontifice, ſi eâ utatur non in ædificationem Eccleſiæ.* Iuxtà illud Salvatoris, Si ſcandalizaverit te oculus tuus, erue eum à te quantum ad uſum, &c.

*Idem de authoritate Eccleſiæ, cap. 7.* Quintò arguitur, ſi eſſet Papæ ità collata poteſtas ſuper totam Eccleſiam, quod quamvis exerceret eam in deſtructionem Eccleſiæ & non in ædificationem, & eſſet toti Eccleſiæ perniciosus, quantum ad conſecutionem finis, nec poſſet tamen à totâ Eccleſiâ puniri. Primò ſequitur quod politia Eccleſiaſtica non eſſet ità benè ordinata, ſicut politia civilis: quia contrà bonam ordinationem politiæ civilis foret, non poſſe membrum aliquod aufferre, cujus converſatio in deſtructionem totius cederet. Secundò, hoc eſſet in detrimentum ipſiusmet Papæ, eſſet enim miſerabilior omnibus hominibus, ſi à malo compeſci non poſſet.

Sextò Papa eſt univerſalis Eccleſiæ filius, ergò ei ſubjectus, & antecedens patet ex Ambroſio in libro de Symbolo, Non habebit ibi Deum Patrem, qui noluit hîc habere Eccleſiam matrem: cavendum eſt ergò Summo Pontifici ne Eccleſiæ deneget obedientiam. Stultus enim homo deſpicit matrem ſuam, & filius ſtultus mœſtitia eſt matri ſuæ, *Prou.* 10.

*Idem cap. 12.* Sequitur primò quod poteſtas in Summo Pontifice à Concilio poteſt quibuſdam certis legibus limitari, & quantum ad vſum arctari. Si enim caput in corpore humano efficiatur languidum ſeu infirmum, licitum erit cæteris membris, membrum illud ligare & cauterizare, necnon unam partem capitis abſcindere pro ſanitate totius corporis, &c. Et alibi multis in locis idem repetit, præſertim verò lib. de poteſtate Eccleſiaſticâ & Laïcâ ubi hæc habet.

Quantùm ad iſta eſt concluſio, quam tenent omnes Doctores Pariſienſes & Galli, quòd poteſtas eſt ſubjecta poteſtati Concilij: & dico primò quòd quantùm ad originem ſeu inſtitutionem, poteſtas Papæ non eſt ſuprà Concilium, neque è diverſo, quia utraque immediate eſt à Chriſto inſtituta, ergò quantùm ad hoc una non eſt ſuper aliam, neque una dependet ab altera. Sed dicunt communiter omnes Doctores Pariſienſes, quod poteſtas Papæ



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eſt ſub poteſtate Concilij, quantùm ad hoc *quod Concilium poteſt certis legibus arctare ità quod teneatur Papa judicare ſecundùm leges & conſtitutiones à Concilio latas*, & quantùm ad hoc eſt expreſſa determinatio Concilij Conſtantienſis & Baſileenſis, &c. Ergò Concilium *poteſt Papam certis legibus arctare, &c.* Nam quandocumque ſunt duæ poteſtates ejuſdem generis, & una eſt deviabilis, & altera non: poteſtas quæ eſt in ſuppoſito deviabili, debet dirigi ſecundùm poteſtatem indeviabilem. Sed quilibet Papa eſt deviabilis, & Concilium generale ritè congregatum eſt indeviabile. Ergò poteſtas Papæ debet dirigi ſecundùm diſpoſitionem Concilij generalis. Apparentia eſt maxima in majore, ſed minor eſt vera. Nam Papa poteſt deviare, imò poteſt hæreticari: eſt enim homo non confirmatus in gratiâ, & remanet æqualiter peccator, ſicut priùs, &c. Et poſteà. *Reſolutio ergò eſt quod poteſtas Papæ poteſt à Concilio certis arctari legibus, &c.*

Iſto capitulo probat Petrus de Alliaco, jure naturali divino, & canonico Summum Pontificem ſubjici Concilio.

Idem omninò docet Ioannes Major apertiſſimè in diſputatione de auctoritate Eccleſiæ, quam vide.

Idem etiam docuit Petrus de Alliaco lib. de Eccleſiæ authoritate. Sed præſertim 3. parte cap. 4. Octavò ex omnibus præmiſſis concluditur, quod tàm de jure humano quàm Divino concedendum eſt Papam poſſe ab univerſali Eccleſiâ, vel à Concilio generali eam repræſentante, in multis caſibus judicari & condemnari, & ab eo ad Concilium in multis caſibus poſſe appellari, videlicet in caſibus Eccleſiæ deſtructionem tangentibus, & hoc univerſaliter ex præmiſſis probatur, & ratione; quia aliter ſequeretur ipſum Chriſtum, verum & ſupremum caput Eccleſiæ, & inſtitutorem ejus ſapientiſſimum, eam non perfectè & ſufficienter ordinaſſe, quod eſt hæreticum, & contrà illud Deuteronomij 32. Dei perfecta ſunt opera. Patet per contrarium, quia illa communitas non eſt ſufficienter ordinata, quæ perditioni ſuæ & demolitioni publicæ non poteſt occurrere: ſic eſſet de Eccleſiaſticâ politiâ in caſu quo Papa per hæreſim manifeſtam, & tyrannidem apertam, aut aliud notorium crimen conaretur eam ſubvertere & nemo ei dicere poſſet, cur ità facis? per viam juris ei reſiſtendo, id eſt, ab eo appellando, eum accuſando, *& per concilium judicando*: hoc eſſet Papæ concedere poteſtatem non in ædificationem, ſed in deſtructionem, quod eſt contrà præmiſſam ſententiam Apoſtoli, quam non ſolo verbo docuit, ſed exemplo firmavit, quandò ſcilicet Petro reſtitit in faciem, &c.

ad Corinth. cap. 10. & ultimo.

p. 247. Si noſtre Saint Pere le Pape n'a pas receu de Dieu une puiſſance infaillible pour juger definitivement les difficultez qui ſe preſentent ſur les Saintes Eſcritures, il faut changer noſtre profeſſion de Foy, & ne dire plus que nous croyons en la Sainte Egliſe Catholique, Apoſtolique & Romaine. Troiſiéme propoſitiõ de Iacques de Vernant.

CENSVRE.

Cette propoſition eſt fauſſe, temeraire, ſcandaleuſe, & perilleuſe en la Foy.

*CENSVRA.*

*Hæc propoſitio eſt falſa, temeraria, ſcandaloſa, & in fide periculoſa.*

# AVTHORITATE CONCILIORVM, Sanctorum Patrum Eccleſiæ, & veterum Theologorum confirmatur Cenſuræ veritas.

## *Pro Tertiâ Propoſitione.*

*CLerus Rom. Ep. ad Cyprian. 31.* Quoniam nec firmum decretum poteſt eſſe, quod non plurimorum videbitur habuiſſe conſenſum.

*Cyprianus Ep. ad Quintum.* Nam nec Petrus, quem primum Dominus elegit, & ſuper quem ædificavit Eccleſiam ſuam, cùm ſecum Paulus de Circumciſione poſtmodum diſceptaret, vindicavit ſibi aliquid inſolenter, aut arroganter aſſumpſit; ut diceret ſe primatum tenere, & obtemperare à novellis & poſteris ſibi potiùs oportere. Nec deſpexit Paulum, quod Eccleſiæ priùs perſecutor fuiſſet, ſed conſilium veritatis admiſit, & rationi legitimæ quam Paulus vindicabat, facilè conſenſit; documentum ſcilicet nobis & concordiæ & patientiæ tribuens, ut non pertinaciter noſtra amemus, ſed quæ aliquandò à Fratribus & Collegis noſtris utiliter & ſalubriter ſuggeruntur, ſi ſint vera & legitima, ipſa potiùs noſtra ducamus. Cui rei Paulus quoque proſpiciens & concordiæ & paci fideliter conſulens, in Epiſtolâ ſuâ poſuit dicens: Prophetæ autem duo, aut tres loquantur, & cæteri examinent. Si autem alij revelatum fuerit ſedenti, ille prior taceat. Quâ in parte docuit & oſtendit multa ſingulis in meliùs revelari; & debere unumquemque, non pro eo quòd ſemel imbiberat & tenebat, pertinaciter congredi, ſed ſi quid meliùs & utiliùs extiterit libenter amplecti. Non enim vincimur, quandò offeruntur nobis meliora, ſed inſtruimur, &c.

*Auguſtinus lib. 2. de Baptiſmo cap. 1. referens verba Cypriani hæc habet.* Ecce ubi commemorat Cyprianus, quod etiam nos in Scripturis ſanctis didicimus, Apoſtolum *Petrum, in quo primatus Apoſtolorum tàm excellenti gratiâ præeminet, aliter quam veritas poſtulabat de Circumciſione agere ſolitum, à poſte-*

*riore Apoſtolo Paulo eſſe correctum.* Si ergò potuit Petrus non rectè in aliquo ingredi ad veritatem Evangelij, ità ut gentes cogeret judaïzare, quod Paulus in eâ ſcribit Epiſtolâ, in quâ, Deum non ſe mentiri teſtatus eſt: aït enim, quæ autem ſcribo vobis, ecce coràm Deo quia non mentior. Et poſt hanc tam ſanctam atque terribilem atteſtationem Dei, narravit hæc omnia in quibus cùm vidiſſem quia non rectè ingrediuntur ad veritatem Evangelij, dixi Petro coràm omnibus: Si tu cùm Iudæus ſis, gentiliter & non judaïcè vivis, quemadmodùm cogis gentes judaïzare? ſi potuit, inquam, Petrus contrà veritatis regulam, quam poſteà Eccleſia tenuit, cogere gentes judaïzare, cur non potuit Cyprianus contrà regulam veritatis, quam poſteà tota Eccleſia tenuit, cogere hæreticos vel ſchiſmaticos denuò baptizari? puto quòd ſine ullâ ſui contumeliâ Cyprianus Petro Apoſtolo comparatur, quantùm attinet ad martyrij coronam, &c. Et infrà Quapropter cùm Petrus illud faciens à Paulo poſteriore corrigitur, & pacis atque unitatis vinculo cuſtoditus ad martyrium provehitur, quantò faciliùs & fortiùs quod per univerſæ Eccleſiæ ſtatuta firmatum eſt, vel unius Epiſcopi authoritati, vel unius Provinciæ Concilio præferendum eſt, &c.

*Aug. lib. 3. contrà Creſco. cap. ultimo.* Quantò minùs eam curat Catholica Eccleſia, cujus cauſam contrà vos agimus, cui tot divinis teſtimonijs præfidenti, nulla humana de quoquam homine teſtimonia ſeu vera, ſeu falſa, quâ gaudet auferunt veritatem, deſine talibus, unus homo ſum, Eccleſiæ inter nos agitur cauſa, non mea: Eccleſiæ, inquam, quæ in nullo homine ſpem ponere à ſuo didicit Redemptore.

*Ex Epiſt. Concilij ſexti Carthag. ad Bonifacium primum Summum Pontificem,* Nec unicuique providentiæ gratiam Sancti Spiritûs defuturam, quâ æquitas à Chriſti Sacerdotibus, & prudenter videatur, & conſtantiſſimè teneatur: maximè quia unicuique conceſſum eſt, ſi judicio offenſus fuerit cognitorum, ad Concilia ſuæ Provinciæ, vel etiam univerſale provocare. Niſi fortè quiſquam eſt, qui credat unicuilibet poſſe examinis inſpirare juſtitiam, & innumerabilibus congregatis in Concilum Sacerdotibus denegare.

*Concil. Chalced. Act.* 2. Et cùm legeretur pars prædictæ Epiſtolæ Leonis, quæ continet: & ad revolvendum conditionis noſtræ debitum, natura inviolabilis, naturæ eſt unita paſſibili, ut quod noſtris remedijs congruebat, unus atque idem mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus, & mori poſſet ex uno, & mori non poſſet ex altero: dubitantibus Illyricianis & Paleſtinis Reverendiſſimis Epiſcopis, Aërius Reverendus Diaconus Sanctæ Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ legit Cyrilli ſanctæ memoriæ Alexandrinæ Magnæ Civitatis quondam Epiſcopi Capitulum, ità continens: quoniam verò iterùm proprium ejus corpus gratiâ Dei, ſicut aït Paulus, pro omnibus guſtavit mortem, ideò dicitur ipſe paſſus propter nos mortem: non tanquàm in experimentum veniens mortis, quod ad ſuam pertinebat naturam (dementiæ eſt enim, hoc dicere aut ſapere) ſed quia ſecundùm quod nuper dixi, caro ejus guſtavit mortem.

Similiter cùm legeretur ex Epiſtolâ pars, quæ continet: Agit enim utrâque

que formâ cum alterius Communione, quod proprium eſt; Verbo ſcilicet operante quod Verbi eſt, & carne exequente quod carnis eſt. Vnum horum coruſcat miraculis, aliud ſuccumbit injurijs: dubitantibus Illyricianis & Palæſtinis Reverendiſſimis Epiſcopis, Aëtius Archidiaconus ſanctæ Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ legit ſanctæ memoriæ Cyrilli Capitulum continens ità: Quædam ſunt voces quàm maximè Deum decentes, quædam verò decentes humanitatem, quædam verò medium quemdam tenentes ordinem, inſinüantes Filium Dei Deum eſſe & hominem ſimul.

Similiter cùm legeretur ex eâdem Epiſtolâ pars, quæ ità continet: Quamvis in Domino Ieſu Chriſto Dei & hominis una perſona ſit; aliud tamen eſt, unde in utroque communis eſt contumelia, aliud unde communis eſt gloria. De noſtro enim illi eſt minor Patre humanitas: De Patre illi eſt æqualis cum Patre divinitas: dubitantibus Illyricianis & Palæſtinis Reverend. Epiſc. Theodoretus, Reverendiſſimus Epiſcopus Cyri dixit: Eſt ſimiliter exemplum Beatiſſimi Cyrilli ità habens: Et factum hominem, & non mutantem quod proprium eſt. Permanſit enim id quod erat: intelligitur verò omninò & aliud in alio quod habitat, id eſt, divina natura in humanitate.

*Ex allocutione ſancti & univerſalis Chalcedonenſis Concilij ad Marcianum Pijſſimum, & Amatorem Chriſti Imperatorem.*

Non igitur nobis admirandi Romanæ urbis Præſulis Epiſtolam, velut innovationis offendiculum criminentur, ſed ſi non eſt divinis Scripturis coaptata redarguant, ſi non præcedentium Patrum ſententijs adunata, ſi non impiorum accuſationem continet, ſi non defenſionem Nicænæ fidei profert, ſi non eorum qui novitates appetunt, commenta ſubruit, ſi non vaniloquorum contagia prodigioſa ſubvertit. Si quis enim Patrum depravat intelligentiam, hîc pœnæ tanſgreſſionis habetur obnoxius, non qui tranſgreſſionem ſuâ curâ redarguit. Qui enim ſponte ſuâ nullo contrà confligente, profeſſionem verbis proprijs defert, hîc ut elatus non immeritò comprobatur. Qui verò eis qui prava ſentiunt, obluctatur, is contrà inimicorum adinventiones linguam prudenter exercet, quæ ab illis malè prolata ſunt, veritatis nitens ratione diſſolvere. Sed ô Vos Chriſti Amantes! & imperio ſuperno nutu vobis conceſſo digniſſimi compenſate ei fidem, qui beneficia tanta conceſſi; ſtudioque circà puriſſimam Confeſſionem, pro conceſſis honoribus præſtantiam veſtræ devotionis oſtendite, en aliquorum quidem molimina refrænantes, omnibus verò piæ Confeſſionis declarantes in unitate concordiam, ac velut ſignaculum ſacræ doctrinæ, Concilij hujus à vobis congregati prædicationem: Petri ſedis auctoritate roborantes. Confidere namque oportet veſtram pietatem, quia nihil præter fidem, quæ olim à Sanctis Patribus annunciata eſt, Venerabilis Romanus Pontifex innovavit. Atque ut nulla his qui Apoſtolicum virum per invidiam lacerare nituntur, relinquatur occaſio, Conſonantia Epiſtolæ ejus Sanctorum Patrum teſtimonia ad certiorem notitiam veſtræ pietatis, ex multis pauca ſubdidimus teſtimonia Sanctorum Patrum qui & duas naturas in Chriſto confeſſi ſunt, & Conſubſtantialem Patri Deum Verbum, etiam nobis ſecundùm carnem ex

F

Mariâ Conſubſtantialem factum, veraciter aſſeruerunt.

*Ex fragmentis ſancti Hilarij, Dilectiſſimis Fratribus Presbyteris & Coëpiſcopis Orientalibus, Liberius, S.*

Ego Athanaſium non defendi, ſed quia ſuſceperat illum bonæ memoriæ Iulius Epiſcopus deceſſor meus, verebar ne fortè in aliquo prævaricator judicarer. At ubi cognovi, quandò placuit Deo juſtè vos illum condemnaſſe, mox conſenſum commendavi ſententijs veſtris, Litteraſque ſuper nomine ejus, per Fratrem noſtrum Fortunatianum dedi perferendas ad Imperatorem Conſtantium. Itaque amoto Athanaſio à communione omnium noſtrorum, cujus nec Epiſtolia à me ſuſcipienda ſunt, dico me parem cum omnibus vobis & cum univerſis Epiſcopis Orientalibus, ſeu per univerſas Provincias pacem & unanimitatem habere: nam, ut veriùs ſciatis me verâ fide per hanc Epiſtolam ea loqui, Dominus & Frater meus communis Demofilus qui dignatus eſt, pro ſuâ Benevolentiâ, Fidem Catholicam exponere, quæ Sirmium à pluribus Fratribus & Coëpiſcopis noſtris, expoſita & ſuſcepta eſt, ab omnibus qui in præſenti fuerunt, hanc ego libenti animo ſuſcepi, in nullo contradixi, conſenſum accommodavi, hanc ſequor, hæc à me tenetur, ſanè petendum credidi Sanctitatem Veſtram, quia jam pervidetis in omnibus me vobis conſentaneum eſſe, dignemini communi conſilio ac ſtudio laborare, quatenùs de exilio dimittar, & ad ſedem quæ mihi divinitùs credita eſt, revertar. *Perfidiam autem apud Sirmium deſcriptam, quam dicit Liberius Catholicam, à Demophilo ſibi expoſitam, hi ſunt qui conſcripſerunt.*

*Ex ſextâ Synodo Act.* 12.

Item relectum eſt ex eodem codice reſcriptum Epiſtolæ Honorij Papæ Romani ad eumdem Sergium continens ità.

Dùm conſtet Divinitatem nullas poſſe perpeti humanas paſſiones, & non de Cœlo, ſed de ſanctâ eſt aſſumpta Caro Dei genitrice. Nam per ſe veritas in Evangelio ità inquit: Nullus aſcendit in Cœlum, niſi qui de Cœlo deſcendit Hominis Filius, qui eſt in Cœlo: perfectè nos inſtruens, quod Divinitati unita eſt caro paſſibilis ineffabiliter, atque ſingulariter, ut diſcretè atque inconfusè, ſic indiviſè videretur conjungi, ut nimirùm ſtupendâ mente mirabiliter manentibus utrarumque naturarum differentijs cognoſcatur uniri. Cui Apoſtolus concinens, ad Corinthios aït: Sapientiam loquimur inter perfectos, ſapientiam verò non hujus ſæculi, neque principum ſæculi, qui deſtruuntur, ſed loquimur Dei ſapientiam in myſterio abſconditam, quam prædeſtinavit Deus antè ſæcula in gloriam noſtram, quam nemo Principum hujus ſæculi cognovit: Si enim cognoviſſent, nunquam Dominum Majeſtatis crucifixiſſent. Dùm profectò Divinitas nec crucifigi potuit, nec paſſiones humanas experiri vel perpeti, ſed propter ineffabilem conjunctionem humanæ divinæque naturæ, idcircò, & ubique Deus dicitur pati, & Humanitas ex Cœlo cum Divinitate deſcendiſſe. Vnde & unam voluntatem fatemur Domini Noſtri Ieſu Chriſti, quia profectò à Divinitate aſſumpta eſt noſtra natura non culpa illa profectò quæ antè peccatum creata eſt, non quæ poſt prævaricationem vitiata.

Non oportet ad dogmata hæc Eccleſiaſtica retorquere, quæ neque Synodales apices ſuper hoc examinantes, neque authoritates Canonicæ viſæ ſunt explanaſſe, ut unam vel duas energias aliquis præſumat Chriſti Dei prædicare, quas neque Evangelicæ, vel Apoſtolicæ litteræ, neque Synodalis examinatio ſuper his habita, viſæ ſunt terminaſſe, niſi fortaſſis (ſicut præfati ſumus) quidam aliqua balbutiēdo docuerunt, condeſcendentes ad informandas mentes, atque intelligentia parvulorum quæ ad Eccleſiaſtica dogmata trahi non debent, quæ unuſquiſque in ſenſu ſuo abundans, videtur ſecundùm propriam ſententiam explicare. Nam quia Dominus Ieſus Chriſtus, Filius ac Verbum Dei, per quem facta ſunt omnia, ipſe ſit unus operator Divinitatis atque Humanitatis, plenæ ſunt ſacræ litteræ luculentiùs demonſtrantes. Vtrùm autem, propter opera Divinitatis & humanitatis, una, an geminæ operationes debeant derivatæ dici vel intelligi, ad nos iſta pertinere non debent, relinquentes ea Grammaticis, quæ ſolent parvulis exquiſita derivando nomina venditare.

Nos enim non unam operationem vel duas Dominum Ieſum Chriſtum, ejuſque Spiritum Sanctum, ſacris literis percepimus, ſed multiformiter cognovimus operatum: ſcriptum eſt enim: Si quis Spiritum Chriſti non habet, hîc ejus non eſt. Et alibi, Nemo poteſt dicere, Dominus Ieſus, niſi in ſpiritu Spiritus. Diviſiones verò gratiarum ſunt, idem autem Dominus: & diviſiones operationum.

*Ex actione decimâ tertiâ.*

Glorioſiſſimi Iudices, & ſanctum Concilium dixerunt: relegantur acta præterita, & relecta ſunt.

Glorioſiſſimi Iudices dixerunt: proſequatur ſanctum, & univerſale veſtrum Concilium, quæ in antèlatis ab eo promiſſa ſunt. Sanctum Concilium dixit: ſecundùm promiſſionem quæ à nobis ad veſtram gloriam facta eſt, retractantes dogmaticas Epiſtolas, quæ tanquàm à Sergio quondam Patriarchâ hujus à Deo conſervandæ regiæ urbis ſcriptæ ſunt, tàm ad Cyrum, qui tunc fuerat Epiſcopus Phaſidis, quàm ad Honorium quondam Papam antiquę Romæ: ſimiliter autem, & Epiſtolam ab illo, id eſt, Honorio ſcriptam, ad eumdem Sergium, haſque invenientes omninò alienas exiſtere ab Apoſtolicis dogmatibus, & à definitionibus Sanctorum Conciliorum, & cunctorum probabilium Patrum, ſequi verò falſas doctrinas hæreticorum, eas omni modo abjicimus, & tanquam animæ noxias execramur. Quorum autem (id eſt eorumdem) impia execramur dogmata, horum & nomina à ſanctâ Dei Eccleſiâ projici judicavimus, id eſt, Sergij quondam Præſulis hujus à Deo conſervandæ regiæ urbis, qui aggreſſus eſt de hujuſmodi impio dogmate conſcribere Cyri Alexandriæ, Pyrrhi, Petri & Pauli, qui & ipſi præſulatu functi ſunt in ſede hujus à Deo conſervandæ Civitatis, & ſimilia eis ſenſerunt, ad hæc & Theodori quondam Epiſcopi Pharan, quarum omnium ſuprà ſcriptarum perſonarum mentionem fecit Agatho Sanctiſſimus ac ter Beatiſſimus Papa antiquæ Romæ in ſuggeſtione quam fecit ad Pijſſimum, & à Deo confirmatum Dominum Noſtrum, & Magnum Imperatorem, eoſque abjicit, ut



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

potè contraria rectæ fidei noſtræ ſentientes, quos anathemati ſubmitti definimus. Cum his verò ſimul projici à ſanctâ Dei Catholicâ Eccleſiâ, ſimulque anathematizari providimus, & Honorium, qui fuerat Papa antiquæ Romæ, eo quod invenimus per ſcripta quæ ab eo facta ſunt ad Sergium, quia in omnibus ejus mentem ſecutus eſt, & impia dogmata confirmavit.

*Ex actione decimâ tertiâ.*

Sanctum Concilium dixit, libellos & cæteras chartas, quas aſſeruit Georgius Deo amabilis Diaconus & Charthophylax ſanctæ hujus magnæ Eccleſiæ, ad præſentem dogmaticam mentionem deducens, in medium proferat, quatenùs hæc pertractantes, ſi contraria rectæ fidei invenerimus, congruenti exterminio ſubmitti præcipiamus. Epiſtolam verò Latinam, quam in præſenti dixit inveniſſe, ac præ manibus habere idem Deo amabilis Diaconus & Charthophylax Georgius, Honorij quondam Papæ Romani cum interpretatione ſuâ, pariterque & librum, in quo continetur Epiſtola Pyrrhi ad Ioannem quondam Papam Romanum, contradat ad legendum, ut horum ſcientiam accipiamus. Et prolata eſt hujuſmodi Honorij Epiſtola Latina cum interpretatione ſuâ, habens in ſuperſcriptione ità: Dilectiſſimo Fratri Sergio Honorius. Cujus initium fuit: Scripta dilectiſſimi filij noſtri Syrici Diaconi. Habet autem eadem Epiſtola poſt pauca hæc: Necnon & Cyro fratri noſtro Alexandriæ Civitatis Præſuli, quatenùs novæ adinventionis unius vel duarum operationum vocabulo refutato, claro Dei Eccleſiarum præconio nebuloſarum converſationum caligines effundi non debeant, vel adſpergi, ut profectò unius vel geminæ operationis vocabulum noviter introductum a prædicatione fidei eximatur. Nam qui hæc dicunt, quid aliud niſi juxtà unius vel geminæ naturæ Chriſti Dei vocabulum, ità & operationem unam vel geminam ſuſpiciuntur? ſuper quod clara ſunt divina teſtimonia. Vnius autem operationis, vel duarum eſſe vel fuiſſe mediatorem Dei, & hominum Deum Ieſum Chriſtum, ſentire, & promere ſatis ineptum eſt.

*Ex actione decimâ octavâ.*

Sufficiebat quidem ad perfectam orthodoxæ fidei cognitionem atque confirmationem, pium atque orthodoxum hoc divinæ gratiæ ſymbolum. Sed quoniam non deſtitit ab exordio adinventor malitiæ cooperatorem ſibi ſerpentem inveniens, & per eum venenoſam humanæ naturæ deferens mortem, & ità organa ad propriam ſui voluntatem apta reperiens, Theodorum dicimus, qui fuerat Epiſcopus Pharan, Sergium, Pyrrhum, Paulum, Petrum, qui fuerunt hujus regiæ urbis Antiſtites, inſuper & Honorium, qui fuit Papa antiquæ Romæ, & Cyrum, qui Alexandriæ tenuit Epiſcopatum, & Macarium quoque qui nuper fuerat Antiochiæ Præſul, & Stephanum ejus diſcipulum, non valuit per eos plenitudini Eccleſiæ erroris ſcandala ſuſcitare, unius voluntatis.

*Ex ſermone acclamatorio, à ſancto & univerſali Concilio ad pyiſſimum & Chriſto dilectum Conſtantinum Imperatorem, ex Act.18.*

Duas igitur in eo naturales voluntates, & duas naturales operationes communiter atque indiviſè procedentes prædicamus: ſuperfluas autem vo-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cum novitates, & harum adinventores procul ab Eccleſiaſticis ſeptis abjicimus, & Anathemati meritò ſubjicimus, id eſt, Theodorum Pharanitanum, Sergium & Paulum, Pyrrhum ſimul & Perrum, qui Conſtantinopoleos Præſulatum tenuerunt, inſuper Cyrum qui Alexandrinorum Sacerdotium geſſit, & cum eis Honorium, qui fuit Romæ Præſul, utpotè qui eos in his ſecutus eſt.

*Ex Edicto Imperatoris. Act. 18.*

Sunt autem hi: Theodorus, qui fuit Pharan Epiſcopus; Sergius qui fuit noſtræ à Deo conſervandæ regiæ urbis Antiſtes: ad hæc & Honorius, qui fuit antiquæ Romæ Papa, hujuſmodi hæreſeos confirmator, qui etiam ſui exiſtit oppugnator.

*Anaſtaſius in vitâ Leonis 2.*

Hic ſuſcepit ſanctam ſextam Synodum, quæ per Dei providentiam nuper in regiâ urbe celebrata eſt, græco eloquio conſcriptũ exequente, ac reſidente, Piјſſimo & Clementiſſimo magno Principe Conſtantino intrà regale palatium ejus, quod appellatur Trullus. Simulque cum eo Legati Sedis Apoſtolicæ, & duo Patriarchæ, id eſt, Conſtantinopolitanus & Antiochænus, atque centum quinquaginta Epiſcopi, in quâ & condemnati ſunt Cyrus, Sergius, Honorius & Pyrrhus, Paulus & Petrus, necnon & Macarius cum diſcipulo ſuo Stephano, ſed & Polychronius novus Symon, qui unam voluntatem & operationem in Domino Ieſu Chriſto dixerunt, vel prædicaverunt, aut qui denuò prædicaturi fuerint aut defenſaverint. Hæc eadem verba referuntur in Breviario Venitijs edito, anno 1482. In feſto Beati Leonis 2. ejus exemplaria habentur in Bibliothecâ regiâ & Victorinâ.

*Ex Synodo Romanâ habitâ ſub Hadriano 2. quæ legitur in octavâ Synodô. Act. 7.*

Intolerabilis eſt hæc audacia Dilecti Fratres, adeóque aures cordis mei eam ferre nullo modo poſſunt. Inauditum hactenùs eſt, Romanum Pontificem à cæteris Eccleſijs eſſe judicatum; ſed alias omnes ab illo judicari ſcimus. Nam quamvis Honorius poſt mortem ab Orientis Epiſcopis anathemate ſit affectus; manifeſtum tamen eſt, illum de hæreſi fuiſſe accuſatum, quâ ſolâ in causâ licet inferioribus in ſuperiores inſurgere.

*Ex Luitprando libro. 10. Hiſtoriæ. cap. 8.*

Nam Formoſo defuncto atque Arnulpho in propria reverſo, is qui poſt mortem Formoſi Papa conſtitutus eſt, expellitur, Sergiuſque Papa per Adelbertum conſtituitur: Quo conſtituto, ut impius, doctrinarumque ſanctarum inſcius, Formoſum è ſepulchro extrahi, atque in ſedem Romani Pontificatûs Sacerdotalibus indumentis indutum collocari præcepit. Cui & aït: Cùm Portuenſis eſſes Epiſcopus, cur ambitionis ſpiritu, Romanam univerſalem Sedem uſurpaſti? his expletis, ſacratis mox exutum veſtimentis, digitiſque tribus abſciſſis, in Tiberim jactari præcepit; cunctoſque, quos ipſe ordinaverat, gradu proprio depoſitos iterùm ordinavit. Quod quàm malè egerit, Pater Sanctiſſime, in hoc animadvertere poteris; quoniam & ij qui à Iudâ Domini noſtri Ieſu Chriſti proditore, ante proditionem, ſalutem ſeu bene-

dictionem Apoſtolicam perceperant, eâ poſt proditionem proprij que corporis ſuſpenſionem minimè ſunt privati, niſi quos improba fortè defœdarant flagitia. Benedictio ſiquidem quæ miniſtris Chriſti impenditur, non per eum qui videtur, ſed qui non videtur, Sacerdotem infunditur. Neque enim qui rigat eſt aliquis, neque qui plantat, ſed qui incrementum dat Deus.

*Epiſtola Bonifacij octavi Epiſcopi, ad Philippum Francorum Regem. Deum time, & mandata ejus obſerva.*

Scire te volumus, quod in ſpiritualibus & temporalibus nobis ſubes: Beneficiorum & Præbendarum ad te collatio nulla ſpectat: & ſi aliquorum vacantium cuſtodiam habeas, fructus eorum ſucceſſoribus reſerves: & ſi quæ contuliſti, collationem hujuſmodi irritam decernimus; & quantùm de facto proceſſerit, revocamus. Aliud autem credentes, hæreticos reputamus. Dat. Laterani Non. Decembr. Pontificatûs noſtri anno 7.

*Epiſtola Bonifacij octavi. Vnam ſanctam.*

Eſt autem hæc autoritas (etſi data ſit homini, & exerceatur per hominem) non humana, ſeu potiùs divina, ore divino Petro data, ſibique, ſuiſque ſucceſſoribus, in ipſo, quem confeſſus fuit, petra firmata; dicente Domino ipſi Petro: Quodcumque ligaveris, &c. Quicumque igitur huic poteſtati à Deo ſic ordinatæ reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, niſi duo, ſicut Manichæus, fingat eſſe principia, quod falſum & hæreticum judicamus: quia teſtante Moyſe, non in principijs, ſed in principio Cœlum Deus creavit & terram. Porrò ſubeſſe Romano Pontifici omnem humanam creaturam declaramus, dicimus, diffinimus, & pronunciamus omninò eſſe de neceſſitate ſalutis. Datum Laterani Pontificatûs noſtri anno octavo, 14. Kalend. Decem.

*Epiſtola Ioannis 22. ad Philippum Regem Galliæ.*

Et quia, Fili Dilectiſſime, forsàn tibi dicitur, quòd Nos non ſumus in Theologiâ Magiſter, audi quid unus ſapiens dicat: Non quis, inquit, ſed quid dicat intendit. Vtinam, fili, ſicut & aliàs meminimus ſcripſiſſe, vellet audire quæ in noſtris ſermonibus diximus, regia celſitudo, & ut ſuperiùs prædiximus, unum verbum de capite noſtro Nos non protuliſſe reperies; ſed quæ vel Chriſtus, vel Apoſtoli, vel Sancti Patres & Doctores Eccleſiæ protulerunt.

*Declaratio ejuſdem Pontificis relata ob Odorico Raynaldo ad annum* 1334. *numero* 37.

Inſuper ſi qua alia ſermocinando, conferendo, dogmatizando, docendo, ſeu aliter quovis modo diximus, prædicavimus, vel ſcripſimus circà præmiſſa, vel alia quæ fidem concernunt Catholicam, ſacram Scripturam, vel bonos mores, ea in quantùm ſunt conſona fidei Catholicæ, determinationi Eccleſiæ, ſacræ Scripturæ, ac bonis moribus approbamus: aliter autem illa habemus & haberi volumus pro non dictis, prædicatis & ſcriptis, & ea revocamus expreſsè: ac ea, quæ de prædictâ viſione, & omnia alia dicta, prædicta, & ſcripta noſtra, de quâcumque materiâ, ubicumque, & in quocumque loco, ac in quocumque ſtatu, quem habemus, vel habuerimus ha-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ctenùs, ſummittimus determinationi Eccleſiæ, & ſucceſſorum noſtrorum.

*Petrus de Alliaco, de Eccleſiæ auctoritate. 3. part. caput 1.*

*Vtrùm plenitudo poteſtatis, in Papâ, vel in Eccleſiâ, aut Concilio reſideat.*

Confirmatur iſta ratio, quia aliqua poteſtas vel auctoritas eſt in Eccleſiâ quæ non eſt in Papâ, igitur non eſt in eo poteſtatis plenitudo: conſequentia tenet, & antecedens probatur; quia confirmatio in fide de quâ dicitur quòd Eccleſia non poteſt errare juxtà illud, Petre rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. Illa non eſt in Papâ: quia hoc non eſt dictum de fide perſonali Petri, cùm ipſe erraverit, ſed de fide Eccleſiæ, de quâ dicitur: Et portæ inferi non prævalebunt adversùs eam, ſcilicet Eccleſiam. Non enim dictum eſt, adversùs te, ſcilicet Petrum. Igitur ſpeciale privilegium eſt, & ſingularis Eccleſiæ auctoritas, quòd non poteſt errare in fide. Quod privilegium aliqui extendunt ad Romanam Eccleſiam, aliqui ad Concilium generale, aliqui verò ſolùm reſtringunt ad auctoritatem univerſalis Eccleſiæ, ſed non poteſt extendi ad Papam, ut dictum eſt, &c.

*Ioannes Gerſonius in tractatu de examinatione doctrinarum, Conſideratio 1.*

Oportuit igitur in Eccleſiâ relinquere regulam infallibilem pro fide ſervandâ, & dubijs emergentibus terminandis, non autem reperitur in terris altera talis infallibilis regula, niſi generale Concilium legitimè congregatum. Nam perſona quælibet ſingularis de Eccleſiâ, cujuſcumque dignitatis, etiam Papalis, circumdata eſt infirmitate, & deviabilis eſt, ut fallere poſſit & falli. Propereà non imparem poſuit Auguſt. auctoritatem in Eccleſiâ, & in Evangelio dicens: non crederem Evangelio, niſi me auctoritas Eccleſiæ commoviſſet.

*Conſideratio 2ª.*

Secunda veritas eſt, quòd ſententia Papæ ligat omnes fideles ad non dogmatizandum contrarium, niſi per illos, aut apud illos, qui manifeſtum contrà fidem deprehendunt errorem, & ſcandalum grande fidei ſuo ſilentio fieri, ſi non opponerent ſe, cognoſcunt. Quod ſi fieret perſecutio ſententiarum & pœnarum contrà eos, ſciant beatos eſſe qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam. Supereſt quoque remedium Concilij generalis, cujus finalis, auctoritativa, judicialiſque poteſtas, fundata eſt indeſtructibiliter in illo verbo Chriſti de correctione fraternâ: quòd ſi Eccleſiam non audierit: ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Cui legi haud dubiè, ſubeſt Papa, licet hactenùs multis hæc veritas non placeret, propter inordinatum favorem ad Summum Pontificem, vel ſcripta ejus malè ſuſcepta, pluſquàm ad Chriſtum & Evangelia: nunc autem oppoſita falſitas, eſt hæreſis expreſsè damnata per Concilium Conſtantienſe, cum alijs multis, in utilitatem totius politiæ Chriſtianæ.

*In tractatu ejuſdem Ioannis Gerſonij, an liceat in cauſis fidei à Summo Pontifice appellari. 2ª. Propoſitio.*

In cauſis fidei non habetur in terrâ Iudex infallibilis, vel qui non ſit deviabilis à fide de lege communi, præter ipſam Eccleſiam univerſalem, vel Concilium generale eam ſufficienter repræſentans.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Quarta Propoſitio.*

In cauſis fidei nulla determinatio judicialis Epiſcopi, imò nec Papæ ſolius præcisè ut eſt Epiſcopi vel Papæ, ligat fideles ad credendum quod ità ſit de veritate fidei ſicut præſens ſua declaratio, quoniam tàm Papa quàm Epiſcopus deviabiles ſunt à fide, obligat tamen ſubditos ſub pœnâ excommunicationis talis determinatio, quod non dogmatizent oppoſitum talis determinationis, niſi appareat manifeſta ratio repugnandi vel per ſacram Scripturam, vel per revelationem, vel per Eccleſiæ ſeu generalis Concilij determinationem.

*Ioannis Gerſon de auferibilitate Papæ, &c. Conſideratio 12.*

Sequitur protinùs ex hâc deſcriptione Conſiderationis veritas quomodò Eccleſia ſeu Concilium habet in caſu facultatem propinquam, vel auctoritatem, ſeu poteſtatem dicendi jus, etiam in alterum qui in Papam fuit ritè ſuſceptus & electus. Nolumus tamen impugnare, quin Summus Pontifex habeat poteſtatem regitivam & auctoritativam reſpectu omnium hominum, quantùm Chriſtus voluit & cognovit expediens ſibi dare pro exercendo eam. Non pro ſe tantummodò, ſed magis ad utilitatem Eccleſiæ, qualem auctoritatem Eccleſia non habet totum Eccleſiæ reſiduum, niſi unitivè, quomodò vel electivè. Et ex iſtâ diviſione verum eſt quòd claves datæ ſunt nedùm uni, ſed unitati. Ex hoc tamen non habetur quod Eccleſia tota vel Concilium abſente Papâ, præſertim ſuo demerito non poſſit auctoritativam juriſdictionem exercere, ſicut lex quædam divina & indeviabilis ad reducendum ipſum, vel corrigendum, vel compeſcendum.

*Ex Almaïno in tractatu de auctoritate Eccleſiæ, Cap. 1.*

Contrà quam, ſit iſta propoſitio, Papa poteſt errare errore Iudiciali, de errore perſonali omnibus notum eſt, probatur iſta propoſitio. Duo Summi Pontifices determinaverunt contraria, etiam in his quæ fidem tangunt, ergò alter eorum erravit errore judiciali: Antecedens patet, de Ioanne XXII. & Nicolao, quorum unus determinavit judicialiter Chriſtum & Apoſtolos nihil habuiſſe in communi nec in proprio: alter oppoſitum, ut videre eſt in eorum extravagantibus.

*Almaïnus ibid.*

Secundò, Innocentius III. & Cœleſtinus determinaverunt contraria ſuper iſtâ propoſitione, uno conjugum ad hæreſim tranſeunte, alter qui remanet in fide, poteſt ad ſecunda vota tranſire: determinatio Innocentij III. quod non poteſt ponitur in cap. quantò de divortijs: determinatio Cœleſtini, vt dicit gloſſa in eodem cap. olim ponebatur in decretalibus, de controverſione conjugatorum in fine.

Tertiò, aliqui ſtatuerunt contrà Evangelium, ut Pelagius qui fecit conſtitutionem quod omnes Subdiaconi Siciliæ à ſuis uxoribus abſtinerent, quas in minoribus Ordinibus duxerant, aut ab officio ceſſarent, quam (quia erat iniqua & contrà Evangelium) retractavit Gregorius 1. ejus ſucceſſor, ut patet 31. diſt. can. ante triennium, in textu & in gloſsâ, ſi enim potuerit judicialiter ſtatuere contrà Evangelium, ità & definire.

Quartò

Quartò arguitur, ſi Summus Pontifex non poſſit errare judicialiter in his quæ ſunt fidei, ſequitur Summum Pontificem non poſſe fieri hæreticum circà propoſitiones nondum determinatas, & ad quas credendas non tenetur aliquis explicitè, ut erat articulus de conceptione antè determinationem, & de proceſſione Spiritûs Sancti à Filio: conſequentia patet, quia non poteſt eſſe pertinax, cùm pertinacia nihil aliud ſit niſi nolle credere, quamvis determinetur: non enim haberet Summus Pontifex propoſitum illud (quod nollet credere) quamvis ipſe determinaret: ſimiliter ſequitur ex propoſitione, quod determinatio ſolius Summi Pontificis ligaret ſuum ſucceſſorem. Similiter ſi Summus Pontifex ſit hæreticus, & ad ipſum ſolum ſpectet ultima eorum quæ ſunt de fide deciſio, quomodò judicari poterit eſſe hæreticus? decidet enim quæcumque contrà ipſum allegata, eſſe ad aliquem ſenſum intelligenda ſuæ aſſertionis non oppoſitum. Cujus deciſioni, apud adverſarium, plus fidei tribuendum eſt, quàm totius reſidui Eccleſiæ determinationi. Mirum eſt enim, quòd homini hæretico ità aſſiſteret Spiritus Sanctus, quod non ſineret eum judicare, & decidere eſſe vera, quibus aſſentitur, imò ad judicandum oppoſitum compelleret; nec valet dicere quod non poteſt errare utens conſilio, & requirens adjutorium univerſalis Eccleſiæ, ſed benè ut ſingularis perſona, quemadmodum erravit Leo, contrà quem ivit Hilarius, ſicut dicit quidam, quia hoc nihil eſt aliud dicere, niſi quod Eccleſia ſive Concilium non poteſt errare, & non ſolùm erat prædictus frater, ſed ſibimet contradicit. Dicit enim in fine cap. 4. quod ſententia Ioannis Evangeliſtæ, prævaluiſſet ſententiæ Clementis Papæ in doctrinâ fidei: ſi enim ſententiando non potuit errare Clemens nec Summus Pontifex quicumque, juxtà promiſſum Chriſti Ioan 14. Spiritus Sanctus docebit vos omnem veritatem, & ſecundùm orationem Chriſti, quâ oravit pro Petro, ne ejus fides deficeret, tantùm ſtandum fuiſſet ſententiæ Clementis, quantùm ſententiæ Ioannis, imò & plus cùm apud Clementem fuiſſet (juxtà dicta ejus) fienda ultima deciſio fidei, quemadmodum apud Petrum, ſi adhuc ſupervixiſſet.

Ex his ſatis patet, quod Summus Pontifex poteſt errare ſententiando in materiâ fidei: ſi enim errare non potuiſſet, fruſtrà fuiſſent convocata quatuor Concilia generalia, principalia, contrà quatuor Hæreſiarchas, puta Nicænum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum, & Chalcedonenſe: ſuffeciſſet enim ſolius Papæ deciſio, imò apud adverſarium tantæ poteſtatis eſt ſolus Papa in definiendo, ſicut aggregatum ex ipſo & reſiduo.

*Ioannes Major de auct. Eccleſ. diſput. An Papa ſubditus ſit fraternæ correptioni & Concilio univerſali.*

Concluſio ſit hæc unica, Concilium ritè congregatum univerſalem Eccleſiam repræſentans, eſt ſuper Maximum Pontificem: & capio Eccleſiam, pro Eccleſiâ ab eo ſeparatâ: parùm refert apud alios, ſi eum etiam includerem, quia dicunt eum ſolùm tantam habere poteſtatem, ſicut totam Eccleſiam eo incluſo. Probatur primò hæc concluſio, quandò ſunt duæ poteſtates A & B. & appellatur ab A ad B. & non contrà; & B. poteſt pro deme-

ritis deponere & exauctorare A. & non contrà; & præſcribere ei leges obligatorias; tunc B. eſt major A. Sed ſic eſt de Concilio & Romano Pontifice, igitur conſequentia tenet cum majore, & minor probatur per verba capituli quod tractamus, ſi peccaverit in te frater tuus, &c. Romanus enim Pontifex eſt frater noſter, habet eumdem patrem in Cœlis nobiſcum, & dicit orationem dominicam nobiſcum, & eſt homo circumdatus infirmitate, ſicut alij viatores: quilibet Chriſtianus eſt frater noſter; 11. q.3. can. ad menſam, ergò poſſumus eum corripere, & in caſu tenemur. Sed hîc dicis, poſſumus eum corripere in ſecreto vel adducendo unum teſtem, vel duos, ſi peccatum ſit iteraturus, ſed non poſſumus dicere Eccleſiæ, quia non habet ſuperiorem. Iſto modo intellexit Gregorius hanc auctoritatem in regiſtro reprehendo Ioannem Patriarcham Conſtantinopolitanum, eo quòd ſe univerſalem Patriarcham ſcripſit, dicens, & nos quidem, in quibus per auſum temerarium culpa committitur, ſervamus quod præcepit veritas dicens: ſi peccaverit in te frater tuus, ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus: & ego per reſponſales meos, ſemel & bis verbis humilibus, hæc quæ in totâ Eccleſiâ peccatores corrigere ſtudui, per me ſcribo, quicquid humiliter facere debui non omiſi, ſed in eâ correctione deſpicior, reſtat ut Eccleſiam, de quâ paulò antè præmittitur, ſi Eccleſiam non audierit, &c. adeam. Ipſe Gregorius qui erat Papa, non intendebat quod ipſeſeipſum adiret. Similimodo Nicolaus Papa dicit Lothario Regi, & habetur; 11. q. 3. ca. præcipuè.

Non autem Papa ſuper corpus myſticum, nec quoad hoc eſt ſimile, ad ſimilitudinem non requiritur omninò ſimilis ſimilitudo: nam Chriſtus qui eſt caput eſſentialis Eccleſiæ ad Epheſios 1. hoc modo eſt ſuper totum corpus, includendo Pontificem, & reliquum corpus Eccleſiæ, & Chriſtus regulariter & in omnem eventum, eſt ſuper totum corpus & totam Eccleſiam, quæ etiam vocatur Corpus Chriſti Myſticum, cujus caput eſt Chriſtus, hoc eſt caput eſſentiale, ſive Papa ſit, ſive non ſit, ut cùm eſt mortuus.

*Hadrianus ſextus de Sacramento Confirmationis.*

Ad ſecundum principale de facto Gregorij: dico primò, quod ſi per Eccleſiam Romanam intelligatur caput ejus, puta Pontifex: certum eſt quod poſſit errare etiam in ijs quæ tangunt fidem: hæreſim per ſuam determinationem aut decretalem aſſerendo. Plures enim fuerunt Pontifices Romani hæretici. Item & noviſſimè fertur de Ioanne XXII. quod publicè docuit, declaravit, & ab omnibus tenere mandavit, quod animæ purgatæ antè finale judicium non habent ſtolam, quæ eſt clara & facialis viſio Dei: & Vniverſitatem Pariſien. ad hoc induxiſſe dicitur, quod nemo in eâ poterat gradum in Theologiâ adipiſci, niſi primitùs hunc errorem peſtiferum juraſſet ſe defenſurum: & perpetuò ei adhæſurum. Item patet hoc de errore quorumdam Pontificum circà matrimonium: de quo in C. licet de ſpon. duorum. Item de errore quem ediderat Cœleſtinus circà matrimonium fidelium, quorum alter labitur in hæreſim: cujus error olim habebatur in aliâ compilatione I. C. laudabilem. De conver. conjug. ut refert Hoſtien. in C. quanto. de divor.

non tamen dico Gregorium hîc erraſſe : ſed evacuare intendo impoſſibilitatem errandi quam alij aſſerunt.

*Nicolaus de Cuſa de concordantiâ Catholicâ. lib. 2. Cap. XVIII.*

Quare concluditur, univerſale Concilium ritè adunatum, licet graduationes inter ſe habere poſſit, quoad judicia, eſt tamen ſemper majoris auctoritatis, & minoris fallibilitatis, quàm Papæ tantùm. Ex quo ſequitur corollariè, univerſale Concilium etiam in alio quàm hæreſis caſu, Papam deponere poſſe. Sicut hoc etiam de Benedicto 12. & Ioanne 23. legitur. Et hoc probatur ex c. 1. de renunt. lib. 6. Quia ſi Papalitas ab hoc ſubjecto materiali, ſcilicet iſto homine, eſt judicio ipſius Papæ, dùm ſe inutilem judicat, removibilis, ut ibidem, & hîc habetur majoris auctoritatis eſſe Concilij judicium, quàm Papæ tantùm & minùs fallibile: tunc clarum eſt, quod ſicut Papa tunc poteſt ex causâ legitimâ ceſſare ab adminiſtratione, ità etiam ſubjecti, communi Concilio poſſent ex ijſdem cauſis in præſtando obedientiam ceſſare, quandò inutiliter adminiſtraret. Dum enim Prælatus eligitur, eligitur ut præeſſendo profit 1. q. 1. ver. Ecce cum honore 8. q. 1. qui Epiſcopatum 28. q. 1. jam nunc de renunt. Non cum pridem. ver. porrò 23. q. 4. quiſquis. Vndè quandò inutilis eſt, tunc conditio tacita, ſecundum quam conſenſus intervenit, & ceſſante causâ propter quam electio facta eſt præſtant illam, auctoritatem ſic ipſi Concilio, à fortiori, quamquàm ſeipſum in illo capite primo Papa habere dicit. Et non habet aliquis ratione utens in hoc dubium, quin major ſit poteſtas ipſius Concilij Eccleſiam repræſentantis, in Papalitatem : ut ſecundùm utilitatem Eccleſiæ, materiale ejus ſubjectum diſponatur, quam in judicio unius hominis, in ipſam Papalitatem ſibi nomine Eccleſiæ, & propter ipſam adjunctam.

*Ex Epiſtolâ Synodali Concilij Baſileenſis.*

Nos autem favente Chriſti gratiâ, nullum ſchiſma facimus : imò veram Eccleſiæ proſequimur unitatem, ut videlicet tàm ipſe Romanus Pontifex, quàm cæteri omnes unanimiter teneant unitatem Eccleſiæ congregatæ, & non ſe ſeparent ab his quæ univerſali conſenſu ſunt conſtituta, ſoliditatem Petri teneant, quæ non in unius ſolius perſonæ voluntate conſiſtit, quæ quotidie errare poteſt, cùm & aliqui Romani Pontifices in errorem lapſi ſint : ſed maximè reſidet in univerſalis Eccleſiæ Catholicæ conventu, quem Chriſtus, caput verum ipſius, non deſeret uſque ad conſummationem ſæculi.

*Concilium Florentinum ſeſſio 9.*

De poteſtate autem Occidentalis Eccleſiæ multa dicenda ſuppeterent, niſi aliud nobis eſſet propoſitum. Et ſcimus quidem quæ ſint jura & prærogativæ Romanæ Eccleſiæ : nihilominus ſcimus etiam, prærogativæ ejus quos terminos habeant. Noſſe tamen volumus Reverentiam Veſtram, à nobis facultatem hanc negari univerſæ Eccleſiæ vel Synodo, vel etiam Oecumenicæ, non tantùm Romanæ Eccleſiæ. Quoniam igitur quantâcumque facultate polleat Romana Eccleſia, minus tamen pollet Synodo Oecumenicâ & univerſali Eccleſiâ, ſi nos id univerſali negamus Eccleſiæ, multò magis negabimus Romanæ : negamus autem non ipſi à nobis, ſed arbitramur hoc Patrum decretis negatum.

*Concilium Senonenſe Decret. 3.*

Pro-indè cùm certa ſit & infallibilis Eccleſiæ regula, nec aliquandò inviſibilitatis prætextu tandem eludi queat: ea profectò ſacris generalibus Concilijs authoritas denegari non poteſt, quæ proximè univerſalem repræſentant Eccleſiam. His enim Concilijs ſi ea decernendi quæ ad ſinceritatem fidei, & extirpationem hæreſiu , Eccleſiæ reformationem, & morum integritatem pertinent, poteſtas ad matur: nihil certum, nihil ſtabile futurum eſt, nihil denique quo hæreticus ab orthodoxo poſſit internoſci: cùm ille frequenter tùm impendio loquacior, tùm pervicacior, pluribus (licet perperàm intellectis) Scripturarum teſtimonijs falsò glorietur. Nec erat quo veterum quondam hæreticorum retunderentur inſultus, niſi Eccleſiaſtici proceres Apoſtolorum exemplo Concilia celebraſſent, quibus Sancti Spiritûs authoritatem ferocientibus, illis, & rerum humanarum ſcientiam tumentibus, opponerent. Quo fit, ut ſi Conciliorum auctoritati, ſub hâc temporum calamitate, tantillum depereat: protinùs velut ab inferis ſuſcitandæ ſint damnatæ hæreſes, neque defuturi ſint, qui hinc Arrio, inde Neſtorio, cæteriſque id genus peſtibus, palàm ſubſcribere non formident Etſi autem nonnihil quoque Laïcorum interſit, quid credendum ſit, quid agendum: id tamen ab Apoſtolis (quibus ſuccedunt Epiſcopi) legimus obſervatum, ut ſive murmuri Græcorum occurrendum foret, ſeu pacanda ſuper Legalibus oborta ſeditio: non centurionem, non promiſcuam è plebe multitudinem accerſerent, ſed præſentem ſibi Spiritum Sanctum affirmarent: cujus inſtinctu, quòd juſtum eſſet & æquum, ſanciretur. Quòd ſi ibi duo vel tres in nomine Domini congregantur, licet ſibi ipſis relicti, falli poſſint, continuò tamen in medio eorum ſit Dominus: quantò magis, ubi Summus Pontifex, cæterique primores Eccleſi aſtici conveniunt, ut hæreſibus ſubinde pullulantibus occurrant, & Dominicum agrum ſubortis expurgent zizanijs? Sancta igitur & inviolabilis eſt ſacrorum Conciliorum univerſalium auctoritas, quiſquam pertinacius refragatur, hoſtis fidei jure optimo cenſeri debet.

p. 105. Tenez pour conſtant qu'il n'y a que les Heretiques & les ennemis de la Foy, qui demandent des Conciles, non pour condamner leurs erreurs, mais afin de troubler & inquieter toute l'Egliſe, juſques à ce qu'elle ſoit aſſemblée. Quatriéme propoſition de Iacques de Vernant.

*CENSVRA.*

*Hæc propoſitio*, univerſim ſumpta, *eſt ſcandaloſa, Eccleſiæ, Concilijs generalibus, ac ſublimioribus poteſtatibus contumelioſa.*

CENSVRE.

Cette propoſition, *priſe univerſellement*, eſt ſcandaleuſe, & injurieuſe aux Conciles generaux, & aux Puiſſances ſouveraines.

---

EX DECLARATIONE Ludovici Cellotij Soc. Ieſu ab eo traditâ 29. Maij 1641. Lib. 4. c. 10. pag. 198. circà finem.

*Cæterùm quod aliàs decreverat Conſtantienſe Concilium, ut quoque decennio Synodus generalis convocaretur, ad reformationem Eccleſiæ tàm in capite quàm in membris*, poſteritas malo ſuo experta omiſit exequi; *memor Ariminenſis, Epheſinæ utriuſque quintæ, octavæ Synodorum antiquarum*, & in margine habet, *Conciliorum generalium periculoſa convocatio.*

*EXTRAIT DE LA DEclaration de Louys Cellot Ieſuite, le 29. May, 1641. Au livre 4. chap. 10. page 198. vers la fin.*

AV reſte, la poſterité ayant eſprouvé à ſon malheur ce que le Concile de Conſtance avoit autrefois ordonné, c'eſt à ſçavoir, qu'on aſſembleroit un Concile general de dix ans en dix ans, pour la reformation de l'Egliſe, tant dans le chef que dans les membres, ne l'a pas voulu executer, ſe ſouvenant des anciens Conciles d'Arimini, d'Epheſe, de l'un & l'autre cinquiéme & du huitiéme Concile, & il dit *à la marge*: La convocation des Conciles generaux eſt perilleuſe. 24. May. 1641.

REVOCATIO.

*Conciliorum generalium convocationem* dixi *periculoſam*, intellige *aliquandò, neque verò mihi mens unquam fuit convocationem iſtam non eſſe ſæpenumerò utiliſſimam ac ſaluberrimam Eccleſiæ Dei, aut etiam non eſſe quandoque neceſſariam, quinpotiùs utrumque planè*

*REVOCATION.*

I'Ay dit que la convocation des Conciles eſtoit dangereuſe. Entendez, quelquefois, & ce n'a jamais eſté ma penſée ny mon deſſein de dire que la convocation des Conciles ne fût pas le plus ſouvent tres-utile & tres-ſalutaire à l'Egliſe de Dieu, ou meſme que cette convocation ne fût pas quelquefois abſolument



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

neceſſaire, que tant s'en faut, j'aſſeure, & ie ſouſtiens tout le contraire: Car puiſque i'ay dit un peu apres dans le meſme livre au chapitre 11. page 201 que les Conciles Provinciaux ſont d'une tres-grande utilité dans l'Egliſe, à plus forte raiſon le faut-il dire des Conciles generaux.

*affirmo & profiteor : Nam ſi Conciliorum Provincialium maximam in Eccleſiâ utilitatem eſſe dixi poſteà eodem lib. cap. 11. p. 201. quantò potiori jure de generalibus illud affirmandum eſt.*

---

## *EXTRAIT DES REGISTRES DE PARLEMENT.*

CE jour la Cour ayant deliberé ſur ce qui a eſté repreſenté par les Gens du Roy, les 19 & 20. du preſent mois, touchant une Theſe qui devoit eſtre ſoûtenuë ledit jour 19. par Maiſtre Gabriel Droüet de Ville-neuve, Breton de nation, Bachelier en Theologie, en la diſpute de la grande Ordinaire de Sorbonne, laquelle portoit en la ſeconde poſition, [a] *Chriſtus ſanctum Petrum ejuſque ſucceſſores ſummâ ſuprà Eccleſiam authoritate donavit* : En la troiſiéme, [b] *Romani Antiſtites privilegia quibuſdam Eccleſijs, ſicut Eccleſiæ Gallicanæ, impertiendo* : Dans la huitiéme, [c] *Concilia generalia ad extirpandas hæreſes, ſchiſmata, & alia tollenda incommoda, admodum ſunt utilia, non tamen abſolutè neceſſaria ;* & pluſieurs autres propoſitions contraires à l'authorité de l'Egliſe, à l'ancienne doctrine de tout temps receuë & conſervée dans ce Royaume, aux ſaints Canons, Decrets des Conciles generaux, & aux Libertez de l'Egliſe Gallicane, & tendans à élever la puiſſance du Pape au deſſus de celle des Conciles generaux, & au delà des bornes qui ont toûjours eſté tres-ſaintement conſervées dans l'Egliſe Gallicane: Apres avoir oüy le Syndic de la Faculté de Theologie, & Maiſtre Vincent de Meurs Docteur en ladite Faculté, de la Maiſon de Navarre, qui devoit preſider à ladite diſpute, & ledit Droüet répondant, qui auroient eſté mandez ſuivant l'Arreſt du 19. de ce mois: & oüys les Gens du Roy en leurs Concluſions : LA COUR a fait, & fait inhibitions & défenſes audit Droüet de ſoûtenir ladite Theſe: A ordonné & ordonne qu'elle ſera ſupprimée ; enſemble toutes les autres qui ſe trouveront contenir de pareilles propoſitions : Fait inhibitions & défenſes à tous Bacheliers, Licentiez & Docteurs, & autres perſonnes d'écrire, ſoûtenir & diſputer, lire & enſeigner, directement ny indirectement és Eſcoles publiques, ny ailleurs, aucunes ſemblabes propoſitions, ny autres contraires à l'ancienne doctrine de l'Egliſe, aux ſaints Canons, Decrets des Conciles generaux, & aux Libertez de l'Egliſe Gallicane, & anciens Decrets de la Faculté de Theologie de Paris, à peine d'eſtre procedé contre eux ainſi qu'il appartiendra. Fait défenſes au Syndic de ladite Faculté, & aux Docteurs qui y preſideront aux actes, de ſouffrir que telles propoſitions ſoient inſerées dans aucune Theſe. Ordonne que le preſent Arreſt ſera leu à l'aſſemblée generale de ladite Faculté de Theologie, qui ſe tiendra en Sorbône au premier jour, le

[a] I. C. a donné à Saint Pierre & à ſes ſucceſſeurs une ſouveraine autorité ſur toute l'Egliſe.
[b] Les Eveſques de Rome en donnant des privileges à quelques Egliſes, cōme à l'Egliſe de Frãce.
[c] Les Conciles generaux ſont tres utiles pour l'extirpation des hereſies, pour remedier aux ſchiſmes & aux autres maux, mais non pas abſolument neceſſaires.

quel par la Cour ſera ordonné, en preſence de deux Conſeillers en ladite Cour, leſquels s'y tranſporteront à cét effet, avec l'vn des Subſtituts du Procureur General du Roy. A laquelle Aſſemblée ſeront mandez tous les Docteurs de ladite Faculté, meſme les Bacheliers de la premiere licence. Et ſera le preſent Arreſt enregiſtré és regiſtres de ladite Faculté, & ſignifié aux Recteur, Doyens & Procureurs des autres Facultez, pour y eſtre leu & regiſtré en icelles, & envoyé aux autres Vniverſitez; enſemble aux Bailliages & Senéchauſſez de ce reſſort, pour y eſtre pareillement leu, publié & regiſtré à la diligence des Subſtituts du Procureur General du Roy, leſquels en certifieront la Cour au mois. Fait en Parlement le 22. jour de Ianvier 1663. Signé, ROBERT.

## CONCLVSIO SACRÆ Facultatis Theologiæ Pariſienſis circà Senatus-Conſultum ſuprà relatum.

*ANno Domini 1663. die 9. Februarij habita ſunt Comitia extraordinaria Facultatis Theologiæ Pariſienſis in aulâ Collegij Sorbonæ, in quibus cenſuit Facultas Theſim Magiſtri Gabrielis Droüet de Villeneuve, quæ tantam peperit offenſionem, quæque nunquam fuit approbata à Facultate eſſe ſupprimendam; Senatus Ampliſſimi decretum prout jacet, non eſſe inſcribendum in ſuis tabulis, adeundum eſſe Auguſtiſſimum Principem per ſapientiſſimos Magiſtros noſtros, &c. Qui cum honore & reverentiâ debitis petent ab eodem Auguſtiſſimo Senatus Principe ut velit, dignetur exponere mentem ſuam non fuiſſe ſibi adſcribere iudicium doctrinale in materiâ fidei & Eccleſiæ dogmatibus, vel lædere jura Facultatis, aut innuere neceſſarium eſſe abſolutè Concilium generale ad extirpanda qualibet ſchiſmata & quaſlibet hereſes, verbi gratiâ, Pelagianam & Ianſenianam, quas conſtat ſufficienter extinctas abſque Concilio ge-*

## *CONCLVSION DE LA Sacrée Faculté de Theologie de Paris, ſur l'Arreſt cy-deſſus rapporté.*

L'An 1663. le 9. Fevrier, la Faculté de Theologie de Paris s'aſſembla extraordinairement dans la Salle du College de Sorbonne, où l'aſſemblée fut d'avis de ſuprimer la Theſe de Maiſtre Gabriel Droüet de Ville-neuve, qui a tant cauſé de bruit, & que ladite Faculté n'a jamais approuvée, qu'il ne falloit pas mettre dãs ſes regiſtres l'Arreſt du Parlement, comme il eſt porté: mais que ladite Faculté devoit deputer devers Monſieur le premier Preſident, Meſſieurs nos Maiſtres, N. N. &c. Qui le prieroient avec l'honneur & le reſpect qui luy ſont deus, qu'il pleuſt à mondit Seigneur le Premier Preſident de declarer ſa penſée, qu'il n'avoit pas eu deſſein de rendre un jugement doctrinal en matiere de foy, & touchant les dogmes de l'Egliſe, ny de bleſſer les droits de la Faculté, ny de vouloir dire qu'un Concile general fuſt abſolument neceſſaire pour l'extirpation de tous les ſchiſmes & de toutes les hereſies. Par exemple, le Pelagianiſme & le Ianſeniſme, qui ont eſté ſuffiſamment eſteints ſans Concile general, qu'on ne

peut dire eſtre abſolument neceſſaire qu'en certains cas. *nerali, quod tantum in aliquibus caſibus dici poteſt abſolutè neceſſarium.*

# AVTHORITATE CONCILIORVM, Sanctorum Patrum Eccleſiæ, & veterum Theologorum confirmatur Cenſuræ veritas.

## *Pro quartâ Propoſitione.*

EVſebius *de vitâ Conſtantini lib. 1. caput* 44. Et cùm nullum crimen ipſi ſuppeteret, nec haberet, quod viris illis omninò poſſet objicere, Legem promulgavit, quæ quidem præcepit ut neque Epiſcopi inter ſe de rebus ſuis communicarent, neque cuiquam illorum copia eſſet aliquam Eccleſiam in proximo ſitam adeundi: neque conventus aut Concilia, aut deliberationes de rebus ad ipſorum utilitatem ſpectantibus inſtituendi. Atque hæc tanquam anſa illi fuit ad nos protervè contumelioséque tractandos. Aut enim legem violando, ſupplicio obnoxios eſſe oportebat: aut legis præcepto morem gerendo, Eccleſiæ ritus & inſtituta evertere. Nam magnæ & graves deliberationes de rebus controverſis ſuſceptæ, non aliter poſſunt quàm per rectam Conciliorum adminiſtrationem ratione & viâ procedere.

*Euſebius de vitâ Conſtantini lib. 3 cap.* 16.

Verùm quoniam iſtud haud poterat in loco tuto firmoque collocari, niſi vel omnes Epiſcopi, vel maxima eorum pars in unum conveniſſet, ſingulisque ſuum judicium de rebus ad ſacratiſſimam Religionem pertinentibus interpoſuiſſent: eam ob cauſam, cùm cœtus quantùm fieri poterat, maximus coactus eſſet, ipſe tanquàm unus è veſtrûm numero, non enim recuſabam, ex quâ re jam maximam lætitiam, me vobiſcum in eo miniſterio conjungere, præſtò unà adfui.

*Innocentius primus apud Nicephorum, lib.* 13. *cap.*32.

Cæterùm quid contrà iſtos in præſentiâ agendum? Synodali cognitione peropus eſt, quam dudum etiam cogendam eſſe cenſuimus Sola enim illa talium procellarum motus ſopire poteſt: quam ut obtineamus, utile nunc fuerit, medicinam & opem hanc ad voluntatem magni Dei & Chriſti ejus Domini noſtri referre. Omnia quæ diaboli invidiâ, ad fidelium explorationem ſunt perturbata, pacabuntur. Stabilitate fidei nihil non ſperare à Domino debemus Nos quidem multùm deliberamus & deſpicimus, quomodo univerſalis Synodus congregetur, ut de voluntate Dei turbulenti iſti motus compeſcantur.

*Leo Epiſt. 9. ad Theodoſium.*

Vnde ſi Pietas Veſtra ſuggeſtioni ac ſupplicationi noſtræ dignetur annuere, utin-

ut intrà Italiam habere jubeatis Epiſcopale Concilium, citò (auxiliante Deo) poterunt omnia ſcandala, quæ in perturbationem totius Eccleſiæ ſunt commota, reſecari: ut per univerſum regnum veſtrum Catholicæ fidei integritate ſervatâ, & pacem Chriſtianam manere, & veſtram apud Deum creſcere gloriam gaudeamus.

*Ex Epiſtolâ 24. ejuſdem Leonis ad Theodoſium.*

Cui Sacrâmento quia impiè nunc à paucis imprudentibus obviatur, omnes partium noſtrarum Eccleſiæ, omnes Manſuetudini Veſtræ cum gemitibus & lacrymis ſupplicant Sacerdotes, ut quia & noſtri fideliter reclamarunt, & eiſdem libellum appellationis Flavianus Epiſcopus dedit, generalem Synodum jubeatis intrà Italiam celebrari, quæ omnes offenſiones ità aut repellat, aut mitiget, ne ultrà aliquid ſit, vel in fide dubium, vel in charitate diviſum, convenientibus utique Orientalium Provinciarum Epiſcopis, quorum ſi qui ſuperati minis atque injurijs, à veritatis tramite deviarunt, ſalutaribus remedijs in integrum revocentur: ipſique quorum eſt cauſa durior, ſi conſilijs melioribus acquieſcant, ut ab Eccleſiæ unitate non excidant.

*Ex Epiſtolâ 33. ejuſdem Leonis ad Theodoſium.*

Sin verò aliqui à puritate noſtræ fidei atque Patrum auctoritate diſſentiant, Concilium univerſale intrà Italiam, ſicut Synodus, quæ ob hanc cauſam Romæ convenerat, mecum petit, Clementia Veſtra concedat: ut in unum convenientibus omnibus his, qui aut ignorantiâ aut terrore prolapſi ſunt correptionis remedijs conſulatur, nec cuiquam ultrà ſit liberum, ità Nicænæ Synodi facere mentionem, ut ejus inveniatur eſſe fidei contrarius, quoniam & univerſæ Eccleſiæ, & veſtro hoc imperio profuturum eſt, ſi unus Deus, una fides, & unum Sacramentum ſalutis humanæ, unâ totius mundi Confeſſione teneatur.

*Ex Epiſtolâ 43. ejuſdem Leonis ad Martianum.*

Popoſceram quidem à Glorioſiſſimâ Clementiâ Veſtrâ, ut Synodum quam ad reparandam Orientalis Eccleſiæ pacem, à nobis etiam petitam, neceſſariam judicaſtis, aliquantiſper differri ad tempus oportunius juberetis: ut liberioribus ab omni perturbatione animis, hi quoque Epiſcopi, quos hoſtilitatis metus detinet, convenirent. Sed quia pio ſtudio humanis negotijs divina præponitis, & rationabiliter ac religiosè regni veſtri viribus creditis profuturum, ſi nulla ſit in Sacerdotum ſenſibus diſſonantia, nulla ſit in Evangelij prædicatione diſcordia: Ego etiam veſtris diſpoſitionibus non renitor, optans ut omnium cordibus Catholica fides, quæ non poteſt niſi una eſſe, firmetur.

*Ex Epiſtolâ 44. ejuſdem Leonis ad Martianum.*

Synodum verò fieri, ut meminit Clementia Veſtra, etiam ipſi popoſcimus. Sed Sacerdotes Provinciarum omnium congregari præſentis temporis neceſſitas nullâ ratione permittit: quoniam illæ Provinciæ, de quibus maximè ſunt evocandi, inquietante bello ab Eccleſijs ſuis eos non patiuntur abſcedere. Vnde oportuniori tempori propitiante Domino, cùm firmior fuerit reſtituta ſecuritas, jubeat Veſtra Clementia reſervari. De quâ re ple-

niùs inter cætera apud Pietatem Veſtram poterunt allegare, quos miſi.

*Ex quintâ Synodo collatione 5.*

Et quia contigit Vigilium Religioſiſſimum regiâ urbe degentem, omnibus intereſſe quæ his tribus capitulis annotata ſunt, & tàm ſine ſcriptis, quàm in ſcripturis ea ſæpius condemnaſſe, poſteà tamen & conſenſit in ſcriptis in Concilio convenire, & diſceptare unà nobiſcum de his tribus capitulis, ut definitio communiter ab omnibus nobis præbeatur fidei rectæ conveniens; Piiſſimus Imperator ſecundùm quod inter nos placuit, tàm ipſum, quàm nos hortatus eſt communiter convenire, eo quòd Sacerdotes decet communibus quæſtionibus finem imponere. Vnde neceſſariò petivimus Ipſius Reverentiam, ſcriptas ſuas promiſſiones adimplere. Nec enim juſtum eſſe, ampliùs ſcandalum pro tribus iſtis capitulis creſcere, & Dei Eccleſiam conturbari, & pro his ad memoriam ejus perduximus magna illa Apoſtolorum exempla, & Patrum traditiones. Licet enim Sancti Spiritus gratia & circà ſingulos Apoſtolos abundaret, ut non indigerent alieno conſilio ad ea quæ agenda erant; non tamen aliter voluerunt de eo quod movebatur, ſi oporteret gentes circumcidi, definire, priuſquàm communiter congregati, divinarum Scripturarum teſtimonijs unuſquiſque ſua dicta confirmaverunt.

Vnde communiter de eo ſententiam protulerunt ad gentes ſcribentes: Viſum eſt Spiritui Sancto & nobis, nihil aliud imponere vobis oneris, præterquàm neceſſaria, ut abſtineatis ab immolatis ſimulacrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione.

Sed & Sancti Patres, qui per tempora in ſanctis quatuor Concilijs convenerunt, antiquis exemplis utentes, communiter de exortis hæreſibus & quæſtionibus diſpoſuerunt, certo conſtituto, quod in eo communibus diſceptationibus cùm proponuntur quæ ex utraque parte diſcutienda ſunt, veritatis lumen tenebras expellit mendacij.

*Ex Epiſtolâ Clericorum Italiæ ad Legatos Galliæ qui proficiſcebantur Conſtantinopolim.*

Sed Papa non adquieſcens hoc facere, & videns ſe nimiùm ingravari, dixit tunc Sereniſſimo Principi, Veniant hîc Fratres Noſtri ex omnibus Provincijs quini aut ſeni Epiſcopi, & quicquid ſub tranquillitate tractatu habito omnibus viſum fuerit, cum pace diſponemus: quia ſine conſenſu omnium iſta, quæ & Synodum Chalcedonenſem in dubium venire faciunt, & ſcandalum fratribus meis generant, ſolus facere nullatenùs adquieſcam.

*Ex Theodoro Lectore, Lib. 2.*

Cùm hæc gererentur Imperator Macedonium vehementer urſit, ut idem & ipſe faceret. Ille verò ſine univerſali Synodo (cui magnæ Romæ Epiſcopus præſideret) nihil ſe facturum dixit, quare Imperatorem contrà ſe incitavit, qui ob id ad magnam Eccleſiam confugientes inde avelli curavit, & leges libertatis hæreticorum Eccleſijs præbuit.

*Cedrenus in Compendio Hiſtoriarum.*

Quarto anno, Paulus Sanctiſſimus Patriarcha morbo affectus, ſolio relicto caput raſit, ſeque in Monaſterium Flori abdidit. Imperatrix triſtis eum

convenit, cauſam facti quærens. Cui Paulus; Vtinam verò, inquit, ſolio Pontificali numquam inſediſſem, Eccleſiâ Dei per Tyrannidem oppreſsâ, atque ab alijs Catholicis ſolijs avulsâ, anathematéque notatâ. Quod niſi Oecumenica inſtituit Synodus, & hactenùs errata corrigunt, nulla eſt vobis ſalus. Quærenti ulterius Irenæ, cur ergò Patriarcha deſignatus ſubſcripſerit ſe imagines non adoraturum? Hoc ipſum eſt, aït, quod lugeo, & ad pœnitentiam confugio Deum deprecans, ne me velut Pontificem puniat, qui huc uſque tacuerim, metúque furoris veſtri veritatis præconio abſtinuerim. His ità actis, ille vitam cum morte fœliciter commutavit, exinde liberè ab omnibus verba de ſacris imaginibus fieri. Anno quinto, Irena Senatu populoque convocatis, ſententiam de novo Patriarchâ creando rogavit, ab omnibus ſibi id munus delatum Taraſius Secretarius recuſavit, populorum & Eccleſiarum cauſatus diſſenſionem, Conciliumque cogi poſtulans. Quod cùm annuiſſent Imperatrix & populus, ità demùm Sanctus Pater Noſter Taraſius Patriarcha Conſtantinopolitanus declarat, XXV. die Decembr. indictione octavâ: miſſiſque Romam de Concilio litteris, & fidei ſuæ confeſſione, eſt ab Adriano Papâ approbatus.

Anno VI. cùm eſſet Concilium indictum in ædem Apoſtolorum, eòdem convenerunt etiam Satanæ adminiſtri, gladijsque armati intraverunt. Quo perterriti alteri, inde re infectâ diſceſſere.

*Auxilius de ordinationibus à Papâ Formoſo factis. cap.* 40.

Hæc igitur Scripturarum collatio, fortaſſis ſupervacua quibuſdam videtur, eò quod ad præſens tempus non ſit, qui æquitatis depromat judicium, neque enim juſtitiæ palmam apud eos obtinere poſſumus, qui contrà nos, ipſi ſibi ſunt judices & teſtes, pariterque Cauſidici. Attamen juxtà Beati Hieronymi ſententiam, canimus nobis & noſtris, ſcilicet, ut bono animo ſimus, & bonam nos cauſam habere, non nobis, ſed Sanctis Patribus credamus, obſervantes quod ſcriptum eſt, ſi ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris: & illud, tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam, ideóque in ſacro Ordine quo conſecrati ſumus permanentes, præſtolamur, univerſalis Concilij æquiſſimum examen. Authore illo ad quem clamantes dicimus, Exurge Domine, & judica cauſam tuam: cui eſt honor & gloria per infinita ſæcula ſæculorum.

*Ex Epiſtolâ Vniverſitatis Pariſienſis oblatâ Carolo ſexto. Anno* 1394.

Porrò quæ amplior unquam aut fuit, aut futura eſt congregandi Concilij occaſio, cùm univerſalis ſtatus Eccleſiæ in diſciplinâ, moribus, legibus, inſtitutis, traditione majorum ac obſervantiâ, & ut brevi abſolvamus, in ſpiritualibus & temporalibus funditùs per hoc ſchiſma, innumeroſque abuſus hinc naſcentes ſubvertatur: & niſi maturiſſimè pijſſimus inſtitutor ac conſervator ejuſdem reſpiciat impendentia avertens ſcandala, in ruïnam horribilem atque irreparabilem venturus ſit? an non hoc inter illa numerandum quæ maximè ad fidem ſpectant? an non ſatis id arduum, ut ſuper hoc proviſio per Concilium quæratur? ſerò fidenter credite Pontifices, remedium vos quæſijſſe pœniteret, ſi non modò dùm poteſtas adeſt, inſtantia propè mala avertitis.

*Concilij Piſani ſeſſio 22. anno. Domini* 1409.

Item ſacro approbante Concilio, decernimus, vos vel ſucceſſorem noſtrum ex certis magnis & arduis cauſis nos & hoc ſacrum Concilium moventibus, iterùm generale Concilium fore convocandum hinc ad triennium, videlicet anno quo dicetur anno Domini milleſimo 4. C. duodecimo, in menſe Aprili in eâ Civitate ſeu loco habili & decenti, qui locus declarabitur, per annum antè tempus Concilij, per nos vel per ſucceſſorem noſtrum.

*Concilij Conſtantienſis ſeſſio* 39.

Frequens generalium Conciliorum celebratio, agri Dominici cultura eſt præcipua, quæ vepres, ſpinas & tribulos hæreſium & errorum, & ſchiſmatum extirpat, exceſſus corrigit, deformata reformat, & vineam Domini ad frugem uberrimæ fertilitatis adducit. Illorum verò neglectus præmiſſa diſſeminat atque fovet: hæc præteritorum temporum recordatio & præſentium conſideratio, antè oculos noſtros ponunt. Ea propter hoc edicto perpetuo ſancimus, decernimus & ordinamus, ut amodò Concilia generalia celebrentur, ità quòd primùm à fine hujus Concilij in quinquennium immediatè ſequentis Concilij in ſeptennium, & deinceps ex decennio in decennium perpetuò celebrentur in locis, quæ Summus Pontifex per menſem antè finem cujuſlibet Concilij approbante & conſentiente Concilio, vel in ejus defectum, ipſum Concilium deputare & aſſignare teneatur, ut ſi per quamdam continuationem ſemper aut Concilium vigeat, aut per termini pendentiam expectetur: quem terminum liceat Summo Pontifici de fratrum ſuorum Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio, ob emergentes fortè caſus abbreviare: ſed nullatenùs prorogetur. Locum autem pro futuro celebrando Concilio deputatum, abſque evidenti neceſſitate non mutet. Sed ſi fortè caſus aliquis occurreret, quo neceſſarium videretur, ipſum locum mutari, puta obſidionis, guerrarum, peſtis aut ſimilis, tunc liceat Summo Pontifici de prædictorum fratrum ſuorum, aut duarum partium ipſorum conſenſu, atque ſubſcriptione, alium locum priùs deputato loco viciniorem & aptum, ſub eâdem tamen natione, ſurrogare, niſi idem vel ſimile impedimentum per totam iſtam rationem vigeret, tunc ad aliquem alium viciniorem locum alterius nationis aptum, hujuſmodi Concilium poterit convocari: ad quem Prælati, & alij qui ad Concilium ſolent convocari, accedere teneantur, ac ſi à principio locus ille fuiſſet deputatus: quam tamen loci mutationem, vel termini abbreviationem per annum, antè præfixum terminum tenetur Summus Pontifex legitimè & ſolenniter publicare & intimare, ut ad ipſum Concilium celebrandum prædicti poſſint ſtatuto termino convenire.

*Joannes Gerſonius de poteſtate Eccleſiaſticâ. Conſideratione* 8.

Concludimus tandem ex dato Moyſi conſilio & præcepto legis Deut. XVIII. & ex inſtitutione Chriſti Matth. XVIII. quod nulla fuit hactenùs, nec erit in poſterum pernicioſior peſtis in Eccleſiâ, quàm omiſſio generalium Conciliorum & Provincialium, vel in reipsâ vel auctoritate.

*Ex hiſtoriâ Concilij Florentini ſectione 2. cap.* 8.

At Rex uterque, ſimul & Patriarcha reſcribunt Papæ, & gratias agunt de

ſingulari propenſione, & animi affectu, quem ad pacem inter Eccleſias Chriſtianas inſtaurandam tàm prolixè patefecerat: verùm ſubinde admonent, non aliter poſſe ſua vota optatum exitum invenire, niſi Synodus Oecumenica congregetur, quæ liberè ſine violentiâ, candidè ſine ambitioſâ rixandi libidine, ſingulos utrinque articulos, & puncta & momenta perpendat, ſingula diſcrimina controverſa examinet: etſi qua conſtiterint, antiquorum Patrum, aut Sanctorum in Eccleſiâ Doctorum teſtimonijs in medium prolatis luculenter comprobata, & in quæ universâ voce cuncti qui in Synodo aſſident manifeſtè conſenſerint, ea ut ab omnibus ſancita audacter ac animosè, ſine tergiverſatione, morâ aut metu ſtabiliantur: hanc methodum duntaxat, hæc Concilia Eccleſiarum reconciliatio comitabitur

*Ex hiſtoriâ Concilij Florentini ſectione 2. cap. 9.*

Poſtremò ad nos ſcripſit idem Papa acquieſcere ſe penitùs, ut in noſtris regionibus Concilium celebretur, & eò ſe velle Legatum deſtinare, cum authoritate & mandatis.

*Ex proteſtatione Ioannis Dauvet Procuratoris Generalis, anno 1460.*

Et ut plenior in omnibus his rebus pax & unitas haberi poſſit, requirit inſtantiùs idem Dominus noſter Rex, quatenùs præfatus Sanctiſſimus Dominus noſter Concilium plenarium orbis congregare dignetur, in loco tuto ac libero, in quo omnes Prælati Eccleſiarum, ac viri periti & timentes Deum, qui Concilijs generalibus intereſſe, habent, liberè ſuper præſentatis materijs ſua vota & conſilia dare poſſunt in fraternitate, amore & tranquillitate animorum ac pace Chriſtianâ. Quod etiam hîc maximè neceſſarium eſſe videtur pro ſuccurrere fidei orthodoxæ: nam licet plura hinc inde invocentur auxilia, & diverſæ pecuniarum ſummæ varijs modis hujus rei prætextu hactenùs petitæ & collectæ ſint, parvum tamen aut nullum efficax adversùs invaſores Chriſtianæ Religionis, & perſecutores ipſius Catholicæ fidei; proh dolor! præſtatur, dùm differtur nimium plenarij Concilij proviſio, in quo univerſus Clerus & Principes Catholici junctis animis opportuna remedia tantæ neceſſitati venirent quæſituri. Et jam tempus decem annorum effluxum dudum eſt, in quo ſecundùm inſtituta magnæ Synodi Conſtantienſis ipſum Concilium debeat celebrari.

*Ex decreto Facultatis Theologiæ Pariſienſis de celebratione Concilij generalis.*

Anno Domini 1497. die 11. Menſis Ianuarij, ſacratiſſima Theologorum Facultas almæ matris Vniverſitatis Pariſienſis congregata fuit apud Sanctum Mathurinum, pro terminandis quibuſdam quæſtionibus à Domino Noſtro Rege, ad ſe tranſmiſſis, ſuperquibus jamdudùm fuerant dati 12. deputati ex Magiſtris noſtris, diù quoq; & per plures dies continuò perdictos deputatos, & alios diſputatum fuerat ſuper his. Quibus deputatis auditis, & conſequenter omnium Doctorum & Regentium, & Magiſtrorum acceptâ uniformi deliberatione, & concluſione, fuit per dictam Facultatem concorditer reſponſum ad dictas quæſtiones affirmativè. Videlicet ad primam, quâ quæritur.

A ſçavoir mon ſi le Pape eſt tenu de dix ans en dix ans aſſembler le ſaint Concile repreſentant l'Egliſe univerſelle, & meſmement de preſent, conſi-

deré le deſordre qui eſt en l'Egliſe tout notoire, *tàm in capite quàm in membris.*

Et Reſponſum eſt, quòd Summus Pontifex & Pater Sanctiſſimus tenetur de decennio in decennium congregare generale Concilium, univerſalem Eccleſiam repræſentans, & maximè nunc, cùm tanta ſit deordinatio in Eccleſiâ, tàm in capite, quàm in membris, quæ cunctis notoria eſt.

*Ad ſecundam, quâ quærebatur*, & en cas d'urgente neceſſité, comme de preſent, ou apres que dix ans ſeront paſſez apres le dernier Concile, le Pape eſt prié & ſommé de ce faire, & s'il eſt negligent ou differe, à ſçavoir mon ſi les Princes, tant Eccleſiaſtiques que ſeculiers, & autres parties de l'Egliſe ſe peuvent aſſembler de ſoy meſme, & s'ils feront le ſaint Concile repreſentant l'Egliſe univerſelle, ſans eſtre par le Pape aſſemblez.

Dictum eſt determinativè, quòd ſi tempore urgentis neceſſitatis, ſicut nunc, vel poſt 10. annos ab ultimo celebrato Concilio, dictus Summus Pontifex rogatus fuerit, requiſitus, ſummatus, & monitus de ſic congregando dictum Concilium, ut ſuprà, & facere recuſaverit, & neglexerit, vel diſtulerit: tùm Principes tàm Eccleſiaſtici quàm ſeculares, & partes Eccleſiæ notabiles poſſunt ſe congregare, ſine hoc quòd per dictum Pontificem congregetur, dictum Concilium univerſalem Eccleſiam repræſentans.

*Ad tertiam quâ quæritur.* Si en cas de neceſſité urgente, comme de preſent ou apres dix ans paſſez, comme deſſus, une grande & notable partie de la Chreſtienté, comme le Royaume de France, où le Roy repreſentant iceluy, prie, ſomme, & admoneſte le Pape, & les autres parties de ſoy aſſembler, & pourvoir à la neceſſité de l'Egliſe, & les autres parties ou aucunes d'elles ſont negligentes, refuſantes, ou dilayantes d'y venir, à ſçavoir mon ſi ceux qui s'y trouveront pourront celebrer ledit Concile ſans les autres, & pourvoir à la neceſſité de l'Egliſe.

Dixit & definit prædicta Facultas, quòd tempore urgentis neceſſitatis, ut nunc, vel poſt decennium ab ultimo celebrato Concilio, ut ſuprà dictum eſt, poſtquàm aliqua bona magna pars & notabilis Chriſtianitatis, quemadmodùm Regnum Franciæ, vel Rex Chriſtianiſſimus ipſius vices gerens, rogaverit, ſummaverit, & ex hortatus fuerit dictum Summum Pontificem, cæteraſque partes Eccleſiæ, de congregando dictum Concilium, & ad ipſum conveniendo, & de providendo neceſſitati Eccleſiæ, ipſe verò Pontifex, vel aliquæ prædictarum partium fuerint recuſantes, negligentes & differentes deveniendo ad dictum Concilium, nihilominùs illi qui aderunt & comparebunt, poterunt ſine alijs non comparentibus dictum Concilium celebrare, & neceſſitati Eccleſiæ providere. Actum anno & die prædictis.

*Ex Edicto Maximiliani Imperatoris relato in Concilio Piſano.*

Ad quæ cùm non videamus aliud remedium, quàm quod juxtà ſanctorum Patrum inſtituta, Concilium & congregatio univerſalis fierent, ut ibidem communi Concilio poſſit omnibus commodè provideri; expectantes igitur dictum Concilium debere indici & convocari per Beatitudinem Pontificis, & Reverendiſſimorum Dominorum S. R. E. Cardinalium, ac alios Prælatos juxtà ordinationem Concilij Conſtantienſ. & votum ac debitum eorum-

dem, ceſſantibus ipſis ( ne & nos ab Omnipotenti Deo negligentiæ redarguamur) noluimus nos ceſſare: quùm illis negligentibus, nos tanquàm Imperator & ejuſdem ſanctæ matris Eccleſiæ advocatus & protector, & quantùm in nobis eſt ſubvenire his tantis neceſſitatibus teneamur.

*Ex Edicto Ludovici 12. Regis Galliarum relato in Concilio Piſano.*

Nos veſtigijs majorum noſtrorum inhærentes, & conſiderantes quantam reipublicæ Chriſtianæ vtilitatem generalia Concilia attulerint, quantúmque detrimenti ex eorum intermiſſione univerſalis Eccleſia acceperit: quodque in præſentiâ magna adeſt neceſſitas ipſius Conſilij generalis univerſalis Eccleſiæ congregandi, pro extirpatione hæreſeων, ſchiſmatum, ac diviſionum in diverſis mundi partibus, ac pro reformatione morum Eccleſiæ; & nimiùm ſcandalizantium notoriorum continuorum & incorrigibilium tàm in capite, quàm in membris criminum everſione; pro pace Chriſtianorum ſtabiliendâ, & bello contrà infideles procurandos. Quumque tempus decennij poſt ultimum univerſale Concilium jamdudum ſit effluxum, & ſaluberrimâ Decretali Conſtitutione Eccleſiæ, in Sacratiſſimo Conſtantienſi Concilio editâ quæ incipit, Frequens, ſingulis decennijs univerſale Concilium ſit Congregandum, quod unicum remedium, ab univerſali Eccleſiâ inuentum, & ſancitum eſt, pro medelâ omnium morborum Eccleſiæ, & Summus Romanus Pontifex cui primo Curæ eſſe deberet, illud convocare hoc tanto tempore neglexerit (maximè cùm juraverit & voverit poſt biennium à creatione ſuâ illud tenere) & non ſolum negligens, ſed & voti & juramenti hujus tranſgreſſor, illud non tenuerit, tempuſque interpellet pro homine, & nunquam ſuâ auctoritate aut voluntate futurum Concilium credatur celebrandum.

---

## *Bref du Pape Clement VII. au Roy François premier.*

CLEMENS Papa 7. Chariſſime in Chriſto Fili Noſter, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem ſuperiore biennio, ſicut Tua Majeſtas recordari poteſt, cùm Sereniſſimum Cæſarem, quanquàm pro ſuâ inclytâ pietate omnia conatum, tamen in conventu Auguſtano nihil remedij ad hæreſim Lutheranam in germaniâ tollendam, præ illorum obſtinatione afferre potuiſſe audiremus: Solúmque Concilij generalis remedium à noſtris prædeceſſoribus in caſu ſimili uſitatum, & ab ipſis Lutheranis poſtulatum ſupereſſe videremus; ſuper hoc cum Venerabilibus Fratribus noſtris S. Rom. E. Cardinalibus maturâ deliberatione, ad ipſius Concilij generalis indictionem in Italiâ & loco ad hoc commodiore celebrandi devenire intendentes, id Tuæ Majeſtati, ſicut Cæſaris, & cæteris principibus ſignificandum communicandúmque duximus, eamque noſtris litteris fuimus hortati, vt tàm ſancto & neceſſario operi pro Tuâ Pietate & Chriſtianiſſimi titulo, proque tuorum Majorum perpetuâ conſuetudine favere, cauſamque ſanctæ fidei, cum Tuâ, ſi fieri poſſit, præſentiâ, aut ſaltem oratoribus tuis, tuique regni Præ-

latis adjuvare, & tueri, & in hoc Te & illos interim præparare pro communi officio velles.

---

*Lettre du Roy François II. à Monſieur l'Eveſque d'Angouleſme.*

IE deſire donc Monſieur d'Angouleſme, que ſur toutes choſes, & ſuivant ce que ie vous ay mandé par l'Abbé de Manne, vous teniez la main, & faſſiez toute inſtance à Noſtre dit Saint Pere, à ce qu'il luy plaiſe Nous accorder ce Saint Concile libre & general, luy remontrant plus au long le ſingulier zele, deuotion, & affection que ie porte au bien & repos de toute la Chreſtienté; ou ſi Sadite Sainteté veut auſſi vertueuſement employer, comme ie me promets d'elle, & que ſa ſainte intention vienne à eſtre ſecondée & accompagnée de celle des Princes Chreſtiens, ainſi comme elle voit & peut connoiſtre l'eſtre ſincerement de mon coſté: ie ne fais doute que nous n'en puiſſions tous non ſeulement eſperer, mais auſſi receuoir un incroyable fruit.

---

*Extrait de l'inſtruction baillée à Monſieur de Ramboüillet, envoyé à Rome en 1560. tiré des Memoires de Monſieur du Puy, dans les Memoires ſur le Concile de Trente.*

ET là deſſus ledit ſieur de Ramboüillet luy ſçaura tres-bien & ſagement diſcourir & découvrir tout le beſoin que ce Royaume a d'avoir promptement ledit Concile Oecumenique, libre, & general, tant pour reduire par ce moyen toutes choſes en paix & repos, que pour remettre au dedans d'iceluy Royaume la vraye & authentique Religion en ſon premier eſtat, dignité & ſplendeur; & n'oubliera à luy noter le plus vivement qu'il luy ſera poſſible, de quelle ardeur, zele & affection tous les ſujets de ſadite Majeſté, pour eſtre tant affligez & travaillez de ſectes & diverſes opinions que nous les voyons aujourd'huy, ont tous unanimement par leurs deputez aux Eſtats de ce Royaume, tenus dernierement à Orleans, requis & ſupplié ſadite Majeſté de vouloir en toute diligence procurer envers noſtre dit S. Pere la declaration dudit Concile, ſans lequel ils ne peuvent eſperer, eſtans diviſez & ſeparez entr'eux, de pouvoir aiſément vivre, & demeurer en paix & repos. Au moyen dequoy ſadite Sainteté peut facilement juger, que ce que par cy-devant le feu Roy François, ſon tres-honoré Seigneur & Frere, a tant & tant de fois requis & recherché l'ouverture dudit Concile, ce n'a point eſté ſans un grand & extréme beſoin, qui n'eſtant encore de preſent ceſſé, ne luy doit auſſi ſembler nouveau, ſi ſadite Majeſté luy en fait preſentement la meſme inſtance, & recommence le ſemblable langage que ledit feu Seigneur luy a ſouvent tenu: mais bien pluſtoſt mettant à effet & execution les propos & commencemens déja par elle donnez en l'affaire dudit Concile, elle

elle doit prendre (s'il luy plaiſt) en main, & ſi fort embraſſer cette affaire, que ſans aucune retardation l'on puiſſe incontinent voir, & découvrir que ſadite Sainteté procede & chemine de bon pied à cette affaire, & ſelon le zele qui pour le nom qu'elle porte, & la charge qu'elle a ſur les bras, doit eſtre, apparoir, & reluire en ſadite Sainteté, de laquelle ſeule depend & conſiſte entierement le vray & unique remede de tous nos maux, troubles & diviſions, & lequel auſſi s'il advient que par un malheur commun, & au contraire de l'opinion qu'en a ſadite Majeſté, & ſoit par cy apres retardé, & les affaires dudit Concile miſes en longueur, ſadite Sainteté ſe doit tenir pour toute aſſeurée, que ce ſera à cette fois que nous rechercherons la medecine en nous meſmes, & ſans plus attendre pour l'avenir de ſon coſté les moyens d'appaiſer tous nos troubles, les prendrons, comme l'on dit, chez nous par l'aſſemblée de nos Prelats.

p. 358. Voyez amplement le Cardinal Turrecremata, qui prouve avec grande doctrine, que les decrets des Conciles generaux doivent eſtre confirmez par le Pape, à cauſe qu'ils ne reçoivent pas leur juriſdiction immediatement de Dieu, mais par les mains de Saint Pierre & de ſes ſucceſſeurs. Cinquiéme propoſition de Iacques de Vernant.

p. 721. Deſorte que le Concile reconnoiſt que le pouvoir & l'authorité de faire des ordonnances pour toute l'Egliſe, vient du Pape.

p. 722. S. Cyrille d'Alexandrie dit qu'il n'appartient qu'au Pontife Romain de reprendre, de corriger, d'eſtablir des loix...... c'eſt à dire, que la juriſdiction des Conciles vient du Pape.

p. 722. La ſeconde obſervation que nous devons faire, c'eſt que l'Egliſe aſſemblée en ſes Conciles Generaux, ne reçoit pas de Dieu immediatement ſon authorité.

p. 724. Dans ce Chapitre le Cardinal apporte douze raiſons, pour monſtrer la verité de ſa concluſion, dans la ſixiéme il dit que les Conciles generaux ne ſont pas d'inſtitution divine, mais humaine.

p. 724. Or ſi les Conciles generaux reçoivent du Pontife Romain leur juriſdiction immediatement; il eſt certain d'vne certitude d'Evidence qu'il ſe reſerve toûjours le droit de diſpenſer, & de changer leurs loix, lors qu'il eſt utile pour le bien de l'Egliſe & le ſalut des peuples. Ie ſçay bien qu'on peut alleguer un decret du Concile de Conſtance, qui dit, que les Conciles geraux reçoivent leur authorité & leur juriſdiction de Dieu immediatement, mais ſans nous y arreſter, je renvoye le Lecteur, &c.

| *CENSVRA.* | CENSVRE. |
|---|---|
| *Hæ ſex propoſitiones, in quantum aſſerunt* Eccleſiam in Concilio generali congregatam, non habere à Deo immediatè juriſdictionem & authoritatem, *falſæ ſunt, verbo Dei* | Ces ſix propoſitions, *entant qu'elles aſſeurent que l'Egliſe aſſemblée dans un Concile general, n'a pas ſa puiſſance & ſon authorité immediatement de Dieu*, ſont fauſſes, contraires à la parole de Dieu, |

& à la definition du Concile de Conſtance, & condamnées autrefois par la Faculté.

*& Concilij Conſtantienſis definitioni contrariæ, & olim à ſacrâ Facultate reprobatæ.*

---

*De l'Acte de Revocation de Frere Iean Sarraſin, de l'Ordre des Freres Preſcheurs, faite par l'ordre de la Faculté, l'an 1429.*

Ex inſtrumento Revocationis F. Ioannis Sarraſin, Prædicatoris, factæ decreto Facultatis, anno 1429.

La 4. Verité. Toutes les fois qu'on eſtablit quelque choſe dans un Concile, toute l'authorité qui donne vigueur aux definitions, ne reſide pas dans le Pape ſeul; mais principalement dans le Saint Eſprit, & dans l'Egliſe Catholique.

4ª. *Veritas. Quandocumque in aliquo Concilio aliqua inſtituuntur, tota auctoritas dans vigorem ſtatutis, reſidet mon in ſolo Summo Pontifice, ſed principaliter in Spiritu Sancto & Eccleſiâ Catholicâ.*

---

*Des Articles de la Sacrée Faculté, contre la Doctrine de Luther.*

Ex articulis Sacræ Facultatis contrà Lutheri doctrinam.

21. Il faut croire de la meſme certitude de verité, que la puiſſance d'excommunier eſt de droit diuin, immediatement octroyé par Ieſus-Chriſt à ſon Egliſe, & c'eſt pour cela que les Cenſures Eccleſiaſtiques ſont grandement à craindre.

21. *Eodem veritatis firmamento recipiendum, poteſtatem excommunicandi eſſe de jure divino immediatè à Chriſto Eccleſiæ conceſſam: & ob id magnoperè timendas eſſe Cenſuras Eccleſiaſticas.*

# AVTHORITATE SACRÆ SCRIPTVRÆ, Conciliorum, Sanctorum Patrum Eccleſiæ, & veterum Theologorum confirmatur Cenſuræ veritas.

## *Pro quintâ Propoſitione.*

EGo rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiſcum in æternum, Spiritum veritatis. *Ioannis decimo quarto.*

Vbi enim ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. *Matth* 18.

Viſum eſt Spiritui Sancto & nobis. *Act.* 15.

*Ex Concilij Sardicenſis Epiſtolâ.*

Eſt enim qui præſidet Eccleſijs Deus, & pro nobis omnibus mortẽ oppetijt.

Concilium Carthaginenſe ſext. Epiſtola ad Cœleſtinum Papam nec unicuique Provinciæ gratiam Sancti Spiritus defuturam, qua æquitas à Chriſti Sacerdotibus prudenter videatur & Conſtantiſſimè teneatur maximè unicuique conceſſum eſt, ſi judicio, offenſus fuerit cognitorum, ad Concilia ſuæ Provinciæ vel etiam univerſale provocabit, niſi fortè quiſquam eſt qui credat unicuilibet poſſe exanimis inſpirare juſtitiam & innumerabilibus congregatis in Concilium Sacerdotibus denegare.

*Concilium Epheſinum part.* 2. *Act.* 2.

Spiritus Sancti teſtatur præſentiam congregatio Sacerdotum. Verum eſt enim quod legimus, quia nec poteſt veritas mentiri, cujus in Evangelio iſta ſententia eſt: Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi & ego ſum in medio eorum. Quod cùm ità ſit, ſi nec huic tàm brevi numero Spiritus Sanctus deeſt, quantò magis eum intereſſe credimus, quandò in unum convenit tanta turba Sanctorum? Sanctum namque eſt pro debitâ ſibi veneratione Concilium; in quo utique nunc Apoſtolorum frequentiſſimè, illius quam legimus, congregationis aſpicienda reverentia eſt. Nunquam his defuit magiſter, quem receperant prædicandum. Adfuit his ſemper Dominus & magiſter: ſed nec docentes à ſuo doctore deſerti ſunt unquam. Docebat ille qui miſerat, docebat qui dixerat quid docerent, docebat qui in Apoſtolis ſuis ſe confirmat audiri.

*D. Leo Epiſt. ad Theodoretum Epiſcopum Cyri.*

In nullo ab illis, quas Spiritus Sancti divinitas in Chalcedonenſi Concilio protulit, fidei regulis recedentes, inter utrumque hoſtem, novellæ perfidiæ ſermonem noſtrum cum omni cautelâ libremus: non jam (quod abſit) tanquàm de dubijs diſceptantes, ſed authoritate ſuâ, quæ benè definita ſunt

adſtruentes: cùm & in Apoſtolicæ Sedis Epiſtolâ, univerſalis ſanctæ Synodi aſſenſu firmatâ, tanta divinæ authoritatis teſtimonia noverimus eſſe congeſta: ut nullus queat ulterius dubitare, niſi qui ſibimet ipſi errorum tenebras inferre maluerit: cùm Synodalia geſta, vel quibus primùm definitio fidei legitur eſſe formata, vel quibus præfatæ litteræ Apoſtolicæ Sedis, etiam tuæ fraternitatis ſtudio defenſæ ſunt, & maximè ad pijſſimos Principes totius Concilij allocutio, tot ſit præcedentium Patrum teſtimonijs roborata: ut quamvis imprudenti ac pertinaci animo, ſi tamen non jam cum diabolo pro ſuâ impietate damnatus eſt, valeant ſuadere.

*Leo Epiſt.* LXXIII. *ad Leonem Auguſtum.*

Quod opus virtutibus veſtris, gloriæque conveniens, celerem & Deo placitum habebit effectum: ſi apud ſanctam Chalcedonenſem Synodum de Domini Chriſti Incarnatione firmatâ, nullâ permiſeritis retractatione pulſari: quia in illo Concilio per Spiritum Sanctum congregato, tàm plenis atque perfectis definitionibus cuncta firmata ſunt, ut nihil ei regulæ, quæ ex divinâ inſpiratione prolata eſt, aut addi poſſit, aut minui.

*D. Leo Epiſtolâ LXXVIII. ad Leonem Auguſtum.*

Quamvis ergò multùm per omnia de Pietatis Veſtræ corde confidam, & per inhabitantem in vobis Spiritum Dei, ſatis vos inſtructum eſſe perſpiciam: ne fidei veſtræ in eo adnitar obedire, ut aliquos de fratribus meis dirigam, qui apud vos præſentia mea inſtar exhibeant, & quæ ſit Apoſtolicæ fidei regula, licet (ut dixi) vobis benè ſit nota, demonſtrent: patefacientes in omnibus & probantes, non eſſe omninò inter Catholicos computandos, qui definitiones venerabilis Synodi Nicænæ, vel ſancti Chalcedonenſis Concilij regulas non ſequuntur: cùm utrorumque ſancta decreta ex Evangelico & Apoſtolico ſit manifeſtum fonte prodire, & quicquid non eſt de irrigatione poculi Chriſti, poculi eſſe viperei. Prænoſcat igitur Pietas Veſtra, venerabilis Imperator, hos, quos ſpondeo dirigẽdos, non ad confligendum cum hoſtibus fidei, nec ad certandum contrà illos à Sede Apoſtolicâ profecturos: quia de rebus & apud Nicæam, & apud Chalcedonam (ſicut Deo placuit) definitis, nullum audemus inire tractatum, tanquàm dubia vel infirma ſint, quæ tanta per Spiritum Sanctum fixit authoritas.

*D. Leo Epiſtolâ LIII ad Anatolium Conſtantinopolitanum Epiſcopum.*

Tanquàm refutari nequeat, quod illicitè voluerit multitudo, & illa Nicænorum Canonum per Spiritum verè Sanctum ordinata conditio in aliquâ unquam ſit parte ſolubilis.

*D. Leo Epiſtolâ LV.*

In omnibus Eccleſiaſticis his legibus obſequentes, quas ad pacificationem omnium Sacerdotum, per trecentos decem & octo Antiſtites Spiritus Sanctus inſtituit: ita ut etiam ſi multò plures alij, quàm illi ſtatuere decernerent, in nullâ reverentiâ ſit habendum, quicquid fuerit à prædictorum conſtitutione diverſum.

*In 3 parte Concilij Chalced. legitur Epiſtola Valentini Epiſcopi Philoppolis ad Leonem Imperatorem, in quâ hæc habentur.*

De ſancto verò & univerſali Chalcedonenſi Concilio, cujus Princeps non homo, ſed Chriſtus, qui eſt ſuper omnia Deus & Rex æternus, deinde Paſtores totius orbis extitêre Doctores, præſentibus eis & ſacratiſſimo veſtro Senatu, & culmine eminentium poteſtatum, & divæ memoriæ ter-beato Principe Marciano, omnibus obſignantibus hanc eſſe pietatis viam, Patrumque fidem impollutam & immutabilem, Sanctorumque Apoſtolorum doctrinam in nullo mutatam, neque diſcordantem expoſitæ fidei à Sanctis Patribus in Nicæno Concilio congregatis: cum utique ea doceat ſimul & alleget, & apertè ab omni hæreticâ nos ſectâ diſcernat. In hâc ergò perduramus, hanc tenemus, & ea quæ in eâ ſunt explanata, intranſgreſſibiliter obſervamus, omnemque hæreticam pravitatem abominamur, Deo ſemper hymnos pacificos exolventes, qui nobis cuſtodem rectæ fidei veſtram potentiam condonavit.

*Gregorius* 1. *Epiſt.* 24. *Libri primi.*

Propterea quia corde creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem, ſicut ſancti Evangelij quatuor libros, ſic quatuor Concilia ſuſcipere & venerari me fateor. Nicænum ſcilicet, in quo perverſum Arij dogma deſtruitur. Conſtantinopolitanum quoque, in quo Eunomij & Macedonij error convincitur. Epheſinum etiam primum, in quo Neſtorij impietas judicatur. Chalcedonenſe verò, in quo Eutycetis Dioſcorique pravitas reprobatur, totâ devotione complector, integerrimâ approbatione cuſtodio, quia in his velut in quadrato lapide, ſanctæ fidei ſtructura conſurgit, & cujuſlibet vitæ atque actionis exiſtat, quiſquis eorum ſoliditatem non tenet, etiam ſi lapis eſſe cernitur, tamen extrà ædificium jacet.

*Ioannes* 8. *Epiſt. CCIV.*

Sed quia Synodali cum decreto pro ſuis negligentijs, præſumptionibus ſicut ipſa benè cognoſcis, excommunicavimus, abſque eorumdem Fratrum, & Coëpiſcoporum noſtrorum, cum quibus in eum excommunicationis ſententiam promulgavimus, conſenſu, & voluntate nunc abſolvere nolumus, ne ab his, qui vel deſiderio, vel negligentiâ Eccleſiaſticam diſciplinam contemnunt, & multa non præſumenda præſumant, Canonicum parvi pendatur judicium Porrò cùm denominatam Synodum, quam, ſecundùm ſacros Canones, Spiritu Dei conditos, quarto Idus Octobris, Domino annuente celebraturi erimus, vel ipſe venerit, vel è latere ſuo, venerabiles Confratres, & Coëpiſcopos ſuos direxerit, qui nobis, & Sanctæ Synodo de his, qui illi objecta ſunt, idoneè ſatisfaciant.

*Concilium Conſtantienſe ſeſſione* 4.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen. Hæc ſancta Synodus Conſtantienſis generale Concilium faciens, pro extirpatione præſentis ſchiſmatis, & unione, & reformatione Eccleſiæ Dei in capite, & in membris fienda ad laudem Omnipotentis Dei, in Spiritu Sancto legitimè congregata, ad conſequendum facilius, ſecurius, liberiùs, & ulteriùs unionem, & reformationem Eccleſiæ Dei ordinat, diſponit, ſtatuit, decernit & declarat, ut ſequitur.

Et primò declarat, quod ipſa Synodus in Spiritu Sancto congregata legitimè, generale Concilium faciens, Eccleſiam Catholicam militantem repræſentans, poteſtatem à Chriſto immediatè habet, cui quilibet cujuſcumque ſtatûs vel dignitatis, etiam ſi Papalis exiſtat, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem, & extirpationem dicti ſchiſmatis, & reformationem generalem Eccleſiæ Dei in capite & in membris.

*Ex Epiſtolâ Vniverſitatis Pariſienſis, oblatâ Carolo ſexto, anno 1394.*

Sed jam iterùm aliud ab æmulis audimus obſtrepi: quis, inquiunt, dabit authoritatem Concilio? in promptu reſponſio eſt, eam dabit conſenſus omnium fidelium, dabit Chriſtus in Evangelio, dicens: Vbicumque duo vel tres in nomine meo congregati ſuper terram, &c. & Domini juſſus ad Moyſem in Deuteronomio: ſi, inquit, difficile & ambiguum apud te judicium eſſe perſpexeris, & videris verba variari, venies ad Sacerdotes Levitici generis; quæreſque ab eis, qui indicabunt tibi judicij veritatem.

*Ex Epiſtolâ Synodali Concilij Baſileenſis.*

Ipſe Spiritus Sanctus aſtabit medius judex & arbiter quid in Eccleſiâ Dei tenendum & agendum ſit. Vel fortè verbum illud: aderit planè Spiritus Sanctus. Ipſe erit dux & Rector Concilij, perfectè illuminaturus corda hominum, ut viam ambulent Charitatis, & pacis. Nobis autem eſt gratiſſimum & ſuaviſſimum, illum nobis judicem & ducem conſtitui, quem nobis Chriſtus dedit, dicens: Cùm autem venerit Spiritus Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre, ipſe vos docebit, & ſuggeret omnia, quæ dixero vobis. An Spiritum Sanctum vos habere judicem indignamini? An potiùs hominem quàm Deum velletis elegiſſemus judicem? Meritò in principio ſermonis noſtri dicere perſuaſimus, ne Spiritum Sanctum contriſtaretis. Blaſphemia eſſet, ſi quis negaret Spiritum Sanctum dictare ſententias, canones & decreta Conciliorum. In Actis Apoſtolorum hoc expreſſum auditis, cùm dixerint Apoſtoli, judicantes non eſſe ſervanda legalia: viſum eſt Spiritui Sancto & nobis. Leo Papa inquit, ſacrorum Patrum Canones Spiritu Dei conditos, & totius mundi reverentiâ comprobatos. Et Iſidorus: & ſi qua ſunt alia Concilia, quæ ſancti Patres Spiritu Dei pleni ſanxerunt. Si ſpiritualis homo judicat omnia ſecundum Apoſtolum, quantò magis ipſe Spiritus Sanctus, per quem homo accipit ut ſit ſpiritualis? quid eſt dicere, aſtabit medius judex & arbiter, niſi quod ipſamet Synodus erit illa, quæ judicabit, & arbitrabitur? non enim aliud judicare & arbitrari poterit, quàm Spiritus Sanctus ſuggeret. Quid iterum aliud eſt dicere, aſtabit judex, niſi quòd judicabitur in Concilio, prout judicatum eſt in Conſtantiâ? nam cùm ſententia illa condemnationis Huſſitarum, à Spiritu Sancto dictata fuerit, & ipſe neſciat ſententiam veritatis, utique cùm idem ſit in omnibus Concilijs, id ipſum hîc veraciter judicabit quod in illo.

*Petrus de Alliaco de auctoritate Eccleſiæ, 2. cap. 3. partis.*

Sed quod alia ſit Theologiæ conformior, patet, quia in Actibus Apoſtolorum, auctoritas diffiniendi attribuitur Concilio, & non ſpecialiter Petro, ubi dicitur. Placuit nobis collectis in unum, &c. Et Beatus Gregorius

15. di. can. Sicut ubi dicit ſe quatuor Concilia, ſicut ſancti Evangelij quatuor libros venerari, ſubdit cauſam, quia univerſali conſenſu conſtituta ſunt : unde videtur ſequi, quod authoritas diffiniendi, maximè in materiâ fidei, pertineat ad Concilium generale: & idem dicunt aliqui, quandò agitur de facto Papæ, quod patet in Concilijs Symachi, ubi dicunt Epiſcopi, Decernimus, & Synodali auctoritate roboramus, ut Synodalis ordinatio urgeat, & in ſuperſcriptionibus Epiſcoporum, dicitur his conſtitutis Synodalibus à nobis probatis atque firmatis, & multa alia hujuſmodi.

Tertiò dico, quod ex præmiſſis ſequitur, quod dicta ſchedula eſt erronea, & in ſe eſt deſtructiva authoritatis Concilij Piſani, & per conſequens Domini noſtri Papæ, & præſentis Concilij, quæ ex illo dependent: patet, quia dicta ſchedula, ponit & approbat, Concilium nullam per ſe auctoritatem habere, niſi ex capite, videlicet Papâ; & per conſequens, non debere ſententiare neque diffinire, tanquam principale, ſed capite Concilio conſentiente. Nam conſtat, quod Concilium Piſanum, non habuit authoritatem ſententiandi & diffiniendi à Papâ, tanquam ex capite, quia authoritate Papæ non fuit congregatum, ſed magis ipſo contrà-dicente, cum ibi duo contendentes fuerint condemnati, quorum alter erat Papa, ſicut communiter tenebat Eccleſia Chriſtiana.

*Gerſonius in ſermone pro viagio Regis Romanorum.*

*Prima lex in viâ pacis.*

Aſſignetur pro primâ parte, quæ eſt de viâ pacis prima lex ſive directio liberans iter noſtrum à primo ſcandalo, quæ data eſt in ſeſſione publicâ quinto Aprilis anni præſentis. Concilium generale poteſtatem à Chriſto immediatè habet, cui cuilibet cujuſcunque ſtatûs vel dignitatis etiam ſi Papalis exiſtat, obedire tenetur in his, quæ pertinent ad fidem & extirpationem ſchiſmatis, ac generalem reformationem Eccleſiæ Dei in capite & in membris. Conſcribenda prorſùs eſſe mihi videretur in eminentioribus locis, vel inſculpenda per omnes Eccleſias ſaluberrima hæc determinatio, lex vel regula tanquam directio fundamentalis & velut infallibilis adverſùs monſtruoſum horrendumque offendiculum, quod hactenùs poſitum erat per multos de Eccleſiâ in itinere mandatorum Dei, determinantes ex teſtibus groſſæ non ad regulam Evangelicam & æternam acceptis, Papam non eſſe ſubjectum generali Concilio, neque judicari poſſe per ipſum. Quod prætereà generale Concilium totum ab Chriſto robur immediatum ſumebat. Nec poterat ſine eo caſu quocumque vel convocari vel ſtabiliri. Quod nemo poterat ei dicere, cur ità facis? quoniam ſolutus erat legibus & ſuprà jus, & ità de plurimis, per quem blanda, fallax & ſubdola adulatio fovebat libidinem dominandi, & tyrannidem Eccleſiæ deſtructricem Papatum ſeu ejus uſum convertebat, ità ut non pateret via reductionis ſeu pacis. Scripſit ſuper hoc errore vel ſcandalo Reuerend. Pater Dominus Cardinalis Cameracenſ. præceptor meus inclytus dudum, & nuper antequam fieret hæc conſtitutio reputans eſſe pernicioſiſſimum ſic aſſerere, ſicut & de multis dictis per quoſdam innitentes ſuis juribus poſitivis annotavit. Nunc ex

quo jam lex poſita eſt nec jam licet dubitare, probationes omittamus. Sola hæc probatio ſufficeret. Si Eccleſiam non audierit, ſic tibi ut ethnicus & publicanus.

*Ioannes Gerſonius de examinatione Doctrinarum Conſiderat. 2.*

Supereſt quoque remedium Concilij generalis, cujus finalis, autoritativa, judicialiſque poteſtas, fundata eſt indeſtructibiliter in illo verbo Chriſti de correctione fraternâ, quod ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus.

*Ex propoſitione ſolemni factâ Biturigibus, præſente Rege, in Concilio Eccleſiæ Gallicanæ, per famoſiſſimum Doctorem Magiſtrum Thomam de Corſellis Doctorem Pariſienſem, & Nuncium Concilij Baſileenſis, anno 1440.*

Et Thomas de Corſellis inter ſacrarum litterarum Doctores inſignis quo nemo plura ex decretis ſacri Concilij dictavit, vir juxtà doctrinam mirabilis & amabilis ſed modeſtâ quâdam verecundiâ ſemper intuens terram & velut latenti ſimilis pro concluſionibus latè & clarè diſſeruit. Æneas Sylvius lib. 1. de Geſtis Concilij Baſileenſis.

Quantùm ad primum, ſatis notum eſt omnibus Chriſtianis, quomodo in ſacro Conſtantienſi Concilio, cùm de reformatione Eccleſiæ in capite & in membris agendum eſſet, fuit ſolemniter definitum & declaratum, quod ſacra generalis Synodus univerſalem Eccleſiam repræſentans, poteſtatem à Chriſto immediatè habet, cui quilibet, cujuſcunque ſtatûs & dignitatis, etiam ſi Papalis, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem, ad extirpationem ſchiſmatis, & ad reformationem Eccleſiæ in capite, & in membris: & quod ſi in prædictis & pertinentibus ad ea contumaciter obedire contempſerit, condignæ pœnæ ſubijciatur, & debitè puniatur, ad alia juris remedia, ſi opus ſit, recurrendo. Nec dubium eſt hanc eſſe declarationem fidei Catholicæ, quæ eſt de auctoritate datâ Eccleſiæ immediatè à Chriſto, qui eſt veritas prima, & primum objectum fidei, à quo dependet univerſa fides noſtra. Vigore autem hujus declarationis fuit poſteà editum capitulum, frequens, etiam poſtquam omnes obedientiæ ibidem advenerant, in quo ſtatutæ ſunt pœnæ in caſu quo ſchiſma inſurgeret, non ſedente Concilio contrà Papam, ſi non congregaret Concilium, infrà annum, aut ſi perſonaliter ad ipſum non veniret, videlicet pœnæ cadendi à jure Papatus & inhabitationis ad omnes dignitates activè & paſſivè: quas pœnas non potuiſſet ſtatuere ipſa Synodus Conſtantienſis in illum qui haberet verum jus in Papatu, niſi ad hoc auctoritatem immediatè à Chriſto habuiſſet, quemadmodum in prædictâ declaratione ponitur. Deinde in 40. ſeſſione ejuſdem Synodi Conſtantienſis (quam impugnantes auctoritatem ſacrorum Conciliorum pro ſe allegare volunt, & tamen contrà eos multum facit) dicetur, quòd ſancta Synodus ſtatuit, & decrevit quòd Papa futurus cum Concilio aut deputatis nationum habeat reformare Eccleſiam in capite & in membris, ſuper certis articulis ibidem deſcriptis, ut de annatis, de collationibus beneficiorum, & alijs pluribus: inter quos articulos ponitur ille, item propter quæ & quomodo Papa poſſit corrigi & deponi. Ex hoc enim apparet primò quod in facto hujus correctionis & depoſitionis Papa ſubijcitur judicio Concilij generalis, quandò Concilium ſtatuit, & decrevit quòd Papa futurus habeat ſic facere. Nam ſi Papa eſſet ſuperior in hoc ipſi Concilio, Concilium non imponeret ei legem ſuper hoc ſtatuendo & decernendo; ſed exhortaretur potiùs, vel ſuplicaret, aut aliquid hujuſmodi: ſi enim

par

par in parem non habet imperium, à fortiori nec inferior in ſuperiorem, In hoc etiam decreto 40. ſeſſionis, non revocabatur in dubium, an Papa poſſet corrigi & deponi, imò illud præſupponebatur: ſed decernebat Concilium, quòd magis particulariter experimerentur caſus per Papam futurum, cum Concilio & deputatis nationum, propter quos Papa haberet corrigi & deponi, & modus per quem hoc fieret, & hoc intelligebatur in ijs quæ ad reformationem pertinent: nam ille articulus ponebatur, inter articulos reformationis faciendæ, ſicut textus illius ſeſſionis clarè oſtendit.

Poſt hæc omnia, Papa Martinus cum toto Concilio dedit litteras ad Prælatos & Inquiſitores, in quibus continentur articuli Ioan. Vuiclef, & Ioan. Hus, inter quos iſte ponitur artic. 41. Non eſt de neceſſitate ſalutis credere, Romanam Eccleſiam eſſe ſupremam inter alias Eccleſias: ſuper quo dicit Papa approbante Concilio, error eſt, ſi per Romanam Eccleſiam intelligat univerſalem Eccleſiam, aut Concilium generale, aut pro quanto negaret primatum Summi Pontificis ſuper alias Eccleſias particulares. Deinde in interrogatorio in ijſdem litteris poſito, ſuper quibus haberent interrogari ſuſpecti de hæreſi Huſſitarum, ponuntur ſequentia. Interrogetur utrum credat, quòd quodlibet Concilium generale etiam Conſtantienſe univerſalem Eccleſiam repræſentet. Ex quibus manifeſtum eſt, quòd per Papam Martinum & Cardinales, qui tunc ibi communiter aderant 23. unà cum toto Concilio fuit approbatum, quod Concilium generale habeat ſupremitatem in Eccleſiam, & quòd univerſalem Eccleſiam repræſentabat. Et quia aliqui volunt dicere quòd declaratio ſuprà poſita, de poteſtate immediatè à Chriſto, &c. non fuit facta per Eccleſiam, eo quòd tunc non erant in Conſtantiâ omnes obedientiæ, ſed ſola obedientia Ioannis 23. patet quòd ex iſtis literis Martini Papæ & totius Concilij apertè confutantur. Nam in prædictis interrogatorijs ponuntur ſequentia. Item interrogetur utrum credat, quòd ſententia lata ſuper condemnatione articulorum Ioan. Hus, & Ioan. Vuiclef per ſacrum, Concilium fuerit ritè & legitimè lata. Et tamen manifeſtum eſt quòd illa ſententia fuit lata antequam eſſent ibi tres obedientiæ. Similiter etiam ponit interrogatorium de declaratione factâ in Concilio Conſtantienſi ſuper communione Dominicæ Euchariſtiæ ſub utrâque ſpecie, quæ fuit facta dum adhuc ibi erat ſola obedientia Ioannis: & ſic apparet ex decurſu litterarum prædictarum, quòd Martinus approbat fuiſſe verum Concilium Conſtantienſe repræſentans univerſalem Eccleſiam, non ſolum pro tempore quo jàm ibi erant tres obedientiæ, ſed etiam pro tempore præcedenti, in quo licet non ibi eſſent actu omnes, tamen omnes erant vocatæ, & poſtquam ibi fuerunt, approbaverunt ibi anteà fuiſſe Concilium, ſicut apparet ex tenore litterarum prædictarum, & ſic auctoritate Apoſtolicâ & univerſalis Eccleſiæ, per Papam, Cardinales, & omnes qui tunc in Concilio Conſtantienſi aderant, confutatur ipſorum poſitio, qui nunc auctoritatem Conciliorum generalium impugnare volunt.

Patet etiam dictum eorum nullam habere apparentiam, quo dicunt prædictam declarationem de auctoritate immediatè datâ à Chriſto, &c. factam

fuiſſe ſolùm pro Concilio Conſtantienſi, & non pro alijs, cùm dicatur in prædictâ declaratione, Si quis, cujuſcumque dignitatis, etiamſi Papalis, ſtatutis, & mandatis hujus ſanctæ Synodi, & cujuſlibet alterius Concilij generalis legitimè congregati, obedire contempſerit, &c. etiam, quæ apparentia moverit ad dicendum, quòd Concilium Conſtantienſe habuiſſet immediatè authoritatem à Chriſto, & alia non; quódque quatuor prima Concilia generalia, quæ tantæ authoritatis fuerunt, non habuerunt immediatè authoritatem à Chriſto, & Concilium Conſtantienſe illam habuerit.

Sed deinde videamus, quomodò in ſacro Baſileenſi Concilio, & per univerſalem Eccleſiam, & expreſsè per Sedem Apoſtolicam hæc authoritatis Conciliorum roborata ſit. Notum eſt quod ſecundâ ſeſſione Concilij Baſileenſis fuit repetita declaratio illa, quæ in Concilio Conſtantienſi facta fuerat, dicente ſanctâ Synodo quòd ipſum in decretis ſuis inſequi volebat, & eandem deinceps in pluribus decretis & Epiſtolis repetijt. Cúmque poſt attentatam prætenſam diſſolutionem Concilij, veniſſent Oratores Summi Pontificis qui pro tempore erat, argumentantes plura contrà Conciliorum authoritatem, fuit eis facta ſolemnis reſponſio, quæ incipit, cogitanti huic ſacræ generali Synodo, ſatis per mundum divulgata, in quâ multipliciter fuit elucidata doctrina illa de authoritate Conciliorum, fuitque reſponſum argumentationibus quæ in oppoſitum adducebantur: & poſt hæc omnia Summus Pontifex qui pro tunc erat, adhæſit Concilio hanc doctrinam notoriè tenenti & promulganti: dixitque ipſum ab initio ſui fuiſſe legitimè continuatum, non obſtante diſſolutione per eum factâ.

*Æneas Sylvius de geſtis Concilij Baſileenſis. lib. 1.*

Vbi verò in Spiritu Sancto congregantur Epiſcopi & Sacerdotes Concilium celebrantes, licet non omnes adſint, quia tamen legitimè vocatio facta eſt, jàm non in Papâ, ſed in Concilio plenitudo poteſtatis conſiſtit, ſtatimque ut incipit Concilium eſſe, incipit Papa ſuperiorem habere.

*Ibid.* Plus etiam ſi licet dico, omnia equidem quæ generale Concilium diffinit, ſub ſimili pœnâ, tenemur credere, idque pulcherrimè videtur Auguſtinus adſtruere, aït enim quod Evangelio non crederet, niſi authoritas Eccleſiæ ſe commoveret, Eccleſiamque pro Concilio nominavit, nec enim Eccleſia utique diffuſa, ſed in Concilio congregata de receptione Evangeliorum ſtatuit. Eoque fit, ut quemadmodum ſtrinxit nos Concilium ad credulitatem illorum, ſic & alia nobis credenda offerre poſſit. Vnde Martinus quintus dùm adhuc Conſtantiæ degeret, ſacro approbante Concilio, litteras ſub plumbeâ bullâ emiſit, quæ articulos enumerat, ſuper quibus interrogari deberent qui in ſuſpicionem hæreſis inciderent, inter quos etiam illum ponit, an credat ſacrum generale Concilium poteſtatem habere immediatè à Deo, ejuſque ordinationes ab omnibus Chriſti fidelibus eſſe recipiendas, quod ſi negaret, hæreticus haberetur.

*Nicolaüs Cuſanus de concordantiâ Catholicâ. Lib. 2. cap. 34.*

Poſt hæc ſecundâ parte, difficultatem majoris Conciliorum univerſæ Eccleſiæ, ſuper omnem particularem auctoritatem ſingularis præſidis aut Sy-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nodi localis, volens indagare, ex hoc fundamento primo intellectum diſcurſivum direxi, hanc apprehendens concluſionem. Si univerſalis Catholica Eccleſia infallibiliter per Chriſti aſſiſtentiam dirigitur, tunc concurrente omnium Chriſtianorum conſenſu, ad quamcumque concluſionem neceſſitatem ſalutis includentem, neceſſariò ſequitur illam Chriſtianam fidelem, & veram. Vniverſale verò Concilium dictans talem concluſionem, conſenſu & legatione omnium fidelium, neceſſariò ex Chriſti aſſiſtentiâ, & Spiritu Sancto inſpirante, verè & infallibiliter dictat eandem. Nulla enim poteſt eſſe veritas ad æternam ſalutem dirigens, niſi per Chriſtum. Vniverſale autem Concilium, ex Præſidibus & L gatis collectum, qui ad ipſam congregationem rei inveſtigabiles, dubio in Provinciâ propriâ non digeſto, dùm ſic in vago confluunt ad conſulendum, conſenſu ſubjectorum non apportato: ad hæc ſi ritè & legitimè convocatum, & omnibus vocatis collectum liberrimè celebratum, & juſtè finitum, cum omnium conſenſu ſententiam in quæſtionibus ſalutem fidelium concernentibus dictaverit, propter propinquam repræſentationem totius Catholicæ Eccleſiæ, & propter omnium fidelium conſenſum, qui per Legatos ac Præſides concurrit, nunquam legimus erraſſe: omnes autem Provinciales Synodos, ac etiam Romanos Pontifices, hoc privilegium non attingit. Et quoniam ob varias præſertim recentiorum Iuriſtarum, ac Theologorum Scripturas, qui Papalem etiam ſuper ipſas Synodicas auctoritates exaltant potentiam, neceſſarium fuit inquirere concordantias Scripturarum, remanente veritate præfatâ: repertas differentias inter univerſale Catholicæ Eccleſiæ, ac univerſale nationis regni, vel Patriarchale, juxtà geſta Conciliorum (quæ quidem geſta, ut 91. diſt. c. 1. Legitur, approbata ſunt) inſerüi, ut quiſque intellectâ differentiâ facilè videat hoc verum ſcilicet, quod univerſale Concilium Catholicæ Eccleſiæ ſupremam habet poteſtatem in omnibus, ſuper ipſum Romanum Pontificem.

*Almaïnus de auctoritate Eccleſiæ. cap. 8.*

Ad ſextum dicitur primò, quod omnes auctoritates quæ regulariter adducũtur, ſunt ipſorum Summorum Pontificum, qui (ut in pluribus fimbrias ſuas nimis extendentes, ſibi attribuerunt quod eſt Eccleſiæ proprium: nihilominùs, ad primam quæ adducitur ex capite ſignificaſti, de electione & electi poteſtate, dicitur quod illud eſt intelligendum de auctoritate relatâ ad hoc, quod Concilia generalia non poſſunt regulariter eſſe legitimè congregata, niſi per vocationem Papæ, de quâ auctoritate habetur 17. diſt per totum. Sed poſtquam Concilia generalia ſunt authoritate Papæ, vel aliter congregata, tùm non habent ſuam auctoritatem à Papa, ſed immediatè à Chriſto, & illi poteſtati ſubjicitur Summus Pontifex, ſicut miniſter domino.

*Almaïnus de poteſtate Eccleſiaſticâ & Laïcâ cap. 15.*

Iſtis ſuppoſitis ſit prima propoſitio, Concilium generale legitimè congregatum, immediatè à Chriſto habet illam poteſtatem coërcitivam in foro exteriori & publico, loquor enim de poteſtate quæ reſpicit forum exterius: nam Concilium generale non habet poteſtatem conſecrandi, neque abſolvendi Sacramentaliter, cùm non ſit Sacerdos, eſt ſolummodò quæſtio de

poteſtate juriſdictionis in foro exteriori, quam auctoritatem habet à Chriſto immediatè, & non à Papâ, ut dicunt Iuriſtæ. Patet propoſitio Matth. 18. Loquebatur Dominus ad Petrum immediatè, Si peccaverit in te frater tuus, &c. Tandem dicit, Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi tanquàm ethnicus & publicanus. Poſteà ſubjunxit in plurali, quæcumque ſolveritis, &c. Ergò Chriſtus dedit authoritatem Eccleſiæ cognoſcendi per hoc, quod dicit dic Eccleſiæ, & ſic, ut benè dicit Gerſon, non dic Eccleſiæ, id eſt, Prælatis Eccleſiæ, quia loquebatur Petro, qui non poteſt eſſe accuſator, teſtis & judex: ideò ibidem capitur Eccleſia pro aggregatione Prælatorum. Dedit ergò poteſtatem Eccleſiæ cognoſcendi, &c. Ergò Concilium generale repræſentat immediatè Eccleſiam univerſalem, quia conſtituitur ex cujuſlibet Eccleſiæ partiali membro, habet poteſtatem cognoſcendi ſuper quemcumque, & cognitione habitâ ſententiandi, & contrà non parentes exercendi pœnam & cenſuras Eccleſiaſticas: & in illâ authoritate fundant ſe Doctores, quod Concilium generale habet immediatè à Chriſto poteſtatem juriſdictionis coërcitivam. Habitum eſt ſuprà, quomodo poteſtas Eccleſiaſtica juriſdictionis, ſaltem quæ reſpicit forum publicum, eſt toti Eccleſiæ à Chriſto immediatè communicata, quod patet, Matth. 18. Si peccaverit in te frater tuus, ſtatim ſubdit dic Eccleſiæ, in quo verbo, eſt data authoritas cognoſcendi de crimine, quia fruſtrà fuiſſet dicere Eccleſiæ, niſi Eccleſia authoritatem haberet, & ſi eſt data Eccleſiæ poteſtas cognoſcendi, & per conſequens puniendi, id eſt, excommunicandi: ergò ex primâ inſtitutione Chriſti, authoritas juriſdictionis eſt Eccleſiæ communicata, & per conſequens Concilio generali Eccleſiam univerſalem repræſentanti, quia conſtituitur ex aliquo membro cujuſlibet Eccleſiæ particularis.

p. 100. En ſecond lieu, il faut remarquer que tout le Concile reconnoiſt encore que le Pontife Romain eſt ſouverain Iuge, auquel il appartient de determiner en dernier reſſort les cauſes majeures; & que les affaires plus importantes de l'Egliſe ſont ſoûmiſes à ſon jugement, duquel il n'y a point d'appel. Sixiéme propoſition de Iacques de Vernant.

p. 279. C'eſt une choſe inoüye dans les Conciles generaux d'examiner les jugemens du Souverain Pontife.

p. 244. Apres cela il faut eſtre aveugle ou malicieux pour nier la ſouveraine authorité que Noſtre Seigneur a donnée à ſaint Pierre, & au Pape ſon ſucceſſeur, pour juger & pour terminer en dernier reſſort les queſtions de la Foy.

p. 428. De ces paroles vous devez apprendre trois veritez, la premiere, &c. la ſeconde, &c. Enfin qu'un Concile general ne peut reſtablir un Eveſque dans ſon ſiege, mais que cette puiſſance appartient ſeulement au Souverain Pontife.

*CENSVRA.*

*Hæ quatuor propoſitiones falſæ ſunt, & quatenùs quædam aſſerunt, & alia innuunt,* in nullo caſu à Summo Pontifice appellari poſſe; *ſacræ Conciliorum authoritati detrahunt, ac germanis Eccleſiæ Gallicanæ Libertatibus ſunt contrariæ.*

CENSVRE.

Ces quatre propoſitions ſont fauſſes, & entant que quelques-unes affirment, & les autres inſinuënt, *qu'on ne peut appeller du Pape en nul cas*, derogent à l'authorité ſacrée des Conciles, & ſont contraires aux veritables libertez de l'Egliſe Gallicane.

---

Ex inſtrumento revocationis Fratris Ioannis Sarraſin Prædicatoris Decreto Facultatis factæ, an. 1429.

*De l'Acte de revocation de Frere Iean Sarraſin, de l'Ordre des Freres Preſcheurs, faite par l'Ordre de la Faculté, l'an 1429.*

*Septima. Aliqua poteſtas ſcilicet poteſtas Eccleſiæ de jure poteſt aliquid & in certis caſibus contrà Summum Pontificem.*

7. Verité. Quelque puiſſance, ſçavoir la puiſſance de l'Egliſe, peut quelque choſe de droit, & en certains cas contre le Pape.

# AVTHORITATE CONCILIORVM, Sanctorum Patrum Eccleſiæ, & veterum Theologorum confirmatur Cenſuræ veritas.

## *Pro ſexta Propoſitione.*

QVæ adducta ſunt ad confirmationem primæ & tertiæ cenſuræ iſtam quoque probant.

*S. Auguſt. lib. 2. de Baptiſmo, cap.* 9. Et univerſum partibus ſemper jure optimo præponitur.

*Idem Epiſt.* 162. Ecce putemus illos Epiſcopos, qui Romæ judicarunt non bonos judices fuiſſe, reſtabat adhuc plenarium univerſæ Eccleſiæ Concilium, ubi etiam cum ipſis judicibus cauſa poſſet agitari, ut ſi malè judicaſſe conuicti eſſent eorum ſententiæ ſolverentur.

*Auguſt. lib. 1. de Baptiſm. cap.* 32.

Verum nos multa oſtendimus etiam ad legem Dei pertinentia eſſe apud eos qui non ſunt in Eccleſiâ, quæ nemo veſtrum audet negare: ſed cur tale aliquid nolitis eſſe & Baptiſmum, omninò non video, nec poſſe demonſtrari confido. Sequimur ſanè nos in hac re etiam canonicarum auctoritatem certiſſimam Scripturarum, neque enim parvi momenti quod inter Epiſcopos anterioris ætatis quàm eſſe inciperet pars Donati, iſta quæſtio fluctuaret, & varias haberet inter ſe collegarum ſalvâ unitate ſententias, hoc per univerſam Catholicam quæ toto orbi diffunditur obſervari placuit quod tenemus, nam & vos profertis Concilium Cypriani, quod aut non eſt factum, aut à cæteris unitatis membris à quibus ille non diviſus eſt, meritò ſuperatum. Neque enim propterea ſumus Epiſcopo Cypriano meliores, ſi tum cenſuit hæreticos denuò baptizari, quia nos hoc rectè non facimus, ſicut nec Petro Apoſtolo meliores ſumus, quia non cogimus gentes Iudaïzare, quod ille feciſſe Paulo Apoſtolo atteſtante & corrigente monſtratur, cum ſimiliter inter Apoſtolos de circumciſione quæſtio, ſicut poſteà de Baptiſmo inter Epiſcopos non paruâ difficultate nutaret.

*Ibid. Cap.* 33.

Proinde quamvis hujus rei certè de ſcripturis Canonicis non proferatur exemplum, earundem tamen ſcripturarum etiam in hac re à nobis tenetur veritas, cùm hoc facimus quod univerſæ jam placuit Eccleſiæ, quam ipſarum ſcripturarum commendat authoritas, ut quoniam ſancta Scriptura fallere non poteſt, quiſquis falli metuit, hujus obſcuritate quæſtionis eamdem Eccleſiam de illâ conſulat, quam ſine ullâ ambiguitate ſancta Scriptura demonſtrat.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Idem Cap. 7. ejuſdem libri.*

Iam enim ne videar humanis argumentis id agere, quoniam quæſtionis hujus obſcuritas prioribus Eccleſiæ temporibus ante ſchiſma Donati magnos viros & magnâ charitate præditos, Patres Epiſcopos ità inter ſe compulit ſalvâ pace diſceptare atque fluctuare, ut diù Conciliorum in ſuis quibuſque regionibus diverſa ſtatuta nutaverint, donec plenario totius orbis Concilio quod ſaluberrimè ſentiebatur, etiam remotis dubitationibus firmaretur.

*Idem Auguſt. ibid. Cap. 18.*

De Baptiſmi ergò quæſtione jam quantùm arbitror, ſatis diſſerui, & quia hoc manifeſtiſſimum ſchiſma eſt quod Donaſtitarum nomine nuncupatur, reſtat ut hoc de Baptiſmo piè credamus, quod univerſa Eccleſia à ſacrilegio ſchiſmatis remota cuſtodit. In quâ tamen ſi aliud alij, & aliud alij adhuc de iſtâ quæſtione ſalvâ pace ſentirent, donec univerſali Concilio unum aliquid eliquatum ſincerumque placuiſſet, humanæ infirmitatis errorem cooperiret charitas unitatis, ſicut ſcriptum eſt, quia charitas cooperit multitudinem peccatorum. Quâ enim abſente cætera inaniter habentur, eâdem præſente quædam venialiter non habentur. Extant Beati Martyris Cypriani in ejus literis magna documenta, ut ad illum jam veniam, de cujus ſibi authoritate, iſti carnaliter blandiuntur, cum ejus charitate ſpiritaliter perimantur. Nam illis temporibus antequam plenarij Concilij ſententia quid in hac re ſentiendum eſſet, totius Eccleſiæ conſenſio confirmaſſet, viſum eſt ei cum fermè octoginta Coëpiſcopis ſuis Africanarum Eccleſiarum, omnem hominem qui extrà Eccleſiæ Catholicæ communionem baptizatus fuiſſet, oporteret ad Eccleſiam venientem denuò baptizari.

*Ex Auguſt. de Bapt. lib. 2. cap. 4.*

Quapropter ſanctus Cyprianus, tantò excellentior, quantò humilior, qui documentum Petri ſic amavit, ut diceret, documentum ſcilicet nobis & concordiæ & patientiæ tribuens, ut non pertinaciter noſtra amemus, ſed quæ aliquandò à fratribus & collegis noſtris utiliter & ſalubriter ſuggeruntur, ſi ſint vera & legitima, ipſa potius noſtra ducamus: ſatis oſtendit facillimè ſe correcturum fuiſſe ſententiam ſuam, ſi quis ei demonſtraret baptiſmum Chriſti ſic dari poſſe ab eis qui foras exierunt, quemadmodum admitti non potuit cum foras exirent, unde multa jam diximus, nec nos ipſi tale aliquid auderemus aſſerere, niſi univerſæ Eccleſiæ concordiſſimâ authoritate firmati, cui & ipſe ſine dubio cederet, ſi jam illo tempore quæſtionis hujus veritas eliquata & declarata per plenarium Concilium ſolidaretur.

*Auguſt. lib. 2. de Baptiſmo cap. 7.*

Nondum enim erat diligenter illa Baptiſmi quæſtio pertractata, ſed tamen ſaluberrimam conſuetudinem tenebat Eccleſia, in ipſis quoque ſchiſmaticis & hæreticis corrigere quod pravum eſt, non iterare quod datum eſt, ſanare quod vulneratum eſt, non curare quod ſanum eſt. Quam conſuetudinem credo ex Apoſtolicâ traditione venientem, ſicut multa non inveniuntur in litteris eorum, neque in Concilijs poſteriorum: & tamen quia per

univerſam cuſtodiuntur Eccleſiam, non niſi ab ipſis tradita & commendata creduntur. Hanc ergò ſaluberrimam conſuetudinem per Agrippinum prædeceſſorem ſuum dicit Sanctus Cyprianus quaſi cæpiſſe corrigi: Sed ſicut diligentius inquiſita veritas docuit, quæ poſt magnos dubitationis fluctus ad plenarij Concilij confirmationem perducta eſt, verius creditur per Agrippinum corrumpi cœpiſſe non corrigi.

*Hieronymus Epiſtolâ LXXXV.*

Si authoritas quæritur, orbis major eſt urbe.

*Leo Papa Epiſtolâ 33. ad Theodoſium Auguſtum.*

Vt autem ſalubribus curis velocior pleniorque, auxiliante Domino, per Veſtræ Clementiæ fidem præſtetur effectus, ad Pietatem Veſtram Fratres & Coëpiſcopos noſtros Abundium & Aſterium, ſed & Baſilium, & Senatorem Preſbyteros, quorum mihi devotio eſt probata, direxi, per quos quæ noſtræ forma ſit fidei, manifeſtatis inſtructionibus (quas miſimus) poſſitis dignanter agnoſcere: ut ſi Conſtantinopolitanus Antiſtes in eandem confeſſionem toto corde conſentit, ſecuri (ut dignum eſt) de Eccleſiaſticâ pace lætemur, neque aliquid reſidere videatur ambiguum, ut de ſuperfluis forſitàn ſuſpicionibus laboremus. Sin verò aliqui à puritate noſtræ fidei atque Patrum authoritate diſſentiant, Concilium univerſale intrà Italiam, ſicut Synodus, quæ ob hanc cauſam Romæ convenerat, mecum petit, Clementia Veſtra: ut in unum convenientibus omnibus his, qui aut ignorantiâ aut terrore prolapſi ſunt, correctionis remedijs conſulatur, nec cuiquam ultrà ſit liberum, ità Nicænæ Synodi facere mentionem, ut ejus inveniatur eſſe fidei contrarius, quoniam & univerſa Eccleſia, & veſtro hoc Imperio profuturum eſt, ſi unus Deus, una fides, & unum Sacramentum ſalutis humanæ, unâ totius mundi Confeſſione teneatur.

*D. Leo Papa Epiſt. LV. ad pulcherrimam Auguſtam.*

In omnibus Eccleſiaſticis his Legibus obſequentes, quas ad pacificationem omnium Sacerdotes, per trecentos decem & octo Antiſtites Spiritus Sanctus inſtituit: ità ut etiam ſi multò plures alij, quàm illi ſtatuere decernerent, in nullâ reverentiâ ſit habendum, quicquid fuerit à prædictorum conſtitutione diverſum.

*Quinta Synodus Conſtantinopolitana, collation. ſextâ.*

Oſtenditur igitur Ibas etiam inde, quod non ſolum abnegavit, ſed etiam anathematizauit Epiſtolam contrariam per omnia conſtitutam expoſitæ definitioni à ſancto Chalcedonenſi Concilio, ſicut & Veſtra Beatitudo per inquiſitionem inveniet.

Sancta Synodus dixit: ſcimus & nos hæc ità ſubſecuta eſſe: tamen cautius æſtimantes talia judicare eſt his, quæ in antecedentibus ſanctis Synodis diſpoſita ſunt, & ſcientes quod in Epheſinâ primâ ſanctâ Synodo de Epiſtolis S. Cyrilli, & in ipſo Chalcedonenſi Concilio, de Epiſtolâ ſanctæ memoriæ Papæ Leonis quædam mota ſunt, neceſſarium eſſe putavimus, ex his quæ in prædictis ſanctis Synodis geſta ſunt, particulas quæ hæc continent, manifeſtari, ut pro ampliore ſubtilitate & inde inſtructam ſic propoſitorum diſcepta-

diſceptationem faciamus. Et cùm ſuſcepiſſet, Calonymus Reverendiſſimus Diaconus & Notarius, recitavit.

*S. Gregorius lib. 4. Epiſt. 82. ad Ioannem Patriarcham Conſtantinop.*

Et nos quidem, in quos talis tantaque per auſum nefarium culpa committitur, ſervamus quod veritas præcepit dicens: ſi peccaverit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum: ſi te audierit lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum aut duos, ut in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum: quòd ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ: ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Ego itaque per reſponſales meos ſemel & bis verbis humilibus hoc quod in totâ Eccleſiâ peccatur corripere ſtudui, nunc per me ſcribo. Quidquid facere humiliter debui, non omiſi, ſed quia in meâ correptione deſpicior, reſtat ut Eccleſiam debeam adhibere.

*Ex collatione qua habita eſt de Symbolo fidei in ſecretario B. Petri Apoſtoli inter D. Leonem ſanctiſſimum & Coëvangelicum Papam urbis Romæ, & Bernarium atque Ieſſe Epiſcopos ſeu Adelhardum Abbatem miſſos Divi Caroli Imperatoris per indictionem ſecundam.*

Missi. Si ergò ità eſt, imò quia ità eſt, quod non credere non licet, & non tacendo docere licet: cur non licet cantare, vel cantando docere? Papa. Licet, inquam, licet docendo cantare, & cantando docere. Sed illicitè in prohibitis, nec ſcribendo, nec cantando licet inſerere. Missi. Quia ergò utriſque notum eſt, quòd ideò à vobis, ut id Symbolum cantando, vel ſcribendo inſeratur, illicitum ducatur, vel dicatur: quia illi qui idem Symbolum condiderunt, non indiderunt, ut cæteræ ſequentes principales Synodi, Chalcedonenſis ſcilicet quarta, Conſtantinopolitana quoque quinta, & ſexta; & novum ultrà ſymbolum à quoquam quâlibet neceſſitate, ſeu ſalvandi homines devotione condere, & in veteribus tollendo, addendo, mutandove quicquam inſerere prohibuerunt, non eſt ibi diutiùs immorandum. Sed hoc quæro, hoc ut dicatur rogo: quia id credere bonum eſt, bonum hodie ſicut ad credendum, ità ad cantandum eſſe, ſi tunc ab eis inſertum fuiſſet. Papa. Bonum certè, & valdè bonum, utpote tàm fidei Sacramentum magnum, quod non licet non credere, quiſquis ad hoc valet pertingere. Missi. Nunquid non benè idem tùm authores feciſſent, ſi quatuor tantùm addendo ſyllabas, tàm per neceſſarium fidei Sacramentum cunctis deinceps ſæculis perſpicuum redderetur? Papa. Sicut non audeo dicere, non benè feciſſe, ſi feciſſent, quia procul dubio ſicut cætera quæ vel omiſerunt ſcientes utique & non tàm humana quàm divina illuminati ſapient affecerunt: ità quoque non audeo dicere, iſtud eos nobis minus intellexiſſe, perpendiſſe, cur dimiſerunt, vel cur dimiſſum, ne ultrà mitteretur, ſicut & cætera prohibuêre. Tu & tui videte quid ſentiatis de vobis. Nam ut ego me illis non dico præferam, ſed etiam illud abſit mihi, ut coæquare præſumam.

*Hincmarus in tract. 55. Capitul. cap. 25.*

Tu hâc diſcretione, ut præmiſi ex verbis B. Gelaſij, ſuſcipe ad inſtructionem illas Epiſtolas, quas Beatiſſimi Papæ diverſis temporibus ab urbe Ro-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mâ pro diverſorum Patrum conſolatione dederunt, legendas venerabiliter, & ſerva ſacra Concilia, quæ Sedes Apoſtolica & omnis ſequitur Eccleſia, inviolabiliter. Et ut Dominus ex lege confirmat in Evangelio, in ore duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbum, quia mihi non pigrum, tibi autem eſt neceſſarium, repetam tibi quod de ſacris Concilijs ad Ianuarium dicit B. Auguſtinus, omnia itaque talia, quæ neque ſacrarum Scripturarum authoritatibus continentur, nec in Concilijs Epiſcoporum ſtatuta inveniuntur, nec conſuetudine univerſalis Eccleſiæ roborata ſunt, ſed diverſorum locorum diverſis motibus innumerabiliter variantur, ità ut vix aut omninò nunquam inveniri cauſæ poſſint, quas in eis conſtituendis homines ſecuti ſint, ubi facultas tribuitur, ſine ullâ dubitatione reſecanda exiſtimo.

Quæ verba B. Auguſtini quomodo placeant tibi, tu videris, exiguitati autem meæ tutiùs & ſalubriùs videtur cum illo ſacra ſequi Concilia, & omnibus qui me audire voluerint inculcare, non ſequi relictis ſacris Concilijs illa quæ ipſe exiſtimat reſecanda, quàm illa quæ tu reſecata & diſſecata proponis ſectanda, quoniam ſibi ipſis diverſa, oſtendunt ſe eſſe non poſſe omnibus & in omnibus ſervanda atque ſequenda.

*Otto Friſingenſis de rebus geſtis Frider. I. Imp. lib. 1. cap. 54.*

Dùm ità per aliquot dies, jàm ſæpè dictus Epiſcopus coràm Summo Pontifice de fide ſuâ in civitate Parrhiſius diſcuteretur, ſentiens Papa, utpote vir cautus, & religioſus, cauſæ difficultatem, protelandam eam uſque ad univerſale Concilium adjudicavit. Erat enim in proximâ medianæ quadrageſimæ Dominicâ, apud illius Galliæ metropolim Remis generale indictum Concilium, tàm ex eo quod prætaxatus Papa perſecutionem populi ſui declinando, in Gallijs morabatur, quàm ob hoc quòd quidam penè Laïcus hæretici honorem in vaccis populorum affectans, examini Eccleſiæ reſervandus in vinculis tenebatur.

*Innocentius* 3. *Epiſtol.* 104. *lib.* 3.

Sed in carnali commercio inter te, ac Reginam conjugem tuam adeò eſt proceſſum; quòd ſi etiam illi tantùm Confeſſioni vellemus inſiſtere, quam nuper eadem Regina feciſſe proponitur coràm prædicto Abbate de Trapâ, & dilecto filio Magiſtro Roberto de Corzon, nunc titulo ſancti Stephani in Celio Monte Preſbytero Card. non auderemus ſuper hujuſmodi caſu, de noſtro ſenſu pro te aliquid diffinire. Propter illam ſententiam Evangelicam, quam ipſe Chiſtus expreſſit, ut quod Deus conjunxit, homo non ſeparet: Cùm abſque dubio, nec Sanctorum exempla, nec Patrum decreta, intentioni tuæ in hoc articulo ſuffragentur. Verùm ſi ſuper hoc abſque generali deliberatione Concilij determinare aliquid tentaremus, præter divinam offenſam, & mundanam infamiam, quam ex eo poſſemus incurrere, forſàn ordinis, & officij nobis periculum immineret: cùm contrà præmiſſam veritatis ſententiam, noſtra non poſſit authoritas diſpenſare.

*Inſtrumentum appellationis Philippi Pulchri, anno* 1303.

Nos Philippus Dei gratiâ Franciæ Rex, auditis & intellectis propoſitis & objectis per vos G. de Pleſſiano militem, & anteà per dilectum & fidelem

militem noſtrum G. de Nogareto, contrà Bonifacium, nunc Romanæ Eccleſiæ regimini præſidentem.

Veſtris in hâc parte requiſitionibus, pro divini reverentiâ nominis, ſalvis in omnibus ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, honore & reverentiâ debitis, aſſentimus, ac convocationi & congregationi dicti Concilij, ut ſuper præmiſſis veritas eluceſcat, & omnis error abſcedat, univerſalis Eccleſiæ, & totius Chriſtianitatis ſtatui, ac fidei, & terræ ſanctæ negotio conſulatur, ac ſcandalis, & periculis ingruentibus occurratur, parati ſumus, quódque libenter offerimus, quantùm ad nos attinet, opem dare & operam efficacem: Voſque Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Prælatos alios hîc præſentes, tanquàm Eccleſiæ filios, & columnas fidei, ad exaltationem, augmentum & conſervationem ipſius fidei à Domino in partem ſollicitudinis evocatos, inſtantes requirimus, & obſecramus per viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti, quatenùs hujuſmodi convocationi, & congregationi Concilij, in quo perſonaliter intendimus intereſſe, totis, ut conderet, ſtudijs intendatis, ac vijs, & modis congruis efficaciter laboretis. Ne autem dictus Bonifacius, qui animosè & injuriosè contrà Nos pluries fuit procedere comminatus, impedire ſatagens, ne ſua, ſi qua ſint, in lucem veniant opera tenebrarum, hujuſmodi convocationi, & congregationi Concilij, directè, vel indirectè, impedimenta præſtando, vel aliter quovis modo, ſtatus veſter in eo integer exiſtat, contrà nos, ſtatum noſtrum, Eccleſias, Prælatos, Barones, & alios fideles, Vaſſalos, & ſubditos noſtros, terras noſtras vel ipſorum, regnum noſtrum, & ipſius regni ſtatum, in aliquo ſpirituali gladio abutendo, de facto procedat, excommunicando, interdicendo, ſuſpendendo, vel alio quoquo modo, pro nobis, & nobis adhærentibus, & adhærere volentibus, ad prædictum generale Concilium, quod inſtanter convocari petimus, & ad verum legitimum futurum Summum Pontificem, vel alios, ad quem, vel ad quos fuerit appellandum, provocamus, & appellamus in ſcriptis, non recedendo ab appellatione per dictum G. de Nogareto interpoſitâ, cui ex tunc adhæſimus, ac etiam adhæremus, Apoſtolos teſtimoniales à vobis Prælatis, & Notarijs, cum inſtantiâ poſtulantes, ac expreſsè proteſtantes de innovando provocationem, & appellationem hujuſmodi, ubi, quandò, & coràm quibus, nobis viſum fuerit expedire.

Infrà ſcripti verò Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, & Priores, præmiſſis ſic factis & habitis reſponderunt, provocaverunt, appellaverunt, ſuppoſuerunt, & proteſtati fuerunt, ac reſponſiones, provocationes, appellationes, ſuppoſitiones, ac proteſtationes fecerunt, prout in ſchedulâ quâdam, ibidem publicè ac ſeriosè perlectâ, pleniùs continetur: cujus tenor ſequitur in hæc verba.

Nos Nicoſienſis, Remenſis, Senonenſis, Narbonenſis, & Turonenſis, Archiepiſcopi; Laudunenſis, Belvacenſis, Cathalaunenſis, Antiſſiodorenſis, Meldenſis, Nivernenſis, Carnotenſis, Aurelianenſis, Ambianenſis, Morinenſis, Silvanectenſis, Andegavenſis, Abrincenſis, Conſtantienſis, Ebroïcenſis, Lexovienſis, Sagienſis, Claromontenſis, Lemovi-

cenſis, Anicenſis, Matiſconenſis, Epiſcopi; Cluniacenſis, Præmonſtratenſis, Majoris Monaſterij, Ciſtercienſis, Sancti Dionyſij in Franciâ, Compendienſis, Sancti Victoris, Sanctæ Genovefæ Pariſius, Sancti Martini Laudunenſis, Figiacenſis, & Belli Loci in Lemovicinio, Abbates; Frater Hugo Viſitator domorum Ordinis militiæ Templi, ac Sancti Ioannis Ieroſolymit. in Franciâ, & Sancti Martini de Campis Pariſienſis, Priores: auditis, quæ per vos, domini Comites, & Guillelmi prædicti, heri & hodie dicta, propoſita, & objecta fuerunt contrà Dominum Bonifacium Papam VIII. hujuſmodi dictis, propoſitis, aſſertionibus, & juramentis veſtris, requiſitionibus, & alijs legitimis cauſis inducti, & quadamquaſi neceſſitate compulſi, attendentes, quòd in præmiſſis negotium fidei, quod eſt Chriſti, nos qui ad ipſius defenſionem, & exaltationem fidei, & animarum regimen ſumus, licet immeriti, in partem ſollicitudinis evocati, cupientes obviare periculis, quæ imminent, expreſſis convocationem, & congregationem dicti Concilij, præmiſſis, & alijs cauſis, utilem & omninò neceſſariam reputantes, ut ipſius Domini Bonifacij innocentia clareat, ſicut teſte conſcientiâ exoptamus, aut de impoſitis ſibi per Concilium diſcutiatur, ſtatuatur, & fiat quod decernunt Canonicæ ſanctiones, vobis Domine Rex, & vobis Domini Comites, & G. reſpondemus, quòd ſalvis in omnibus ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ honore & reverentiâ debitis, veſtris in hâc parte requiſitionibus, ſuper ipſius convocatione Concilij, aſſentimus, & parati ſumus convocationi, & congregationi dicti Concilij, juxtà Sanctorum Patrum inſtituta, & canonicas, & legitimas ſanctiones, opem dare & operam efficacem, non intendentes quoquo modo partem in hoc negotio facere, ſeu quibuſcumque partem facientibus adhærere. Verùm, ne dictus Dominus Bonifacius, motus ſeu provocatus ex ijs, proüt timemus ex veriſimilibus conjecturis, & comminationibus multis de procedendo contrà nos, ab eo factis, contrà nos, Eccleſias, parochos, & ſubditos noſtros, quoquo modo procedat, aut procedi faciat, ſuâ, aut aliâ auctoritate quâcumque excommunicando, ſuſpendendo, interdicendo, deponendo, privando, vel alio quovis modo, quocumque colore quæſito, in impedimentum, vel perturbationem dicti Concilij, & quin in eodem Concilio conſedere, cònjudicare, & omnia alia facere, quæ ad officium Prælati pertinent, facere valeamus, noſtrique, adhærentium nobis, & adhærere volentium ſtatus, in omnibus ſalvi debeant remanere, pro nobis, Eccleſijs, parochis, & ſubditis noſtris, ac pro nobis adhærentibus, ſeu adhærere volentibus in hâc parte, ad prædictum Concilium congregandum, & ad futurum verum & legitimum Summum Pontificem, & ad illum, vel illos, ad quem, vel quos de jure fuerit appellandum, provocamus & appellamus in ſcripto, & Apoſtolos cum inſtantiâ petimus; ſupponentes nos, Eccleſias, Parochos, ſubditos, & amicos noſtros, & adhærentes, noſtrorum, & ipſorum ſtatum, & jura, noſtraque & eorum bona, protectioni divinæ Concilij prædicti, ac futuri veri & legitimi Summi Pontificis, ac proteſtantes de innovando appellationem hujuſmodi, ubi quandò, & coràm quibus, nobis viſum fuerit expedire.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Inſtrumentum appellationis ad Concilium Epiſcoporum regni Franciæ, anno* 1303.

Promittimus, quòd ſi dictus Dominus Papa procedat quocumque quæſito colore, occaſione præmiſſarum appellationum, adhæſionum, & quorumcumque aliorum convocationem dicti Concilij, tangentium, excommunicando, interdicendo, ſuſpendendo, deponendo, abſolvendo à juramento fidelitatis, homagij, vel alterius cujuſcumque obligationis, vel alias quoquo modo procedendo contrà Regem, prædictos K. L. & Comites, aut magnificum virum R. Ducem Burgundiæ, qui appellationi prædictæ dicitur adhærere, & alios adhærentes, & adhærere volentes, qui ſe nobis ſub formâ quâ ſe Dominus Rex, & alij prænominati nobis obligarunt, & obligant, obligarunt: nos dicto Domino Regi & Baronibus, ac ſibi aſſiſtentibus, aſſiſtemus, & ſecundùm Deum pro viribus defendemus, nec nos ſeparabimus ab eiſdem, nec abſolutionibus à juramentis fidelitatis, vel alijs quibuſcumque relaxationibus, indultis, & indulgendis, impetratis vel impetrandis, vel ultrò oblatis, vel offerendis, ſeu concedendis utemur; imò ſemper eidem Domino Regi, Baronibus, & adhærentibus adhærebimus.

*Appellatio Vniverſitatis à Bullis Bonifacij 8. ad Concilium, anno 1303.*

Quódque idem Dominus Rex, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Priores, & aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ ſupradictæ auditis, & intellectis pleniùs propoſitis, & ſignificatis, & requiſitionibus ſuprà dictis, conſiderantes quod in hoc caſu negotium agitur fidei, quod eſt Dei, & quod ad defenſionem, conſervationem, & exaltationem ipſius fidei ipſe Dominus Rex collatam ſibi recepit à Domino poteſtatem, ijdemque Prælati ſunt in partem ſollicitudinis evocati, ſuper præmiſſis per dies multos diſcuſſione, ac deliberatione præhabitâ diligenti, ex præmiſſis & alijs legitimis cauſis moti, convocationem, & congregationem dicti Concilij generalis, utilem, & omninò neceſſariam reputantes hujuſmodi convocationi & congregationi conſenſerant, ac reſponderant quòd convocationi & congregationi prædictis opem, & operam darent efficaciter ut deberent: & ne dictus Dominus Bonifacius motus, ſeu provocatus ex ijs, prout timebant ex veroſimilibus conjecturis, & comminationibus multis, contrà eos, Eccleſias, Parochianos, & ſubditos ſuos quoquo modo procedat, aut procedi faciat ſuâ, vel aliâ auctoritate quâcunque, excommunicando, ſuſpendendo, interdicendo, deponendo, privando, aut aliàs quovis modo in impedimentum, & perturbationem Concilij congregandi, & quin conſedere, & conjudicare, & alia quæ ad officium Prælati pertinent facere in eodem Concilio poſſent, ſalvique eorum, & ſibi adhærentium ſtatus manere deberent, pro ſe, Eccleſijs, Parochianis, & ſubditis ſuis, & pro ſibi adhærentibus, ſeu adhærere volentibus in hac parte, ad prædictum Concilium congregandum, & ad futurum verum & legitimum Summum Pontificem, & ad illum, vel ad illos, ad quem vel ad quos de jure fuerit appellandum, provocarunt, & appellarunt in ſcriptis, & Apoſtolos teſtimoniales cum inſtantiâ petierunt ſupponentes ſe, Eccleſias, Parochianos, & ſubditos, ac ſibi adhærentes, ipſorum ſtatus, jura, & bona protectioni divinæ, prædicti Concilij, ac futuri veri & legitimi Summi Ponti-

ficis, ac proteſtantes de innovando appellationem hujuſmodi ubi, quandò, & coràm quibus eis viſum fuerit expedire. Quare pro parte præfati Domini Regis petebatur à nobis, ut convocationi & congregationi dicti Concilij generalis aſſentire, ac quantùm in nobis eſt opem dare, & operam curaremus. Nos autem præmiſſis conſiderationibus, & cauſis inducti convocationem, & congregationem ipſius Concilij reputantes utilem, neceſſariam & ſalubrem, ac expedientem fidei negotio, & Eccleſiæ ſanctæ Dei, eidem convocationi, & congregationi Concilij aſſentimus, ac opem & operam libenter dabimus juxtà poſſe, & provocationi, & appellationi præfati Domini Regis adhæremus, quantùm de jure poſſumus, & debemus ſecundùm Deum & juſtitiam, & ſanctæ permittunt canonicæ ſanctiones, ſupponentes nos, ac nobis adhærentes, & adhærere volentes, ſtatum noſtrum, & Univerſitatem noſtram protectioni divinæ, & prædicti Concilij generalis, ac futuri veri & legitimi Summi Pontificis.

Hæc inſtrumenta habentur in libro cui titulus eſt: *Hiſtoire du differend d'entre le Pape Boniface 8. & Philippe le Bel Roy de France, au fol.* 155. refertur appellatio nomine Univerſitatis Tholoſanæ quæ iiſdem verbis exponitur ac Pariſienſis.

*Petrus de Alliaco de Eccleſia authoritate, parte 3. cap. 4.*

Octavò, ex omnibus præmiſſis concluditur, quod tàm de jure humano quàm divino concedendum eſt, Papam poſſe ab univerſali Eccleſiâ, vel à generali Concilio eam repræſentante, in multis caſibus judicari, & condemnari, & ab eo ad Concilium, in multis caſibus poſſe appellari, videlicet in caſibus Eccleſiæ deſtructionem tangentibus, & hoc univerſaliter ex præmiſſis probatur, & ratione, quia aliter ſequeretur, ipſum Chriſtum, verum & ſupremum caput Eccleſiæ, & inſtitutorem ejus ſapientiſſimum, eam non perfectè & ſufficienter ordinaſſe, quod eſt hæreticum, & contrà illud Deuteronomij 32. Dei opera ſunt perfecta.

*Gerſonius de Poteſtate Eccleſiaſticâ, Conſid. 4.*

Concluditur autem ex præmiſſis, quod ſi poteſtas prædicta ſit Eccleſiæ data, Concilium generale repræſentans Eccleſiam, habet illam; imò, videtur quod Eccleſia, ut ſparſim conſiderata, non habet illam poteſtatem, niſi in quodam materiali ſeu potentiali, ſed congregatio ſua & unitio, quæ fit in Concilio generali, dat ei formam, ſicut in alijs communitatibus exemplum dari poteſt. Et fundatur prædicta poteſtas Eccleſiaſtica juriſdictionis, in unitate, vel unioni tali, quemadmodum notaſſe videtur elevatus Auguſtinus, quod claves Eccleſiæ datæ ſunt unitati. Veruntamen hoc non impedit, quin datæ ſint Petro, tanquàm Monarchæ, legitimiſque ſucceſſoribus ſuis, principaliùs tamen Eccleſiæ. Primò, ratione indeviabilitatis, quia portæ inferi non prævalebunt adverſus eam, non deficiet fides ejus, non ſic de Papâ: ſecundò, ratione regulabilitatis, quoniam habet regularem uſum poteſtatis Papalis, non ſic è converſo: tertiò, ratione multiplicitatis, quoniam Eccleſia continet poteſtatem quamlibet Eccleſiaſticam, etiam Papalem, non ſic Papa, præſertim in extenſione: quartò, ratione obligabilitatis, quia Eccleſia poteſt condere leges obligantes, & regulantes etiam ipſum Papam, tàm quoad perſonam, quàm reſpectu uſus poteſtatis. Non ſic èconträ poteſt Papa judicare totam Eccleſiam, vel uſum ſuæ poteſtatis limitare, imò ſi Papa condat leges & canones, videtur obſervan-

dum illud quod ſententialiter dicit Auguſtinus: leges inſtituuntur cùm promulgantur. Firmantur autem cùm moribus utentium approbantur. Hoc enim dicitur ad reprimendum præſumptionem quorumdam Summorum Pontificum vel eis adulantium, qui videntur voluiſſe debere ſervari pro regulâ immutabili de Papæ reſpectu cujuſlibet provinciæ vel totius Eccleſiæ.

*Gerſonius de Poteſtate Eccleſiaſt. Conſid. decimâ.*

Benedictus autem Deus, qui per hoc ſacroſanctum Conſtantien. Concilium illuſtratum divinæ legis lumine dante ad hoc ipſum vexatione præſentis ſchiſmatis intellectum, liberavit Eccleſiam ſuam ab hâc peſtiferâ perniciosiſſimâque doctrinâ, quâ ſemper manente perſeveraſſet ſemper ſchiſma nutritum ab eâ, Declaratum nempe decretumque eſt, quòd & ſine Papâ generale Concilium convocari, & à Concilio Papa judicari certis caſibus poteſt. Quod inſuper habet authoritatem generale Concilium præſcribere leges ſeu regulas ſecundùm quas plenitudo poteſtatis Papalis non quidem in ſe quæ ſemper eadem eſt, ſed in uſu ſuo moderanda, regulandaque eſt. Neque putandum eſt inſuper Concilia generalia ſic excepiſſe Papalem auctoritatem in conſtitutionibus ſuis, ut eidem permitteretur effrenis libertas, ea deſtruendi leviſſimè, quæ tantâ gravitate, & digeſtâ ſapientum maturitate condita ſunt.

*Gerſonius de Poteſtate Eccleſiaſticâ, Conſid.* 11.

Poteſtas Eccleſiaſtica in ſuâ plenitudine, eſt in Eccleſiâ ſicut in fine, & ſicut in regulante applicationem, & uſum hujuſmodi plenitudinis Eccleſiaſticæ poteſtatis, per ſeipſam, vel per generale Concilium, ipſam ſufficienter & legitimè repræſentans. Conſtat utique datam fuiſſe Petro plenitudinem Eccleſiaſticæ poteſtatis à Chriſto, ad ædificationem Eccleſiæ ſuæ, ſicut conformiter ad Apoſtolum ponit deſcriptio. Proptereà loquitur Auguſtinus cum alijs quibuſdam, quòd claves datæ ſunt non uni, ſed unitati; & quod datæ ſunt Eccleſiæ, & hoc convenienter poteſt intelligi, modis quos explicat conſideratio, quoniam claves datæ ſunt propter Eccleſiam & unitatem ejus tanquàm propter finem. Poteſt etiam dici in Eccleſiâ, vel in Concilio, hæc plenitudo Eccleſiaſticæ poteſtatis, nedùm in ſe finaliter, ſed alijs duobus modis, videlicet quoad applicationem ad hanc vel illam perſonam, & quoad uſum regulandum, ſi fortaſſis in abuſum verti quereretur. Conſtat his tribus modis plenitudinem Eccleſiaſticæ poteſtatis eſſe in Eccleſiâ, & in generali Concilio, tanquàm in gerente vices ejus. Et quidem de duplici modo primo & ſecundo, non eſt difficultas: ſimiliter nec de tertio, ſi conſideremus deſcriptionem plenitudinis Eccleſiaſticæ poteſtatis, ubi ponitur quod data eſt ad ædificationem Eccleſiæ. Cùm igitur Summus Pontifex habens eam ſubjectivè, ſit peccabilis, & poſſit hanc poteſtatem in deſtructionem velle convertere: ſimiliter ſacrum Collegium quod ei datum eſt, & coaſſiſtit quaſi Communitas Ariſtocratica, non eſt in gratiâ vel fide confirmatum; ſupereſt, ut aliqua ſit relicta inobliquabilis & indeviabilis regula ab optimo Legiſlatore Chriſto, ſecundùm quam, poſſit abuſus hujus poteſtatis reprimi, dirigi, atque moderari. Hæc autem regula eſt vel Eccleſia, vel generale Concilium.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Gerſonius in ſermone pro viagio Regis Romanorum. Prima directio ſalutaris in viâ morum & virtutis.*

Concilium generale ſic eſt ſuprà Papam & alium quemlibet de Eccleſiâ, quod ipſum Papam poteſt deponere pro quocumque crimine, de quo notoriè & incorrigibiliter ſcandalizatur Eccleſia. Hoc eſt practicatum dudum de Papâ Ioanne 12. & nunc de Ioan. 23. in cujus dejectione non inſeritur quod fuerit hæreticus, vel à fide devius. Et ſi ità actum eſt de Cedro Libani, quare non timebit humilis herba deſerti? accuſatus tamen inter cætera fuit & convictus quod fuerat notoriè ſimoniacus. Ex quo confunditur illa quorumdam temeritas, qui Papam in collatione beneficiorum non poſſe committere ſimoniam, vel diſputabant, vel definiebant.

*Gerſonius conſideratione 3. ſuper ſtatu Summi Pontificis.*

Status Papalis non eximit Papam à legibus purè divinis, quæ vel in Evangelijs, vel generalibus Concilijs poſitæ ſunt. Et ex hoc conſequenter patet quod Papa ſubjicitur legi illi de correctione fraternâ, ſi peccaverit in te frater tuus, &c. ſic quod poteſt fraternaliter corripi dùm peccat. Et ſi tandem nollet audire Eccleſiam, quam generale Concilium repræſentat, debet haberi ſicut ethnicus & publicanus. Et ità poteſt hoc modo per Concilium vel judicari, vel coërceri, vel pro excommunicato haberi.

*Gerſonius in tractatu an liceat in cauſis fidei à Papâ appellare.*

Sequeretur ſeptimò, & magis ad hominem, quod Concilium generale non eſſet ſuprà Papam, vel judex Papæ legitimus, cujus oppoſitum determinavit & practicavit ſacrum Conſtantienſe Concilium. Non enim proceſſum eſt ad inchoandum depoſitionem Ioannis, quouſque fuiſſet articulus iſte declaratus, ſicut apparet ex actis ejuſdem Concilij, quoniam aliqui videbantur ſuper hoc hæſitare. Conſtat autem quod ab omni homine qui habet legitimum ſuperiorem judicem, ſive ſit unus homo, ſive una communitas, poteſt ſi rationabilis & urgens immineat cauſa, fidei appellatio ad eundem judicem. Et ſi dicatur proùt aliqui fingere volunt, quod Concilium non eſt ſuprà Papam, niſi quandò eſt hæreticus ſeu devius à fide. in quo caſu non eſt mirum, inquiunt, ſi Concilium ſit ſuprà talem Papam, quia deſijt eſſe Papa, & eſt inferior omni homine, & ità nituntur etiam evadere illam inevaſibilem Chriſti legem, Si peccaverit in te frater tuus, &c. hoc breviter ad præſens refellitur. Primò, quia Ioannes non eſt accuſatus, vel convictus de hæreticâ pravitate, & tamen Concilium vocavit, & indicavit ipſum tanquàm ſuum ſubditum. Vnde & in toto proceſſu uſque poſt ſententiam definitivam ſuæ depoſitionis, reputatus eſt ab eodem Concilio verus Papa. Ampliùs non eſt verum quod Papa eo facto quo cadit in hæreſim, præſertim latentem, ſit depoſitus à Papatu, ſicut nec eſt verum de alijs Epiſcopis, quemadmodum iſta materia declarata eſt alibi latius.

*Gerſonius in tractatu an liceat in cauſis fidei à Summo Pontifice appellare.*

Quarta propoſitio. In cauſis fidei nulla determinatio judicialis Epiſcopi, imò nec Papæ ſolius præcisè ut eſt Epiſcopi vel Papæ, ligat fideles ad credendum quod ità ſit de veritate fidei ſicut prætendit ſua declaratio, quoniam tàm Papa

quàm

quàm Epiſcopus deviabiles ſunt à fide, obligat tamen ſubditos ſub pœnâ excommunicationis talis determinatio, quod non dogmatizent oppoſitum talis determinationis, niſi appareat manifeſta ratio repugnandi, vel per ſacram Scripturam, vel per Eccleſiæ ſeu generalis Concilij determinationem.

Quinta propoſitio. In cauſis fidei ſicut poteſt declinari judicium Epiſcopi ſi appareat devius à fide, & requiri judicium Papæ, ſic de Papâ reſpectu generalis Concilij ſuo modo dici poteſt. Et hæc eſt ad formam reſponſiva ſequens ex præmiſſis, juncto quod apud Summum Pontificem & ejus Sedem Romanam poteſt eſſe quandoque raritas peritorum in ſacris litteris & in verâ fide probatorum, magis quàm apud quoſdam ex ipſis qui generalia habent ſtudia ſacræ Scripturæ & aliarum facultatum.

*Gerſonius in tractatu de examinatione doctrinarum. Conſid.* I.

Examinator autenticus & finalis judex doctrinarum fidem tangentium, eſt generale Concilium: deducitur hæc conſideratio primitùs authoritate generalis Concilij Conſtantienſis, cui fortè par in duratione nullum fuit. Forma decreti ſui ſatis habetur, & poſita eſt in tractatu de poteſtate Eccleſiaſticâ, & in opuſculo an liceat appellare à Papâ? Sumitur inſuper ab Evangelio cum ratione talis confirmatio; Chriſtus fuit ſupremus & optimus inſtitutor Eccleſiæ non deficiens in neceſſarijs, qui & dixit, Ecce ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi. Oportuit igitur in Eccleſiâ relinquere regulam infallibilem pro fide ſervandâ, & dubijs emergentibus terminandis, non autem reperitur in terris altera talis infallibilis regula, niſi generale Concilium legitimè congregatum, nam perſona quælibet ſingularis de Eccleſiâ cujuſcumque dignitatis, etiam Papalis, circumdata eſt infirmitate, & deviabilis eſt, ut fallere poſſit & falli. Propterea non imparem poſuit Auguſt. auctoritatem in Eccleſiâ & in Evangelio dicens: non crederem Evangelio, niſi me auctoritas Eccleſiæ commoviſſet.

*Nicolaüs de Cuſâ de Concordantiâ Catholicâ. lib.* 2.

Quis dubitare poteſt ſanæ mentis, abſque veræ poteſtatis & privilegij Sedis diminutione, univerſale Concilium tàm in abuſum, quàm abutentem, poteſtatem habere pro ſui ipſius conſervatione, & totius Eccleſiæ ſalutari ordinato regimine? tamen dicere quod univerſale Concilium etiam ſuper primatia Eccleſiæ Romanæ cognoſcere & definire non poſſit, credo malè dictum eſſe: quoniam expreſsè Calcedonenſe Concilium ſe de hoc intromiſiſſe & judicaſſe, in geſtis legitur. Quare univerſaliter dici poteſt, univerſale Concilium repræſentationem Catholicæ Eccleſiæ, habere poteſtatem immediatè à Chriſto, & eſſe omni reſpectu, tàm ſuprà Papam, quàm Sedem Apoſtolicam. Et hanc ſententiam probant plura geſta, & Canones, & rationes. Nam diſceptatio quæ in Chalcedonenſi Concilio facta fuit, ſuper primatia probat hoc: ſimiliter & definitio Nicæni Concilij, in eodem Concilio Chalcedonenſi, pro parte Romanæ Sedis productâ. Ac etiam quòd in plenarijs Concilijs, geſta & judicata per Romanum Pontificem, etiam Synodicè inveniuntur repetita & examinata: ut in Chalcedonenſi Concilio, judicium Leonis contrà Dioſcorum, & in ſextâ Synodo, judicium Synodicum Marti-

M

ni Papæ contrà Pyrrhum & Sergium, & in octavâ Synodo univerſali, judicium Nicolaï & Adriani Pontificum contrà Phocium, cum ſimilibus multis. Vnde Auguſtinus in Epiſtolâ ad Glorium & Eluſium, quæ incipit, Dixit quidem Apoſtolus, poſtquam tractavit de ſententiâ 70. Epiſcoporum contrà Cæcilianum, & quomodò illa per Melchiadem Papam & certos alios Epiſcopos, per Conſtantinum Imperatorem eidem adjunctos, retractata fuit, dicit : quod opponentes ſe contrà ſententiam Melchiadis Papæ, & ſociorum dixerunt, quaſi malos ſe eſſe perpeſſos. Quæ non eſt omnium malorum litigatorum, quùm fuerint etiam manifeſtiſſimâ veritate ſuperati, quaſi non eis adhuc juſtiſſimè dici poſſit. Ecce, putemus illos Epiſcopos, qui Romæ judicaverunt, non bonos Iudices fuiſſe? reſtabat adhuc plenarium univerſæ Eccleſiæ Concilium, ubi etiam cum ipſis Iudicibus cauſa poſſit agitari, ut ſi malè judicaſſe convicti eſſent, eorum ſententiæ ſolverentur, quod utrùm fecerint probent : nos enim non eſſe factum facilè probamus ex eo, quòd totus orbis communicat ei : aut ſi factum eſt, etiam ibi ſunt victi. Hæc ibi. Ecce ſententiam Auguſtini, ſcilicet poſt judicium etiam Papæ Romani, Concilium univerſale totius orbis ſupereminere approbatorium vel abſolutorium, etiam in ipſos judices. Quam ſententiam in multis locis. 19. di. in Canonicis 2. q. 7. puto. ver. Item quùm Petrus, & alijs locis in hoc opuſculo alligatis, ipſe Auguſtinus dicit. Nec habet hoc dubium, quùm Chriſtus dicat Petro, Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus. Vnde manifeſtum eſt, quod non obediens Eccleſiæ aut Concilio ejus eam repræſentanti, debet eſſe Petro & ejus ſucceſſoribus, ſicut ethnicus & publicanus. Et hoc probari poteſt authoritate Sancti Gregorij Papæ, in Epiſtolâ. 14. in regiſtro : ubi poſtquam repræhendit Ioannem Patriarcham Conſtantinopolitanum, de eo quod ſe univerſalem Patriarcham ſcripſit in fine : & nos quidem quibus per auſum temerarium culpa committitur, ſervamus quod præcipit veritas dicens : Si peccaverit, & reliqua : ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Ego itaque per reſpondales meos, ſemel & bis verbis humilibus hoc quod peccatur in totam Eccleſiam corripere ſtudui, per me ſcribo, quicquid humiliter facere debui, non omiſi, ſed in eâ correctione deſpicior. Reſtat ut Eccleſiam debeam adire. Hæc, ibi. Ecce Gregorium Papam fateri, quomodo correctio fraterna eo modo ad eum ſpectat, quo Chriſtus mandat, ſcilicet ut ultimò Eccleſia adeatur, tanquam ſupremum judicium.

*Appellatio Dominorum Cardinalium Piſis interpoſita quæ refertur à Theodoro à Niem in nemore unionis tractatu ſexto.*

Quare, Beatiſſime Pater Prælati Domini Cardinales & Servitores Veſtri, cum omni obedientiâ & humilitate ac reverentiâ exponunt & dicunt, talia præcepta eſſe nulla, & de jure eos nullatenùs aſtringere ad obſervantiam ipſorum iniquitatum : aut ſi fortè forent, aut cenſerentur alicujus roboris, vel momenti, dicunt ipſa fuiſſe, & eſſe iniqua & injuſta, & ſe ex ipſis præceptis fuiſſe & eſſe gravatos contrà omnem juſtitiam ac debitum juris, & ab ipſis præceptis, ac omnibus alijs gravaminibus poſt prædicta fortè ſecuturis, ſi quæ fortè ſequentur inpoſterùm, Præfati Cardinales, in quantùm eis

licet, & in quantùm poſſunt, provocant, & in his ſcriptis appellant : & primò, quia ratio appetitui noſcitur eſſe ſuperior, & intellectus dominari ſenſibus : & Vobis, Pater Beatiſſime, irrationabiliter & ſecundùm rectam rationem & melius informatum. Item, ſi diſcretio perſonarum requiritur à Vobis, Pater Sancte, Vicario ad Dominum Noſtrum Ieſum Chriſtum, qui judicaturus eſt mortuos & ſæculum per ignem. Item, ad generale Concilium, à quo & in quo ſolent geſta etiam Summorum Pontificum quæcumque pertractari, decerni & judicari. Item, ad Papam & Pontificem futurum, cujus eſt geſta inordinata ſui prædeceſſoris in melius reformare. ſuper quâ quidem eorum appellatione Cardinales antè dicti Apoſtolos inſtanter, inſtantiùs, & inſtantiſſimè petunt ſibi tradi & exhiberi deberi, proteſtantes quòd eorum appellatione pendente nihil contrà ipſos & in eorum præjudicium debeat quomodolibet attẽtari. Et quia in civitate Lucanenſi : eis non licebat ſine maximo & evidenti perſonarũ ſuarum periculo talem appellationem interponere & intimare : ideò ex tali metu juſto ibi appellare diſtulerunt, donec ad locum tutum devenerunt. Quare proteſtantur, ne lapſu temporis præjudicium eis fiat : quam quidem appellationem prædicti Domini Epiſcopi & Abbates, coràm quibus, ut præfertur, interpoſita fuit, omni modo, viâ & jure, & formâ, quibus melius de jure potuerunt & poſſunt, admiſerunt pariter & admittunt.

*Ex propoſitione ſolemni factâ Biturigibus, præſente Rege, per famoſiſſimum Doctorem Magiſtrum Thomam de Corſellis, anno 1440.*

Neque neceſſarium eſſet pro his, quæ per Eccleſiam determinata ſunt, allegationes aliarum authoritatum & doctrinarum facere, quoniam factâ declaratione illam credere oportet : tamen quoniam dictum eſt, per eos, qui adverſùs ſacrum Concilium proponunt, hanc eſſe novam doctrinam, & multa in contrarium dicta ſunt per eos ( quamvis deberent benè contenti eſſe de acquieſcendo determinationi Eccleſiæ, & exiſtimare quòd alij qui in Concilio Conſtantienſi & Baſileenſi fuerunt, & interfuerunt hujuſmodi determinationibus, viderunt libros & doctrinas ſanctorum Doctorum ſicut ipſi, cùm etiam in Concilio Conſtantienſi fuerint factæ plures allegationes per bonæ memoriæ Antiochenum, cui reſponſionem fecit Dominus Cardinalis Cameracenſis colendæ etiam memoriæ, & per alios Prælatos & viros, tàm in Concilio Conſtantienſi, quàm Baſileenſi, plurimùm hæc materia agitata fuerit) ad magis ſatisfaciendum omnibus, allegationes aliquas ſanctorum & Doctorum adducam. Primò enim, totum Collegium Apoſtolorum Beatorum ità practicavit, quoniam poſt declarationem habitam in ſuo Concilio Hieroſolymitano, non dicebant ſic in concluſione, viſum eſt Petro, ſed Spiritui ſancto, & nobis : nec dicebant ità, placet Petro, ſed placuit Apoſtolis & ſenioribus cum omni Eccleſiâ : attribuentes Spiritui Sancto & toti Concilio auctoritatem ejus quod ibidem decretum erat. Deinde Beatus Auguſtinus ad Glorium, Elluſium, & cæteros Donatiſtas ait, quòd poſt ſententiam latam Romæ per Melchiadem Papam & Collegas ſuos, reſtabat, plenarium univerſalis Eccleſiæ Concilium, in quo ſi illi qui malè

judicaverant, malè judicaſſe convicti eſſent, eorum ſententiæ ſolverentur. Ecce quomodo clariſſimè dicit poſt ſententiam Papæ, reſtare plenarium Concilium, in quo hujuſmodi ſententia ſolvi poſſet. Idem in Epiſtolâ ad Hieronymum expreſsè dicit, quod Petrus aſtringebatur ſervare decretum Concilij generalis, dicendo hæc verba: Itaque poſt Concilium celebratum Hieroſolymis, cùm Petrus habuit illam in Antiochiâ ſimulationem, quid mirum ſi conſtringebat eum Paulus liberè aſſerere, quod cum cæteris Apoſtolis ſe Hieroſolymis decreviſſe meminerat? in libro de Agone Chriſtiano etiam expreſsè dicit, quomodo Eccleſia recepit Petrum ad primatum, & quomodo ipſa habet claves: vbi loquens de Epiſcopis Arrianis dicit, hos Eccleſia Catholica materno recepit ſinu, tanquam Petrum poſt fletum negationis per galli cantum admonitum: aut tanquam eumdem poſt pravam ſimulationem Pauli voce correptum: & ſubdit ſtatim poſt, Nec eos audiamus, qui negant Eccleſiam poſſe omnia peccata dimittere. Itaque miſeri, dum in Petro Petram non intelligunt, nolunt credere datas Eccleſiæ claves regni cœlorum, ipſi eas de manibus amiſerunt. Multa alia ex Beato Auguſtino allegari poſſent, & ex ijs quæ dicit ſuper Ioannem, ut in eo quod recitatur in can quodcumque, 24 quæſt. 1. Si hoc Petro tantùm dictum eſt, non hoc facit Eccleſia: & alijs pluribus paſſibus ſuper eodem Evangelio, nec non in libris de unico baptiſmo, & alijs quæ gratiâ brevitatis prætermittuntur ad præſens. Sed unum dicit ſuper Pſalmo 108. quod multùm notandum eſt, videlicet quòd quædam dicuntur quæ ad Apoſtolum Petrum propriè pertinere videntur, nec tamen habent illuſtrem intellectum, niſi cum referuntur ad Eccleſiam, cujus ille agnoſcitur in figurâ geſtaſſe perſonam, propter primatum quem in diſcipulis habuit, ſicut eſt Tibi dabo claves regni cœlorum & ſi qua hujuſmodi. Beatus vero Ambroſius in principio ſui Paſtoralis ait: repetitum eſt à Domino tertio paſce oves meas: quas oves & quem gregem non ſolùm tunc Beatus ſuſcepit Petrus, ſed & nobiſcum eas ſuſcepit, & cum illo eas non ſuſcepimus omnes. Item, idem in quadam præfatione per Chriſtum Dominum noſtrum, qui eminentiam poteſtatis acceptæ Eccleſiæ contulit, quam pro honore ſuſcepto Reginam conſtituit & ſponſam, cujus ſublimitati univerſa ſubjecit: eſſe autem reginam & ſponſam, non ſunt prædicata quæ attribuantur ſoli Papæ, ſed attribuuntur Eccleſiæ. Deinde Beatus Hieronymus in Epiſtolâ ad Heliodorum, & recitatur in can. non omnes 2. quæſt. 7. dicit: non eſt facilè ſtare in loco Petri, & Pauli tenere vitam jam cum Chriſto viventium: ſal infatuatum ad nihilum valet ultrà, niſi ut foras eijciatur: ſuper quo verbo dicit gloſſa, ideſt deponatur: & loquitur expreſsè de illo qui ſtat in loco Petri. Idem in Epiſt. ad Evagrium, diſtinct. 95. can. Legimus, de comparatione auctoritatis Eccleſiæ univerſalis ad auctoritatem Eccleſiæ Romanæ expreſsè loquens dicit, nec altera Romanæ urbis Eccleſia, altera totius orbis exiſtimanda eſt: & ſubdit, ſi authoritas quæritur, orbis eſt major urbe: nec valet reſponſio quorumdam dicentium quod ibi loquitur ſolùm de conſuetudine, cùm expreſsè in eodem textu loquatur de legibus Eccleſiæ dicens: quid mihi præfers unius urbis

conſuetudinem : quid paucitatem de quâ ortum eſt ſupercilium in leges Eccleſiæ vendicas ? & gloſſa ſuper eodem can. legimus, dicit Archid. quod ſtatutum Concilij præjudicat ſtatuto Papæ. Deinde in can. omnibus 24. quæſt. 1. quod ipſi beato Hieronymo attribuitur, quod etiam expreſsè reperitur apud Beatum Auguſtinum in libro de unico Baptiſmo, exponitur auctoritas enumerata de domo Eccleſiæ, cùm dicit, hanc domum ſi quis corrigentem corripientemque contempſerit, ſit tibi tanquam ethnicus & publicanus : per domum autem Eccleſiæ non intelligitur perſona Papæ ſola. Inſuper Glorioſus Martyr Cyprianus in Epiſtolâ ad Antonianum dicit de Novatiano, qui contrà Cornelium de Epiſcopatu urbis Romæ, hoc eſt de Papatu contendebat, quod etiam ſi Epiſcopus eſſet, Epiſcopatum, hoc eſt ipſum Papatum tenere non poſſet, dùm à Coëpiſcoporum corpore & unitate Eccleſiæ diſcedebat, & loquitur etiam quandò ſeparat ſe ſine hæreſi, ut patet legenti illam Epiſtolam, & ſubdit ibidem : qui ergò nec unitatem Spiritus, nec conjunctionem pacis obſervat, & ſe ab Eccleſiæ unitate atque à Sacerdotum Collegio ſeparat, Epiſcopi nec poteſtatem poteſt habere, nec honorem, qui Epiſcopatus nec unitatem voluit tenere nec pacem. Ecce quomodò apertè declarat, quod etiam verus Papa habet perdere Papatum ſeparando ſe ab unitate Eccleſiæ & à Collegio Sacerdotum, quod veriſſimè accidit, quandò ſeparat ſe à Concilio generali univerſalem Eccleſiam repræſentante. Poſt hæc autem Beatus Gregorius in regiſtro, Epiſtolâ ad Ioannem Patriarcham Conſtantinopolitanum dicit, Nos, in quibus per auſum temerarium culpa committitur, ſervamus quod veritas præcipit dicens, Si peccaverit in te frater tuus, ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi tanquam ethnicus & publicanus, & ſubdit, quidquid humiliter facere debui non omiſi, ſed quia in meâ correptione deſpicior, reſtat ut Eccleſiam adire debeam. Ecce quomodo ipſe Papa qui erat, dicebat quod adiret Eccleſiam juxtà verbum Evangelicum : at quomodò Eccleſiam quæ hoc judicaret convenientiùs adire poterat, quàm adeundo Concilium univerſale ? Item ipſe Gregorius in aliâ Epiſtolâ, quæ recitatur in C. ſicut ſancti 15. diſt. expreſsè determinat, quomodò Papa ſeipſum deſtruit, qui præſumit ſolvere quos ligant generalia Concilia, aut ligare quos abſolvunt : hæc enim ſunt verba ejus ibidem, Cunctas verò perſonas quas præfata Concilia reſpuunt reſpuo, quas venerantur amplector : quia cum univerſali conſenſu conſtituta ſunt, ſeipſum & non illa deſtruit, quiſquis præſumit abſolvere quos ligant, aut ligare quos abſolvunt. Et ſuper eodem Can. ſicut ſancti, dicit Archidiaconus, & etiam Hugu. quòd intelliguntur in eis quæ ad finem pertinent & ſalutem, & generalem ſtatum Eccleſiæ : & illi Doctores ponunt ordinem inter Canones Conciliorum & decreta Summorum Pontificum, ut patet Can. de quibus 20. diſtinct. ubi dicunt quòd hîc traditur pleniùs, quis ſit ordo ſervandus in ſolutione quæſtionis, nam primò recurrendum eſt ad reſcripta novi vel veteris teſtamenti, ſecùndò ad Canones Apoſtolorum vel Conciliorum, tertiò ad decreta Romanorum Pontificum, deinde ad ſcripta Doctorum. Vidimus etiam, quòd in volumine decretorum, cùm tractatur de conſtitutionibus Eccleſiæ,

primò agitur de Canonibus Conciliorum, deinde de decretis & decretalibus Romanorum Pontificum, & poſtquàm multa de auctoritate ipſarum decretalium & Romanorum Pontificum dicta ſunt, & quomodò ab ipſo Romano Pontifice alia dependent (ſicut allegatum eſt in fine) tamen dicit Gratianus in Can. ità Dominus 19. diſtinct. hoc autem intelligendum eſt de illis ſanctionibus vel decretalibus Epiſtolis, in quibus nec præcedentium Patrum decretis, nec Evangeliſtarum præceptis aliquid contrarium invenitur: & exemplificatur de Anaſtaſio 2. qui quia reſcriptum illicitè & non canonicè dederat, reprobatur: ſed & alij Sancti & Summi Pontifices qui cenſeant de auctoritate Conciliorum & Canonum ſuorum ſatis liquet, cùm dicit Beatus Papa Damaſus 25. quæſt. 1. Can. violatores ſacrorum Canonum voluntarij graviter à Sanctis Patribus judicantur, & à Sancto Spiritu, inſtinctu cujus ac dono dictati ſunt, damnantur, quoniam blaſphemare in Spiritum non congruè videntur: Et B. Cœleſtinus Papa dicebat ſcribens Concilio Epheſino, Spiritus Sancti præſentiam teſtatur congregatio Sacerdotum: & Leo quartus dicebat, ut in Can. requiritis 1. quæſt. 7. loquens de ſimoniacis convictis, qui tàm deteſtabile nefas (quod jam multis eſt damnatum Concilijs) peregiſſe noſcuntur, nullâ poſſumus pœnitentiâ ſubvenire, & tot ſpiritualibus Patribus obviare: ſuper quo verbo allegat gloſſa Can. ſunt quidam, & C. contrà ſtatuta 25. quæſt 1. in ipſo autem Can. ſunt quidam, dicit Vrbanus Papa, ſunt quidam dicentes Romano Pontifici ſemper novas licuiſſe condere leges, quod & nos non ſolùm negamus, ſed etiam valdè affirmamus. Sciendum verò ſummoperè eſt, quia inde novas leges condere poteſt, unde Evangeliſtæ aliquid & Prophetæ nequaquam dixerunt: ubi verò apertè Dominus, vel Apoſtoli ejus, vel eos ſequentes Sancti Patres ſententialiter aliquid definierunt, ibi non novam legem Romanus Pontifex dare, ſed potiùs quod prædicatum eſt uſque ad animam & ſanguinem confirmare debet. Si enim quod docuerunt Apoſtoli & Prophetæ, deſtruere (quod abſit) niteretur: non ſententiam dare, ſed magis errare convinceretur. & ſuper illo Can. dicit Archid. quod ubicumque decoloratur ſtatus Eccleſiæ, Papa non diſpenſat. Et in Can. contrà ſtatuta Patrum, dicit Zozimus Papa: contrà ſtatuta Patrum nec hujus quidem Sedis poteſt auctoritas. Pauca pro nunc allegaſſe ſufficiat: nam auctoritates quæ in hanc partem faciunt, nullatenùs brevi tempore expleri poſſent, cùm jam de hâc materiâ magni libri ſcripti ſint, in quibus poteſt latiùs conſpici: & omnes auctoritates quas allegavimus, parati ſumus in ſcriptis oſtendere. Sed etſi qui Doctores viderentur quicquam ſenſiſſe in adverſum, tamen jam ceſſare haberent opiniones eorum, ubi advenit determinatio Eccleſiæ: quoniam hoc eſt ſententia omnium Doctorum & juris divini & canonici, quod ubi contrariè opiniones in materiâ fidei vel juris Dominici inſurrexerunt, adveniente determinatione Eccleſiæ, ſtandum eſt in eâ: & qui poſt hoc pertinaciter oppoſitum ſuſtinere voluerit, hæreticus eſt cenſendus.

*Ex M. Ioannis Dauvet Procuratoris Generalis proteſtatione nullitatis, & appellatione ad futurum Concilium, contrà orationem Pij 2. Pontificis habi-*

*tam in Conventu Mantuano, comminationes ejuſdem, & cenſuras publicatas in Carolum VII. Regem Franc. ann.* 1460.

Attentis itaque præmiſſis ſub expectatione Præfati plenarij Concilij, & juſtorum judiciorum ejus, intendit Dominus noſter Rex Chriſtianiſſimus, quoſque illud actualiter celebrari contingat, ſanctas leges Conciliorum hactenùs celebratorum, & ſacroſeorum Canones in ſuis dominijs facere, quantùm poterit, optimè cuſtodiri, ad Dei honorem & animarum ſalutem. Quia verò ipſum ſanctiſſimum Dominum noſtrum eadem Regia Majeſtas de ſuâ Parlamenti curiâ regali conqueſtum intellexit, omnibus notum eſſe exoptat, quòd ipſa curia ex ſolemnibus viris Eccleſiaſticis & ſecularibus uſque ad numerum centenarium à diebus antiquis inſtituta, eas ſolum cauſas pertractat, de quibus olim, & à tanto tempore, cujus memoria in contrarium non exiſtit, conſuevit cognoſcere, & quantùm ipſa curia pro Eccleſiarum juribus tuendis & defendendis neceſſaria ſit, univerſi agnoſcere poſſint. Vbi verò idem Dominus ſanctiſſimus noſter, cui poteſtas data eſt in ædificationem, non in deſtructionem, evertere vellet ipſum Dominum noſtrum Regem, aut viros Eccleſiaſticos, vel etiam ſeculares ipſius dominijs conſtitutos, & ſibi ſubditos, & adhærentes propter obſervationem Canonum gravare & moleſtare: proteſtor enim Ioannes Dauvet Procurator Regius Generalis, & in hâc parte ſpecialis nomine antè dicto, & per Notarios ſuſcriptos, de talium ſententiarum ac cenſurarum nullitate juxtà canonicas ſanctiones, quæ in pluribus caſibus ſententias & cenſuras Paſtorum & Iudicum nullas eſſe decernunt, ſubmittendo tamen omnia, ſicut prætactum eſt, judicio univerſalis Concilij, ad quod ſuper his omnibus recurſum habere intendit ipſe Chriſtianiſſimus Dominus noſter Rex, ac etiam ſi in quantùm opus eſt, à prædictis gravaminibus comminatis, vel excogitatis, ſeu de facto inferendis, vel illatis, prout melius poſſum, & mihi licet nomine antè dicto, provoco, & appello in his ſcriptis. Inſuper ſi ſanctiſſimus Dominus noſter celebrationem plenarij Concilij in loco libero, ut præmiſſum eſt, facere recuſaverit, aut nimium diſtulerit, volens ipſe Dominus noſter Rex, quantùm in eo erit, neceſſitati fidei orthodoxæ, & univerſæ Eccleſiæ ſuccurrere, intendit alios principes Chriſtianos exhortari, ut omnes unanimiter univerſalem Eccleſiam in plenario Concilio congregari laborent.

*Le Roy Louys 11. donne pouvoir à ſes Ambaſſadeurs denommez dans ces Lettres, d'appeller au Concile futur, au cas que le Pape refuſe de faire ce qu'ils le requereront de ſa part & qu'il veuille proceder contre ſa Majeſté & ſes Sujets, an. 1478.*

Quin immò tales tanquam reos læſæ-Majeſtatis divinæ abjicere, aut punire: & caſu quo ipſe Summus Pontifex præmiſſa facere denegaverit, ſeu plus debito diſtulerit, vel aliqua in contrarium præmiſſorum, aut aliquid contrà nos Regnum & Regnicolas noſtros fecerit, ſeu in futurum attentare præſumpſerit; ad intimandam & appellationem ab ipſo interjectam in congregatione prædictâ Aurelianis, & de novo ſi opus fuerit, appellandum ab ipſo Summo Pontifice malè conſulto ad eundem Summum Pontificem bene conſultum, ſeu præfatum proximum futurum Concilium univerſalis Eccleſiæ,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

à quibuſcunque cenſuris Eccleſiaſticis, & alijs gravaminibus illatis & inferendis, Acta & Apoſtolos petendum, ſummittendum & inhibendum, proteſtandum, & aliàs faciendum quæ veris appellationibus facienda incumbunt, & ulteriùs in caſu præmiſſo eidem Summo Pontifici ſupplicandum, quatenùs in ſequendo decreta generalium Conciliorum Piſani, Conſtantienſis, & Baſileenſis, quæ inter alia decreverunt, quòd de decennio in decennium ad minùs Concilium generale in Eccleſiâ ſanctâ Dei celebraretur, nullumque fuerit, quadraginta anni ſunt effluxi, celebratum Concilium generale, dignetur mandare, convocari, & teneri facere generale Concilium univerſalis Eccleſiæ, in aliquo loco tuto, decenti & convenienti, prout per addicta decreta ordinatum extitit, pro bono, utilitate, tuitione, & conſervatione fidei Catholicæ, Eccleſiæ orthodoxæ, ac totius Religionis Chriſtianæ, & pro reformatione debitâ Eccleſiæ, & miniſtrorum illius, in capite & in membris, & in alijs debitis & melioribus finibus; quòd ipſe Summus Pontifex velit intereſſe, & præſidere in dicto Concilio generali in propriâ perſonâ, ſi fieri poteſt; ſin autem, per ſuos ſolemnes legatos, poteſtatem debitam habentes & deferentes cum intimatione.

*Ex appellatione Univerſitatis Pariſienſis, pro libertate Eccleſiæ, & Eccleſiaſticorum immunitatibus, factâ ſub Innocentio octavo, anno 1491.*

A ſanctiſſimo Domino noſtro Papâ Innocentio octavo minùs debitè conſulto, ad ſe ipſum meliùs conſulendum, & ad ſanctam ſedem Apoſtolicam, etiam meliùs conſulendam, nec non ad Sacro-Sanctam Synodum univerſalem celebrandum, illumque vel illos, ad quem ſeu ad quos de jure provocare & appellare nobis licet, in his ſcriptis, tàm pro nobis, quàm pro noſtris adhærentibus, & adhæſuris, quàm etiam pro vicarijs dictorum magiſtrorum, doctorum & ſcholarium, eorúmque in Beneficijs divinis deſervientium, provocamus & appellamus: proteſtantes, nominibus quibus ſuprà, de prædictis ſententiarum & cenſurarum nullitate, juxtà canonicas ſanctiones, ſubmittentes tamen omnia judicio univerſalis Eccleſiæ Concilij, ad quod ſuper omnibus præmiſſis habere recurſum intendit præfata univerſitas.

## Appel au futur Concile, par le Procureur General.

*Extrait des Regiſtres de Parlement, de l'an 1551.*

CE jourd'huy ſont venus en la Cour les Gens du Roy, leſquels par Maiſtre Pierre Seguier Advocat dudit Seigneur, ont dit, que ſuivant le commandement du Roy, ſon Procureur General auoit interjetté un appel de toutes & chacunes les Entrepriſes, Interdits, Cenſures & Fulminations quelconques faites ou à faire par Noſtre Saint Pere le Pape, tant à l'encontre du Roy que de ſes Sujets, pays, terres, Seigneuries, avec proteſtation de ſon appel relever au futur Concile univerſel, ainſi qu'il eſt plus à plain contenu par l'acte dudit appel qu'ils ont preſenté à ladite Cour, & requis eſtre enregiſtré en icelle en un regiſtre ſecret, Ce qui a eſté ordonné par icelle Cour.

Na-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Navarrus in cap. novit. nota. 3 num. 14. de judicijs, & idem Martinus Navarrus de Pœnitentiâ, diſt. 5 pag. 492. Col. 2. num 32. ex hac concluſione primò infertur, Pontificem Rom. ad confitendum ſua peccata teneri: quia divinâ lege obligatur. Quamvis verum ſit non ligari per caput illud, omnis: & ità non teneri adſolutè ad confidendum ſemel in anno. Quod etiam ſenſit Io. Andr. & Felinus. Quod procedit tenendo illam, quam pleroſque omnes Italos audio tenere opinionem, quamque magnis viribus probare ac tutari conatur Thomas à Vio, ſcilicet Papam eſſe ſuprà Concilium: nam ſi teneremus alteram ſententiam, quam ſchola Pariſienſis cum totâ ferè Galliâ ſequitur, Concilium univerſale ſuprà Papam eſſe: & adeo quidem ſequitur, ut Iacobus Almaïn. Scribens in hoc ipſo articulo dixerit, cum qui contrarium aſſereret in Franciâ hæreticum judicatum iri. Diceremus, ut ait ille, Romanum Pontificem ſtatuto Conciliorum ligari, ac proindè ad illud caput, omnis, ſervandum tueri, &c.

*Iacobi de Paradiſo Carthuſiani Collectum de authoritate Eccleſiæ.*

Quod quàm verum ſit, nullus ignorat, niſi inexpertus temporum præteritorum. Clarè enim probat hoc tragedia, noſtris temporibus in Baſilienſi Concilio practicata: quod hi norunt, qui rem oculis ſubjecerunt, & ex hoc ortum eſt vulnus, neſcio quando curabile, contrà authoritatem Conciliorum generalium, ut abſcedentibus Papâ aut ſuis præſidentibus, à loco Concilij, vel differentiâ exortâ inter partes ejuſdem, cenſeatur Concilium diſſolutum: reſideatque in perſonam Papæ, de plenitudine poteſtatis, authoritas diſſolvendi aut transferendi generalia Concilia, Put. Eugenius olim Papa de ann. Dom. 1437. feciſſe comprobatur. Hocque venenum offuſum eſt per eum in Eccleſiam, per adverſarios Conciliorum, indelebiliter obſervandum, & literis aureis in geſtis Conciliorum annotandum: adque refugium habebunt, ut fulcimentum ſui erroris, ut ſubterfugere valeant correptionem & reformationem: ità ut etiam modernis temporibus frontosè aliarum ſcientiarum viri dogmatizare audeant, in quolibet Papa reſidere plenitudinem poteſtatis, non ſolum ſuper quolibet membro ſingulari Eccleſiæ, ſed & ſuper totam Eccleſiam conciliariter congregatam, ad libitum ipſius diſponendi, decretandi, diſſolvendi, transferendi, corrigendi, authoriſandi, ut nullus ei audeat dicere, cur ità facis? & ſic totaliter nituntur ſuffocare authoritatem Conciliorum, contrà decretationem ab omnibus acceptam, in Conſtantienſi, Baſileenſi, generalibus Concilijs publicè promulgatam. Et contrà pragmaticam ſanctionem ſuper hoc editam, atque factam. Taleſque ſic dogmatizantes, & eis conſentientes, arbitrantur ſe obſequium præſtare Romanis Pontificibus, ſed non advertunt, quantùm ſaluti adverſantur eorumdem. Nam ſaluberrimam miſericordiam & medicinam ejuſdem proſcindunt. Scilicet fraternam correptionem: & capiti Eccleſiæ morbido non patiuntur adhibere medelam: quod quantæ ſit crudelitatis, nemo ſanus ignorat, ut Auguſt. teſtatur in Regulâ ſuâ. Si enim ſingulis membris medicina eſt parata, cur capiti denegatur? cùm hoc magis indigeat ſanatione, quàm alia: quia eo ægrotante, omnia membra ægrotare videntur.

Niſi fortè quis inſaniùs ad hunc errorem prorumperet, quòd diceret Papam impeccabilem & indeviabilem, quaſi jàm extrà terminum viatorum volentes eum collocare, non recenſent Petrum primum Papam fuiſſe reprehenſum à Paulo, uno ſingulari, & ſibi inferiore, ad Gal. 2. & Eccleſiaſtica hiſtoria, & ſpeculum hiſtoriale, & certa ac indubitata experientia manifeſtat, cum & in fide & moribus, ſimilem eſſe poſſe cæteris peccatorem ex vertibilitate liberi arbitrij nondum confirmati. Auferre igitur à Papâ correctionem, imò poteſtatem deponendi, eſt maximæ impietatis: & ipſum ſtatuere in plenâ audaciâ peccandi, & per conſequens furioſo gladium dare, ut ſeipſum ſine reſiſtentiâ interimat. Mittunt igitur Papam in foveam damnationis, & cum eo damnantur, quòd eum ſubeſſe Eccleſiæ univerſalis correctioni contradicunt. Quo igitur pacto talis univerſalem Eccleſiam ſolus reformare valeat, quòd & ipſe infirmitati ſubjectus eſt, indigens per ſe reformari? ut pono, quòd ſit aliquis talis. Et quomodò filius Eccleſiæ cenſeri poteſt, quòd matri ſuæ obedire contemnit, & quem Eccleſia corrigere pro ſuis exceſſibus non poteſt? & ſi non filius Eccleſiæ, quomodò hæres promiſſionum Eccleſiæ per Chriſtum factæ? prorsùs enim ſe ab hæreditate paternâ alienum pronunciat, quum ſe filium Eccleſiæ negat. Ponere igitur ſe ſuprà totam Eccleſiam, aut ſuprà generalia Concilia legitimè, univerſalem Eccleſiam repræſentantem, non eſt aliud quàm totam ſpem reformationis Eccleſiæ auferre, & uni homini peccabili ſe committere, quòd & ſe & Eccleſiam per devia erroris ducere poteſt. Inde infertur hoc inconveniens, quòd Chriſtus Eccleſiæ ſuæ, poſt ſuam aſcenſionem inſufficienter providit, committens eam uni, quòd eam in damnationem inducere poteſt: pro quâ & ejus ſalute ipſe de cælo deſcendens, proprium ſanguinem fudit, & animam ſuam ponere dignatus eſt in mortem.

*Æneas Sylvius de geſtis Concilij Baſileenſis lib. 1. ſect. 11.*

Opinio ſicut jam liquet omnium mortuorum eſt, ſi opinio vocari debet quæ idoneis confirmatur authoribus, quia Romanus Pontifex univerſali Eccleſiæ ſubjectus exiſtit, neque hoc viventes negare audent. Illud autem apud aliquos revocatur in dubium, an id quoque de generali Concilio credi oporteat. Sicut enim aliqui ſive avidi gloriæ, ſive quod adulando præmia expectant, qui peregrinas quaſdam & omnino Novas prædicare doctrinas cœperunt ipſumque Summum Pontificem, ex juriſdictione ſacri Concilij demere non verentur: excæcavit namque illos ambitio à quâ non ſolum modernum ſed omnia vſque in hanc diem ſchiſmata ſuborta reperiuntur; quorum alius clamat ſubditorum facta judicari à Papa, Romanum vero Pontificem ſolius Dei reſervari arbitrio. Alius dicit quia primam ſedem nemo judicabit, alius aſſerit directionem Summorum Pontificum ſibi Dominum reſervaſſe. Nec conſiderant miſeri quia quæ prædicant tantopere mala, aut ipſorum Summorum Pontificum ſunt ſuas fimbrias extendentium, aut illorum qui eis adulantur.

*Almaïnus de dominio naturali, civili, & Eccleſiaſtico ex tract. Poteſtas major eſt virtute in Eccleſiâ, quàm in Papâ.*

Probatur nunc, quod ſit majus extenſivè in Eccleſiâ, quàm in Summo Pontifice, nam in Eccleſiâ eſt ad inſtituendum Summum Pontificem, aut ejus inſtitutionem aliquibus committendam, ſicut commiſit Dominis Cardinalibus, non autem ſic eſt in Summo Pontifice. Secundò eſt in Eccleſiâ ad arctandum uſum poteſtatis in Summo Pontifice, ſi eâ utatur non in ædificationem Eccleſiæ, juxtà illud Salvatoris, ſi ſcandalizaverit te oculus tuus, erüe eum à te, quantùm ad uſum, dicit gloſſa, quemadmodum arctavit in mandatis, & reſervationibus, &c. Sed in Summo Pontifice non eſt ad arctandum uſum illius poteſtatis in ſucceſſore ſequenti, cùm par in parem non habeat imperium. Tertiò, eſt Eccleſia ſuprà Summum Pontificem, non ſolùm in materiâ fidei, ſed in ſingulis, ut tenet Ioannes Patriarcha Antiochenus in tract. de iſtâ materiâ, quod etiam concedit gloſſa in Can. Si Papa. diſt. 40. in peccatis ſcandalizantibus totam Eccleſiam.

*Almainus de auctoritate Eccleſiæ cap. 7*

Iſtis ſuppoſitis, pono hanc propoſitionem contrà Magiſtrum Thomam, cap. 17. ſui tractatus, Eccleſia ſive Concilium generale, eſt in hâc poteſtate Summo Pontifice ſuperior, & quamvis iſta propoſitio ſit per ſacra Concilia Conſtantienſe & Baſileenſe determinata, ità quòd ſicut ſacrum Evangelium foret veneranda, quia tamen illa Concilia, pro tempore determinationis, nullius exiſtimat vigoris; contrà eum procedam aliâ viâ, primò oſtendendo hanc propoſitionem non eſſe fictionem novam, ut dicit ille Doctor, ſed antiquam Doctorum ſententiam. Auguſtinus in Epiſtolâ ad Glorium, Eleuſium, & Fœlicem Grammaticum, & cæteros, quæ eſt 162. inter Epiſtolas, commemorat de depoſitione Cæciliani Carthaginenſis Epiſcopi, ab Epiſcopis Africanis injuſtè factâ, qui videntes orbem communicare cum Cæciliano, & non cum eo quem inſtituerant; nec non à tranſmarinis Eccleſijs ( quæ in ordine ad nos ſunt citràmarinæ ) ad Cæcilianum communicatorias litteras tranſmitti; elegerunt ( dicit Auguſtinus ) ut fertur propter duas cauſas agere cauſam cum Cæciliano apud Melchiadem Epiſcopum Romanum, & tranſmarinos Epiſcopos, parati ad utrumque, ut ſi eum potuiſſent quâcumque verſutiâ falſæ criminationis evincere, ſatiarent pleniſſimè cupiditatem ſuam: ſi autem non poſſent, in eâdem quidem perverſitate durarent, ſed jam tamen quaſi haberent quod dicerent, malos judices ſe eſſe perſpectos, qui mos eſt omnium malorum litigatorum, cùm fuerint etiam manifeſtâ veritate ſuperati, & ſtatim ſubdit ad propoſitum, quaſi non eis ad hoc dici poſſet, & juſtiſſimè dici: ecce putemus illos Epiſcopos qui Romæ judicarunt non bonos iudices fuiſſe, reſtabat adhuc plenarium univerſæ Eccleſiæ Concilium, ubi etiam cum ipſis Iudicibus cauſa poteſt agitari, ut ſi malè judicaſſe convicti eſſent, eorum ſententiæ ſolverentur. Ex quibus verbis, manifeſtè ſequuntur duo, primum, quod non ſolùm à ſententiâ Summi Pontificis. verùm etiam à ſententiâ Summi Pontificis & Concilij particularis ad univerſale Concilium appellari poteſt: Secundum eſt, quòd ab univerſali Concilio, ſententia Summi Pontificis & Concilij particularis ſolui poteſt: Legat igitur & perlegat, & iterùm relegat illam Epiſtolam, & non dicet fictionem eſſe novam Ioannis



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

de Gerſonio, ſed antiquam Auguſtini veritatem.

Secundò probatur, nam in VIII. Concilio Canon. 21. qui incipit, definimus neminem prorsùs, cujus pars habetur 22. diſt. Can. definimus, dicitur, univerſalis Synodus cum convenienti reverentiâ quamlibet quæſtionem de Romanorum Sede exortam audire tenetur, & in eâ proficere, non tamen audacter ſententiam in Romanum Pontificem dicere. Ecce, quod licet Concilium omnem quæſtionem de Romanâ Sede definire habeat, id tamen cum reverentiâ, propter ejus primatiam facere debet, & hoc notiſſimum eſt ad majorem ſpectare authoritatem.

Tertiò arguitur auctoritate Damaſi Papæ, quæ ponitur inter Epiſtolas Ambroſij, Epiſt. 72. in libris impreſſis, ubi deputati à Concilio Capuenſi, ad cognoſcendum de Bonoſo Epiſcopo in aliquibus accuſato, ſententiam ſciſcitati ſunt à Damaſo Papâ, ex Concilio Ambroſij, ut patet Epiſt. 72. Et ità reſpondet Damaſus: ſed cùm hujuſmodi fuerit Concilij Capuenſis judicium, ut finitimi Bonoſo Epiſcopo atque ejus accuſatoribus Iudices tribuerentur, & præcipuè Macedones, qui cum Epiſc. Theſſalonicenſi de ejus factis cognoſcerent, Advertimus quod nobis judicandi forma competere non poſſet: nam ſi integra eſſet hodie Synodus, rectè de his quæ veſtrorum ſcriptorum comprehendit ſeries decerneremus. Veſtrum eſt igitur, qui hoc reſpexiſtis judicium, ſententiam ferre de omnibus, nec refugiendi, aut elabendi accuſatoribus vel accuſato copiam dare, vicem enim Synodi recepiſtis quos ad examinandum Synodus elegit. Ecce quod Damaſus Papa dicit ſe non poſſe de illâ causâ cognoſcere, de quâ poſſet, ſi Synodus adhuc eſſet integra, id eſt, non commiſiſſet alijs judicium, & quod illa verba non ſint Ambroſij, patet ex ſequentibus, ſubditur enim deinde: cùm Epiſcopus Bonoſus, poſt judicium, miſiſſet ad fratrem noſtrum Ambroſium, qui ejus ſententiam conſuleret interdictam ſibi Eccleſiam irrumpere atque ingredi, reſponſum eſt ei quod nihil temerandum foret, ſed omnia modeſtè, patienter, ordine gerenda, neque contrà ſententiam veſtram tentandum aliquid, ut quod videretur vobis juſtitiæ convenire ſtatueritis, quibus hanc Synodus dederit authoritatem: hoc de ſe non dixiſſet Ambroſius. Sequitur iterùm ideò primum eſt ut ij judicent quibus judicandi facultas eſt data, vos enim ut ſcripſimus, Synodi vice decernitis, nos quaſi ex Synodi authoritate judicare non convenit. Et his manifeſtè patet Damaſum Papam, non ſolùm conceſſum, Concilium eſſe eò ſuperiùs in judicando, ſed & ipſos deputatos per Concilium in eâ causâ in qua deputati ſunt.

*Almainus de auctoritate Eccl. cap. 10.*

Secunda propoſitio, Concilium univerſale in his quæ fidei ſunt, errare non poteſt, & ſic ad ipſum ultima fidei deciſio ſpectat. Quod non poſſit in his quæ fidei ſunt errare, patet, quia ſpecialiter dirigitur à Spiritu Sancto, qui juxtà promiſſum Chriſti, omnem veritatem docet. Vnde & in concluſione Concilij Apoſtolorum Actuum 15. dixerunt Apoſtoli, viſum eſt Spiritui Sancto & nobis, præponentes Spiritum Sanctum tanquam præſidentem & ſpecialem directorem Concilij; & non dixerunt viſum eſt Petro & nobis, & iſtam con-

cluſionem ſatis innuiſſe videtur Auguſtinus, cùm inquit, Evangelio non crederem, niſi ad hoc me cogeret Eccleſiæ auctoritas. Non enim plus teneret credere Evangelio Ioannis quàm Evangelio Gamalielis, niſi quia hunc recipit Eccleſia & non iſtum. Vnde & in VII. Synodo, ut patet 16. diſt. Can. placuit, dicitur placuit huic Sanctæ Synodo, ut amodo confirmata & rata ſint Canonum Apoſtolorum 85. capitula. Quid autem intelligat per capitula, videatur diſputatio gloſſæ, & hanc indeviabilitatem à fide poſſumus deducere ex dicto Chriſti, cùm dicit Apoſtolis: Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi. Non enim intelligi poteſt illud de Apoſtolis in perſonis eorum, cùm non erant uſque ad conſummationem ſæculi victuri, ſed in eorum ſucceſſoribus, nec hoc alicui certo ex ſucceſſoribus promittit Chriſtus, ſed collectioni: Concilium enim generale verè repræſentat Concilium Apoſtolorum & ſeniorum. Iſta concluſio iterùm patet ex alio, non fatetur quilibet Chriſtianus ſe credere in unam ſanctam Eccleſiam Catholicam, & ſic eadem, eorum quæ ſunt fidei ultima deciſio ſpectabit. Cùm enim Papa fatetur ſe credere in unam ſanctam Eccleſiam, non intelligit quod credat ſemetipſum. Et tanta creditur aſſiſtentia Spiritus Sancti Concilio generali, ut non ſolùm ipſum indeviabiliter ſententiet de fide, ſed etiam aliquæ perſonæ aſſiſtentes Concilio ingenuè confeſſæ ſunt & ſcripſerunt Concilium eſſe ſuperius ad Summum Pontificem; diſſoluto verò Concilio, quia non ampliùs eis aſſiſtebat Spiritus veritatis, in oppoſitum ceciderunt errorem, ut patet de Panormitano, in duobus ejus tractatibus, quorum unum compoſuit in Concilio Baſileenſi, alterum poſt Concilium: primus intitulatur, de poteſtate Concilij & Papæ, ſecundus, de depoſitione Eugenij.

*Almaïnus de poteſtate Eccleſiaſt. & Laïcâ.*

Reſolutio ſcholæ Pariſienſis & Eccleſiæ Gallicanæ eſt, in omnibus actibus juriſdictionis, Papam ſubeſſe Concilio.

Quantùm ad iſta eſt concluſio quam tenent omnes Doctores Pariſienſes, & Galli, quòd poteſtas Papæ eſt ſubjecta poteſtati Concilij: & dico primò, quòd quantùm ad originem ſeu inſtitutionem, poteſtas Papæ non eſt ſuprà Concilium, neque è diverſo, quia utraque immediatè eſt à Chriſto inſtituta, ergò quantùm ad hoc, una non eſt ſuper aliam, neque una dependet de alterâ. Sed dicunt communiter omnes Doctores Pariſienſes, quod poteſtas Papæ eſt ſub poteſtate Concilij quantùm ad hoc quod Concilium poteſt certis legibus Papam arctare, ità quod teneatur Papa judicare ſecundùm leges & conſtitutiones à Concilio latas, & quantùm ad hoc eſt expreſſa determinatio Concilij Conſtantienſis & Baſileenſis, quod Concilium in Spiritu Sancto congregatum, univerſalem Eccleſiam repræſentans, immediatè habeat à Chriſto poteſtatem, cui omnis Chriſtianus, etiam in Papali dignitate conſtitutus obedire tenetur. Ergò Concilium poteſt Papam certis legibus arctare, &c. Et iſto modo quantùm ad collationes beneficiorum, eſt arctata poteſtas Papæ in regno Franciæ, neque poteſt ſibi ea reſervare ampliùs, ergò quantùm ad iſta, eſt ei data certa lex, & ſi faciat contrà, ejus ſententia erit nulla: & apparentia eſt in iſtâ opinione. Nam quandocumque ſunt duæ po-

teſtates ejuſdem generis, & una eſt deviabilis, & altera non, poteſtas quæ eſt in ſuppoſito deviabili, debet dirigi ſecundum poteſtatem indeviabilem. Sed quilibet Papa eſt deviabilis, & Concilium generale ritè congregatum eſt indeviabile. Ergò poteſtas Papæ debet dirigi ſecundùm diſpoſitionem Concilij generalis. Apparentia eſt maxima in majore: ſed minor eſt vera, nam Papa poteſt deviare, imò poteſt hæreticari, eſt enim homo non confirmatus in gratiâ, & remanet æqualiter peccator ſicut prius. Quod autem Concilium ritè congregatum non poſſit errare, patet, ſemper enim dirigitur ſpecialiter à Spiritu Sancto, quantùm ad exercitium poteſtatis ſuæ, & ideò non poteſt errare, ſecundùm id, ſecundùm quod dirigitur, igitur, &c. patet major Actuum 15. Viſum eſt Spiritui Sancto & nobis, præponitur Spiritus Sanctus quaſi regens Concilium, & gubernans, ergò ſignum eſt quod Spiritus Sanctus ſemper regit & gubernat Concilium; ergò ratione indeviabilitatis nituntur oſtendere quòd Concilium ſit ſuprà Papam, quantùm ad iſtud, quod eſt de ratione ſuperioris poteſtatis, certis legibus poſſe arctare inferiorem.

Quantùm ad aliud, quod eſt de ratione ſuperioris poteſtatis, quod licet ab inferiori ad eum appellare qui ſuperiorem habet auctoritatem, videtur ſatis manifeſtum, quod licet à Papâ eſt deviabilis, & Concilium non poteſt errare, ergò quantùm ad hoc, apparet Papam eſſe inferiorem.

Quantùm verò ad aliud, videlicet quod poteſtas ſuperior poteſt inferiorem judicare, utrum ſcilicet ipſum Concilium poſſit Papam judicare aut deponere à Papali dignitate, & alium inſtituere: dico quantùm ad hoc quòd Concilium eſt ſuprà Papam, & ipſum judicare poteſt & habet auctoritatem immediatè à Christo, & eſt maxima apparentia, cum Papa ſit defectibilis, quòd poſſit ab ipſo Concilio pro erratis puniri.

*Ioannes Major, de auctoritate Eccleſiæ.*

Diſputatio, an Papa ſubditus ſit fraternæ correctioni, & Concilio univerſali.

Tertiò. Arguitur non ſolum à Summo Pontifice, ſed à Summo Pontifice cum particulari Eccleſiâ, poteſt appellari ad Concilium ſive univerſalem Eccleſiam; & ſententiâ Summi Pontificis, & Concilii particularis, poteſt ſolui ab univerſali Concilio: igitur univerſale Concilium eſt ſuper Romanum Pontificem. Antecedens patet ex Epiſtolâ Auguſtini ad Glorium, Eleuſium, & Felicem Grammaticum, Epiſtolâ eſt 162. in ordine Epiſtolarum, illic mentionem facit de depoſitione Cæciliani Epiſcopi Carthaginenſis, ab Epiſcopis Africanis injuſtè factâ, quod videntes orbem communicare cum Cœciliano, & non cum eo quem inſtituerant, & cum agerent cauſam cum Melchiade Epiſcopo Romano, quatenùs eorum ſententiam confirmaret, & condemnati fuiſſent à Melchiade, dicit Auguſtinus ad propoſitum, quaſi non eis ad hoc dici poſſet & juſtiſſimè dici, ecce putemus illos Epiſcopos qui Romæ judicarunt, non bonos Iudices fuiſſe, reſtabat adhuc plenarium Eccleſiæ univerſalis Concilium, ubi etiam cum ipſis Iudicibus cauſa poſſet agitari, ut ſi malè judicaſſe convicti eſſent, eorum ſententiæ ſolverentur. Iſtud etiam con-

firmatur auctoritate Auguſtini Pſalmo 106. dicentis, ſunt enim quædam à Domino, quæ ad Apoſtolum Petrum propterea pertinere videantur, nec habent tamen illuſtrem intellectum, niſi cum referuntur ad Eccleſiam, cujus ille cognoſcitur in figurâ geſtaſſe perſonam, propter primatum quem in diſcipulis habuit; ſicut illud, Tibi dabo claves regni Cælorum; & ſimilia hujuſmodi: hoc ex Auguſtino ſuperius allegavimus in cap. 16. dicente 1. retractationum, dixi in quodam loco de Apoſtolo Petro, quòd in illo tanquam in petrâ ædificata eſt Eccleſia, ſed ſcio me poſteà ſæpiſſimè ſic expoſuiſſe quod à Domino dictum eſt, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, ut ſuper hanc intelligeret quam confeſſus eſt Petrus dicens: Tu es Chriſtus Filius Dei vivi, &c. ut in 16. capite dicimus. Idem Auguſtinus ſermone 15. de Apoſtolis Petro & Paulo dicit, Tibi dabo claves regni Cælorum, per hoc unitati & univerſali Eccleſiæ claves dedit. Et libro 2. quæſtionum veteris & novi teſtamenti, quæſt. 78. poſt multa verba ſic aït, Has autem claves non homo unus, ſed unitas accepit Eccleſiæ: Et Auguſt. in libro de agone Chriſtiano, reprobat errorem eorum qui dicunt claves Eccleſiæ eſſe datas ſoli Petro & non Eccleſiæ. Iſtud expreſsè tenet Hieronymus in Commentario ſuo Matthæi 16. & Rabanus aït, hæc autem ligandi atque ſolvendi poteſtas, quamvis ſoli Petro data videatur, tamen cæteris Apoſtolis datur.

*Toſtatus Commentariјs in cap.* 18. *Matthæi quæſtione decimâ octavâ.*

Quædam perſonæ ſunt, quarum delicta non ſufficit denuntiari alicui Eccleſiæ particulari: ideò nulla particularis Eccleſia poteſt judicare de eo, etiam quantùm ad hæreſim, ſed neceſſe eſt recurri ad Eccleſiam univerſalem cujus Papa eſt filius, licet ſit præcipuus filiorum: nam in eâ regnat, & in Sacramentis, quæ intrà ipſam ſunt juſtificatur & proficit.

*Idem cap. ſexageſimo nono defenſoriј.*

Chriſtus conſtituit ſupremum Tribunal in Eccleſiâ in ſacro Concilio etiam ſuprà Papam, & non ſolum in pertinentibus ad fidem, ſed etiam quantùm ad actiones: quæ omnia patent maniſeſtiſſimè, ex illo verbo Domini Matth. 18. Si peccaverit in te frater tuus, corripe illum inter te & ipſum ſolum: quòd ſi nec te audierit, dic Eccleſiæ, & ſi non audierit Eccleſiam, ſit tibi quaſi ethnicus & publicanus.

*Alphonſus à Caſtro Ordinis Minorum cap.* 8. *ſect.* 1.

At cùm Concilia generalia univerſalem Eccleſiam repræſentent, colligitur illa habere poteſtatem diffiniendi in his rebus quæ ad fidem attinent, Sedes autem Apoſtolica quoniam Eccleſia tanquam caput repræſentat primum poſt Concilia generalia in diffiniendo tenet locum.

*Monſieur Pithou dans le traité des libertez de l'Egliſe Gallicane.*

La ſeconde particularité eſt, qu'encore que le Pape ſoit reconnu pour ſouverain és choſes ſpirituelles: toutesfois en France la puiſſance abſoluë & infinie n'a point de lieu, mais eſt retenuë & bornée par les Canons & reigles des anciens Conciles de l'Egliſe, receus en ce Royaume. *Et in hoc maximè conſiſtit libertas Eccleſiæ Gallicanæ:* Comme en propres termes l'Vniverſité de Paris (qui garde, comme dit l'ancien Roman François, la clef de noſtre

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Chrétienté, & qui a eſté juſques icy tres-ſoigneuſe promotrice, & conſervatrice de ces droits) fit dire & propoſer en pleine Cour de Parlement, lors qu'elle s'oppoſa à la verification des Bulles de la legation du Cardinal d'Amboiſe.

De la ſeconde maxime depend ce que l'Egliſe Gallicane a toûjours tenu, que, combien que par la reigle Eccleſiaſtique, ou (comme dit ſaint Cyrille eſcrivant au Pape Celeſtin) par l'ancienne coûtume de toutes les Egliſes, les Conciles Generaux ne ſe doivent aſſembler ny tenir ſans le Pape, *clave non errante*, reconnu pour chef & premier de toute l'Egliſe militante, & pere commun de tous les Chrétiens, & qu'il ne s'y doive rien conclure ny arreſter ſans luy & ſans ſon authorité, toutesfois il n'eſt eſtimé eſtre par deſſus le Concile univerſel, mais tenu aux Decrets & Arreſts d'iceluy, comme aux commandemens de l'Egliſe, Eſpouſe de noſtre Seigneur Ieſus-Chriſt, laquelle eſt principalement repreſentée par telle aſſemblée.

## *Des memoires dreſſez pour le Roy tres-Chrétien & l'Egliſe Gallicane, par M. Capel.*

CAr ſous correction de l'Egliſe univerſelle, & proteſtations devant dites au commencement de ces preſens Memoires, le Roy & ſes ſujets ne ſont tenus d'obeïr au Pape, ou à ſes Officiers de Cour de Rome, en ce qu'ils voudroient faire contre le bien & eſtat univerſel de l'Egliſe, contre les ſaints decrets, determinations des Conciles & anciens Canons, contre la liberté, paix & tranquillité de l'Egliſe Gallicane, contre le bien public dudit Royaume & ſujets, contre les ſaintes & anciennes conſtitutions, ordonnances, coûtumes, uſances & determinations dudit Royaume, Egliſes & Parlemens d'iceluy, pour les raiſons qui enſuivent.

Primò, *parce que*, Licet Papa habeat plenitudinem poteſtatis, tamen ſi ſine neceſſitate, aut communi utilitate diſcedat à jure ſanctorum Patrum, aut contrà diſpenſat, non eſt fidelis diſpenſatio, ſed crudelis diſſipatio ſecundùm Bernardum lib. 3. de Conſiderat.

## *Du diſcours de M. Guy Coquille, des droicts Eccleſiaſtiques, & libertez de l'Egliſe Gallicane, & les raiſons & moyens d'abus contre les Bulles decernées par le Pape Gregoire 14. contre la France. 1591.*

OR le commun bruit eſt, & non toutefois bien certain à moy, que le Pape qui eſt de preſent a octroyé certain monitoire avec cenſures pour commander à tous ceux de ce Royaume, de ſe retirer de l'obeiſſance du Roy qui eſt de preſent, qu'aucuns diſent eſtre nommé par luy Henry jadis Seigneur de Bearn: Les autres diſent Henry jadis Roy de Navarre, & dit-on qu'à la queuë eſt la cenſure d'excommunication contre ceux qui n'obeïront dans certain temps prefix par le monitoire. Dés lors que j'en oüys le bruit, deſirant me conſerver, net & exempt des cenſures en ma conſcience, ſçachant

que

que les anciens Decrets portent que la ſentence du Paſteur, ores qu'elle ſoit injuſte, eſt à craindre, ainſi qu'il eſt dit *in Canon.* 1. *quæſt.* 3. *ſententiam Epiſcopi, ſive injuſta, ſive juſta fuerit, timendam eſſe*: mais au Canon, *ſi Epiſcopus*, en la meſme queſtion, cela eſt interpreté en cette ſorte, qu'il la faut craindre, c'eſt à dire, ne la condamner pas par ſuperbie, orgueil & arrogance: je declaray & proteſtay par écrit dés le vint-ſixiéme Avril, en mil cinq cens quatre-vints onze, que de grief futur j'eſtois & ſuis encore appellant au futur Concile Oecumenique, qui ſera legitimement aſſemblé, eſtimant que je ne ſeray ſeul en cét appel, & qu'aucunes perſonnes ayans charges publiques, meſme ceux qui ont les charges generalles, auſquels touche de procurer la conſervation de cét Eſtat, auront pris ou prendront la meſme voye.

Mais ces autheurs de l'omnipotence & puiſſance abſoluë du Pape non ſujette à aucune regle, ont eſtendu ſon pouvoir juſques à tout ce qu'il luy plairoit. Qui a eſté cauſe que le Pape a octroyé au Roy d'Eſpagne cette diſpenſe, & croy que c'eſt l'une des cauſes pour leſquelles le Roy d'Eſpagne & les Theologiens d'Eſpagne en faveur du Pape (duquel chacun d'eux eſpere des bienfaits, & nul d'eux ne quitte ſa part du Cardinalat ou du Papat) ſouſtiennent ſi exactement & obnixement cette exorbitante puiſſance du Pape, *etiam* pour la mettre par deſſus le Concile univerſel de l'Egliſe, quoy qu'au Concile de Conſtance en l'an 1417. auquel furent depoſez trois Papes, & eſleu Martin V. de la maiſon Edlonne de Rome, il fut arreſté que ce Concile univerſel de l'Egliſe legitimement aſſemblé, tient ſa puiſſance immediatement de Dieu, & a authorité de reformer l'Egliſe, *in capite & in membris.*

*Iac. Leſchaſſëius tract. de libertate antiquâ & canonicâ Eccleſiæ Gallicanæ.*

Si libertas Eccleſiæ nihil aliud eſt quàm jus commune antiquum, ejus caſus omnes ſpecialiter enumerari non poſſunt: corpus enim quoddam juris: verùm quæ illi libertati jura derogant, ſunt illa quæ ſpecialiter enumerari publicè utiliſſimum eſſet.

Veruntamen ſi cui libertatem Eccleſiæ in ſumma quædam capita diſtribuere in animo eſſet, hæc ferè forent, ſpeciales multos caſus comprehendentia. Neque Papam, neque totum omninò Clerum jus habere de ullâ re temporali ſtatuendi: multò minus de ullo Regno ſeu Imperio ſupremo omnem Eccleſiæ Paſtorem, imò ipſum Papam Concilijs Eccleſiæ eſſe ſuppoſitum.

## *De l'Extrait du Cayet preſenté au Roy & à ſon Conſeil pour les trois Eſtats aſſemblez en la ville de Tours en l'an* 1483.

Leſdits trois Eſtats deſdits Royaume & Dauphiné ſont prets d'eux en ſubmettre, & s'en ſubmettent au dict & ordonnance du prochain ſaint Concile, duëment aſſemblé au lieu qui a eſté deputé par le dernier Concile. Proteſtans qu'au cas que N. S. Pere voudroit aucune choſe faire au prejudice de l'Eſtat, droits & libertez dudit Royaume & Dauphiné, d'avoir leur recours audit prochain Concile à venir: auquel S. Cõcile & determination d'iceluy, ſe ſubmettent tous leſdits trois Eſtats en cette matiere. Et auſſi ſi N. dit S. Pere

vouloit entreprendre, ou dire aucune choſe au prejudice de la reformation qui fut faite de toute l'Egliſe univerſelle en chef & membre, aux ſaints Conciles de Conſtance & Baſle, ou qu'il voudroit aucune choſe entreprendre ſur les droits & préeminences du Roy & de ſa Couronne, d'en avoir & pourſuivre reparation en temps & lieu.

*Bagotius Ieſuita in Apologetico Fidei, libro 4. diſput. 2. cap 2. ſect. 1.*

Cùm ergò quandò Summus Pontifex doctrinam fidei definit, Dei aſſiſtentia, & ne deficiat, ſpecialis providentia non ſit miraculoſa, oportet Summum Pontificem concurrere, cum Deo cooperari, & ſeſe quodam certo determinatoque modo gerere, quo deficiente non ſit illa Dei aſſiſtentia infallibiliter ſperanda, nec Romanus Pontifex ut Chriſti Vicarius, & Spiritus Sancti organum agat, ſed ut privatus homo ac conſequenter mendax, & qui non ſolum deceptus ſit, ſed etiam alios decipere queat, id enim mendax ſignificat.

Hæc doctrina probatur ex facto S. Petri.

Obſervo quoque non majorem Romano Pontifici, quàm S. Petro infallibilitatem, ſed ſolummodò parem & ut ſummum æqualem tribuendam eſſe: at Chriſtus permiſit, ut Sanctus Petrus imprudens & incautus laberetur..... S. Ambroſius in cap. illud 2. ad Galatas, aït, viſos fuiſſe Apoſtolos diſſidere inter ſe, non in propriâ causâ, ſed in ſollicitudine Eccleſiæ interveniente causâ negligentiæ vel erroris. Quamobrem fatetur S. Petrum in ſollicitudine Eccleſiæ & regimine negligentiam vel errorem commiſiſſe, &, ut aït ibidem Ambroſius, feciſſe factum quod veritati Evangelicæ adverſabatur. S. Aug. lib. 2. de Bap. cap. 1. aliter quàm veritas poſtulabat de Circumciſione egiſſe Petrum, & non rectè in aliquo ingreſſum eſſe ad veritatem Evangelij. Vnde concludit: Si potuit Petrus contrà veritatis regulam, quàm poſteà Eccleſia tenuit, cogere gentes judaïzare, cur non potuit Cyprianus contrà regulam veritatis, quam poſteà tota Eccleſia tenuit, cogere hæreticos vel ſchiſmaticos denuò baptizari?.... Antè hanc autem definitionem Concilij Hieroſolymitani, licet S. Petrus, ut facto ſuo probavit, ſciret non eſſe Gentilibus neceſſariam Iudaïſmi obſervationem, fortè tamen adhuc dubitabat, an non hæc eis licita eſſet. Vnde factum eſt, ut ne Iudæos neceſſariam eſſe legem aſſerentes, Græci ſcandalizarent, eos judaïzare cogeret, & ad tempus Iudæis cederet. Vnde non erravit in fide S. Petrus, ſed ut ſummum neſcivit aliquid quod nondùm erat definitum explicitè, aut per imprudentiam non advertit, patiens hâc in parte defectum luminis, *inquit Cornelius*, & aſſiſtentiæ Spiritus Sancti.

Atque inde diſcere poſſunt Petri ſucceſſores ſe eſſe homines, & labi poſſe ſeu pati defectum luminis & prudentiæ, etiam cùm res Eccleſiæ tractant, ſi videlicet non adhibeant media & conditiones quas Spiritus Sanctus requirit, ut eis infallibiliter adſit.

Hoc ipſum Gelaſius Papa in tomo de anathematis vinculo, concedit. *Nunquidnam, inter cætera aït, aut Petri recta doctrina, cum his quæ humanitùs acciderunt, repudianda eſt, aut illa adhuc imbecillis inſcitia cum perfectâ ejus ſuſci-*

*pienda eſt doctrinâ?....* Nec S Cyprianus, nec quàmplurimi cum eo Epiſcopi unquam damnati ſunt tanquam hæretici, aut etiam errantes in fide aut in doctrinâ Eccleſiæ, quod S. Stephano ſtatim non conſenſerunt. Licet enim probè noſſent eum eſſe Summum Pontificem, & unum in Eccleſiâ ſupremum judicem, nec ſine ejus authoritate quidquam ad doctrinam fidei pertinens, certiſſimè definiri poſſe; ideóque per ſuam illam de Baptiſmi ab hæreticis collati reprobatione ſententiam in Concilio Carthaginenſi latam, nulli præſcribere ſe aut præjudicare velle dixerunt, ut habetur in Epiſtolâ ad Iubaïanum: dubitarunt tamen an S. Stephanus Papa eam omnem diligentiam & cautionem adhibuiſſet quam arbitrabantur neceſſariam, ut de Cathedrâ Petri, & cum infallibili Spiritus Sancti aſſiſtentiâ eos condemnaret, & ab hæreticis baptizatos rebaptizare omninò vetaret; arbitrati ſcilicet Summum Pontificem ut hominem labi poſſe, &, ut loquitur Cyprianus Ep. ad Pompeïum imperitè atque improvidè dicere & ſcribere aliquid poſſe. Quo ſuppoſito, conditiones Romano Pontifici ad habendam Spiritus Sancti aſſiſtentiam, & in ſuis de fidei doctrinâ decretis infallibilitatem, neceſſarias, breviter propono.

*Cap. 3. ſect. 1.*

Prima conditio eſt, ut ſit diſpenſator fidelis, ſeu nihil in doctrinâ fidei definienda faciat, niſi quatenùs depoſitæ fidei diſpenſator eſt, & ſupponit Scripturam ſacram, traditiones Apoſtolicas, & doctrinam jam ab anteceſſoribus definitam IN CONCILIIS, ità ut ſint principia, ex quibus per ratiocinationem colligat eas propoſitiones, quas credendas Eccleſiæ definit & proponit.

*Idem diſput. 3. cap. 10. ſect. 1.*

Cap. 1. de neceſſitate Conciliorum, ſect. 1. Varia Synodorum genera referuntur. Sanè apud Sanctum Cyprianum, Epiſt. 7. lib. 2. Clerus Romanus eidem S. Cypriano ſcribit, eo de negotio egiſſe ſe cum Epiſcopis vicinis & alijs Provinciarum diſſitarum, quos Romam perſecutio duxerat. Quidquid ſit, quantùm ego poſſum colligere, Romanus Epiſcopus quoties de negotio fidei, aut alijs ad Eccleſiam ſpectantibus tractat Concilium habet, & ſaltem Clerum Romanum ex Epiſcopis ſuæ Provinciæ, Preſbyteris & Diaconis Cardinalibus compoſitum, in Synodo congregatum audit, nec unquam de fide quidquam definit, niſi in Concilio. Nec verò aliter videretur prudenter agere, & conſequenter legitimè ac infallibiliter. Deus enim, ut ſuperius inſinuavi, agens de potentiâ ordinatâ, & concurſum ſuum ordinarium præſtans, requirit cauſarum ſecundarum cooperationem: & in tantùm infallibilitatem dat Summo Pontifici, in quantùm hunc, non nihil agentem aut dormientem illuminat, ſed humano etiam modo & ſecundùm naturalem rationem agentem ipſe dirigit. Pontifex igitur debet agere prudenter, & omnem diligentiam pro veritate fidei indagandâ inveniendâque adhibere. Et cùm Deus non faciat jam pro fidei doctrinâ novas revelationes, nec novos Prophetas aut Evangeliſtas ſuſcitet, in tantùm dat ſcientiam veritatis Eccleſiæ, in quantùm Summum Pontificem adjuvat, ut ex fidei articulis jam tra-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ditis & notis concluſiones inferat per ratiocinationem. Debet ergò Pontifex ratiocinari & prudenter agere, quod ut faciat, debet peritos & doctos conſulere, & ijs auditis cum ſuo Concilio judicare & definire quid ſentiendum ſit. Sed de hoc poſteà magis in particulari agam.

Nunc tantùm habeo duo dicere. Primò quidem Summum Pontificem quæſtionem de doctrinâ fidei ſemper cum Concilio aut Provinciali, aut univerſali tractare. Secundò in controverſijs facilioribus Provincialia ſeu particularia Concilia ſufficere: in gravioribus verò nonnullis quæſtionibus, neceſſe eſſe audire generalia Concilia, ità ut ſine illis eas controverſias cum ſummâ authoritate non dirimat.

Et ſectione ſecundâ, cujus titulus eſt: quòd ſine aliquâ Synodo Papa quæſtiones fidei non tradat, probatur.

Primum autem dictum probo uſu & praxi continuâ Summorum Pontificum & Eccleſiæ, in quâ nihil gravius aut difficilius Epiſcopi aut Metropolitani, niſi prius audito Concilio multa cum deliberatione decernere, aut ſtatuere, majoreſque cauſas tractare ſolent.

Illuſtris locus eſt apud S. Cyprianum lib. 3. Ep. 19. quâ ad Clerum Carthaginenſem ſuum ſcribens, de admittendis Confeſſorum litteris commendatitijs pro reconciliatione lapſorum, ſic loquitur. *Quæ res cùm omnium noſtrum conſilium & ſententiam ſpectet, præjudicare ego & ſolus mihi rem communem vindicare non audeo.* Scio Cardinalem Bellarminum, lib. 1 de Rom. Pont. c. 8. exiſtimare S. Cyprianum, non jure ipſo aut ex rei naturâ, ſed ſuâ ſponte ſe adſtrinxiſſe ad nihil ejuſmodi ſine conſilio ſtatuendum. Sed dubito an id probari poſſit, cùm id nullo modo ſignificet S. Cyprianus, & aliud innuant verba illius, rem videlicet, ipſam ſpectare ſententiam omnium, utpotè quæ communis eſt. Ad idem facit quod ſanctus Hieronymus in cap. 1. Epiſt. ad Tit. aït. *Sicut Presbyteri ſciunt ſe ex Eccleſiæ conſuetudine ei, qui ſibi præpoſitus fuerit, eſſe ſubjectos; ità Epiſcopi noverint ſe magis conſuetudine, quàm diſpoſitionis Dominicæ veritate Presbyteris eſſe majores, & in commune debere Eccleſiam regere, imitantes Moyſem, qui cùm haberet in poteſtate ſolus præeſſe populo Iſraël, ſeptuaginta elegit, cum quibus populum judicare....* Sed quod ad rem noſtram omninò facit, ipſe S. Hieronymus etiam tunc cùm fatetur Epiſcopos Presbyteris fuiſſe majores, voluit tamen ut in commune Eccleſiam regerent Epiſcopi imitati Moyſen, qui licet ſolus cum authoritate ſibi à Deo conceſsâ populo Iſraëlitico præeſſet, ſeptuaginta tamen elegit, cum quibus populum judicaret, quos ſcilicet conſulentes & judicantes audiret, & in partem adminiſtrationis admitteret. Sed quod in Eccleſiâ mos ille & uſus ſemper viguerit, ut ipſe quoque Romanus Pontifex nihil ſine Epiſcoporum, aut Eccleſiæ ſuæ conſilio in negotijs Eccleſiæ majoribus, & nominatim de fidei doctrinâ definiret, docet ſuprà citatus S. Irenæus, cùm ſub Clemente, eo ſcilicet authore & præſidente Eccleſiam Romanam de reparandâ Corinthiorum fide ad eos litteras ſcripſiſſe, ait lib. 3. cap. 3. Et verò antè Nicænum Concilium cùm de hæreſi damnandâ agendum fuit, id in Concilijs factum eſt; ut de quartodecimanorum hæreſi ſcribit Euſeb. lib. 5. hiſt. cap. 23. Cùm enim Aſiani ſuam opi-

nionem & uſum defenderent traditione majorum, ea verò conſuetudo in nullis prorsùs alijs Eccleſijs obſervaretur, ut videlicet in decimâquartâ primæ Lunæ die j junium ſolemne ſolveretur, ob eam cauſam Conventus Epiſcoporum, & Concilia per ſingulas Provincias, convocata ſunt, Cæſareæ in Paleſtinâ præſidentibus Theophilo Cæſareæ Epiſcopo & Narciſſo Hieroſolymorum, in Achaïa ſub Bachilo Corinthiorum, in Galliâ per Irenæum, & verò Romæ, in quo Concilio præfuit Victor Papa.

Sectione 3. cujus titulus eſt. Eadem neceſſitas Synodi probatur ex quintâ Synodo.

Prætereà hunc morem & verò neceſſitatem Synodorum pro controverſijs fidei dirimendis, quinta Synodus profert, cum collat. 8. ait, *docere ſacerdotes communibus quæſtionibus finem communem imponere, & id* probat exemplo Apoſtolorum. *Licet*, inquit, *Spiritus ſancti gratia, circà ſingulos Apoſtolos abundaret, ut non indigerent alieno conſilio ad ea quæ agenda erant, non tamen aliter voluerunt de eo quod movebatur, ſi oporteret gentes circumcidi, definire priuſquam communiter congregati divinarum ſcripturarum teſtimonijs unuſquiſque dicta ſua confirmaverunt. Vnde communiter de eo ſententiam protulerunt ad gentes ſcribentes : Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis, &c. Sed & Sancti Patres, qui per tempora in ſanctis quatuor Concilijs convenerunt, antiquis exemplis utentes, communiter de exortis hæreſibus & quæſtionibus diſpoſuerunt : certo conſtituto quod in communibus diſceptationibus cùm proponuntur, quo ex utrâque parte diſcutienda ſunt, veritatis lumen tenebras expellit mendacij : nec enim poteſt in communibus de fide diſceptationibus aliter veritas manifeſtari, cùm unuſquiſque proximi adjutorio indiget, ſicut in proverbijs dicit Salomon, frater fratri adjutorium præſtans exaltabitur, ſicut civitas munita.* Ità Proverbiorum 18. ubi noſtra vulgata habet, frater qui adjuvatur à fratre quaſi civitas firma, & judicia quaſi vectes urbium. Scio quàm variè locum hunc legant, & interpretentur Doctores. Non eſt fortè improbabilis & ad noſtrum inſtitutum non inepta hæc interpretatio. Fratrum mutuum auxilium, & concordia eſt fortis ſicut civitas benè munita, & quemadmodum vectes portarum ad civitatem muniendam pertinent, ità tùnc firmior & magis inconcuſſa eſt fratrum concordia, cùm inter ſe diſceptantes de jure ſuo decernunt, ſeu judicia exercent iuxtà illud apud Gallos uſitatum proverbium, bona computa amicos bonos facere, ſeu non eſſe calumniæ & offenſionibus obnoxiam amicitiam, cum amici rationes accepti & dati mutuò diligenter putant. Et ut ad rem noſtram illud dictum accommodem, dico tùnc rectores Eccleſiæ firmiſſimo concordiæ & conſenſus vinculo colligari, cùm ſeſe adjuvantes in deliberando, & quæſtionis propoſitæ rationes omnes expendentes ac veluti litigantes tandem judicium ferunt. Ad idem probandum Synodus illa quinta profert, quòd ait Chriſtus, Matth. 18. ubi poſtquam dixit, *ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus, &c.* Et, *quodcumque alligaveritis ſuper terram, &c.* Subjungit, *Iterùm dico vobis, quia ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re quamcumque petierint, fiet illis à patre meo, qui in cœlis eſt;*

*ubi enim ſunt duo vel tres congregati in nomine meo ibi ſum in medio eorum.* Quo in loco, obſervo eſſe has promiſſiones inter ſe connexas, nimirùm de adjuvandis Rectoribus Eccleſiarum in ſolvendis & ligandis Chriſtianis, quod per definitiones doctrinæ fidei, & excommunicationes Hæreticorum fit, cum congregati fuerint legitimè & in nomine Chriſti, id eſt imperio & autoritate ejuſdem Vicarij; tuncque Eccleſiam audiendam, quia ſcilicet infallibilis eſt: SIC TAMEN VT NEMO HANC IN ECCLESIA INFALLIBILITATEM HABEAT, NISI CVM CONCILIO, ET VBI PLVRES FVERINT CONGREGATI, ut aſſerit quinta Synodus, cum ait, *Non poſſe aliter manifeſtari fidei veritatem.* Et verò ex ejus dictis ratio ſatis manifeſta colligitur, quia ſcilicet diſceptari debet & diſcuti propoſita fidei quæſtio: ab uno autem ſolo non fit diſceptatio, nec niſi inter multos diſceptatur & conſultatur, maximè cum ſint conſulendæ Scripturæ traditioneſque Eccleſiæ, quas non unus homo, ſed plures certò noſſe & tradere ſolent. Deinde, unuſquiſque, inquit Synodus, adjutorio proximi indiget, & verò etiam Papa, qui quidem eſt caput viſibile Eccleſiæ, ſed ità ut ſit ejuſdem pars & membrum: at membrum nullum quantumvis excellens, dicere poteſt alijs membris eorum ope ſe non indigere, 1. Cor. cap. 12. Demùm id ipſum probat Synodus quinta exemplo Apoſtolorum, & omnium Patrum antiquorum. Quamobrem ſupponit (Gelaſius) nonniſi in congregatione ſeu Synodo res illas legitimè tractari poſſe, idque poſteà probat multis exemplis. Nam Sabellium, inquit, damnavit Synodus, Arium Nicæna, Eunomium & Macedonium Conſtantinopolitana, Neſtorium Epheſina, & ità de reliquis. Ex QVIBVS OMNIBVS CONCLVDO, SVMMVM PONTIFICEM, VT DEFINIAT ALIQVID INFALLIBILITER CONCILIVM ALIQVOD SEV SYNODVM AVDIRE OPORTERE, NEC MALE DICI TVNC EX S. PETRI CATHEDRA EVM LOQVI, SEV PRONVNCIARE SENTENTIAM, CVM AVDITO CONCILIO PRONVNCIAT.

Cap. 2. Aliquandò univerſalia Concilia neceſſaria eſſe oſtenditur. Sectione 1. Quæſtiones fidei diverſæ ſunt, & adeò difficiles eſſe poſſunt, ut requirant Concilium univerſale.

Alterum quod de Conciliorum neceſſitate pro ſolvendis quæſtionibus fidei aut hæreſibus damnandis dicebam, erat, non quidem ſemper eſſe neceſſaria Concilia univerſalia, ſed ſufficere authoritatem Romani Pontificis audito Concilio aliquo particulari: aliquandò tamen quæſtiones de fide & controverſias eſſe ejuſmodi, ut nonniſi plenario ſeu Oecumenico & univerſali Concilio terminari ſeu decidi poſſint.

Hujus aſſertionis ratio eſt, quia quæſtiones & controverſiæ de fide novæ poſſunt eſſe, variæ, & aliæ alijs difficiliores. Cùm enim modò nulla nova revelatio ad fidem Eccleſiæ pertinens fiat: ſed novæ de doctrinâ fidei definitiones & propoſitiones ratiocinatione colligi debent ex ijs propoſitionibus fidei, quas Eccleſia jam credit & tenet, & novæ iſtæ definitiones ſeu propoſitiones in illis jam creditis contineantur implicitè aut virtualiter, ſicut in propoſitionibus quas præmiſſas vocamus, concluſiones latere & contineri dicuntur: aliquandò quidem facilius iſtæ reperiuntur, aliquandò difficilius.

4. Probatur eadem aſſertio ex facto Apoſtolorum in quæſtione ortâ inter primos Chriſtianos, an Gentiles converſi ad Chriſtum eſſent obligandi ad legem Moyſis ſervandam & ad circumciſionem. Sanè ipſe S. Petrus Cornelium Centurionem ſine tali obligatione baptiſaverat: id ipſum ſanctus Paulus aſſerebat: Neuter tamen, aut ullus Apoſtolorum quæſtionem voluit ſolvere, & quid de fide credendum eſſet definire, niſi habito univerſali Concilio, in quo quæſtio diligenter diſceptata eſt, non tantùm ab Apoſtolis, ſed etiam à preſbyteris. Res geſta narratur Actorum 15. Nec verò auſim probare quod ait Bellar. citatus, ſingulos Apoſtolos potuiſſe ſine Concilio rem definire. Cur enim non tantùm coactum eſt Concilium, ſed etiam inquiſitio in eo facta eſſe dicitur, antequam definiretur quid tenendum eſſet, an ſimulatè quærebant Apoſtoli, aut fingebant ſe inſtituere quæſtionem de re quam jam exploratiſſimam habebant? Sanè haud ſcio an ejuſmodi fictiones prudenter admitti queant: quaſi verò in negotijs Eccleſiæ tractandis Apoſtoli ludere voluerint, & prudentes ità eſſe voluerint ſicut ſerpentes, ut ſimplicitatem colombarum neglexerint. Quod verò dicitur, Apoſtolos nihil ad fidei myſteria ſpectans ignoraſſe, hoc non impedit, cum Gelaſius P. in tomo de anathematis vinculo, in S. Petro *imbecillem inſcitiam de eâ re & controverſiâ* agnoſcat ante hoc Concilium, in quo perfectam doctrinam accepit. Quâ de re legantur quæ dixi in hujus diſp. cap. 1. ubi cùm quinta Synodus ait, *Apoſtolos non indiguiſſe alieno conſilio ad ea quæ agenda erant*, non contradicit doctrinæ hujus capitis, quia aliud eſt ſcire quid ſit agendum, aliud ſine vllo Concilio quamlibet fidei controverſiam definire; & in eo plena fuit Apoſtolorum prudentia, quod *nihil* eâ in parte temerè agere, & Eccleſiæ errandi occaſionem dare potuerint.

Septiéme propoſition de Iacques de Vernant.

p. 241 Sa réponſe a eſté lcüée, & approuvée par les Theologiens de Paris; d'où nous inferons qu'ils tiennent pour conſtant que cette doctrine eſt conforme à la commune croiance de l'Egliſe, & aux ſentimens de tous les Catholiques, on ne peut dire le contraire ſans faire injure à la plus celebre Faculté du monde, car c'eſt l'accuſer d'avoir manqué de connoiſſance, ou de zele, pour maintenir les veritez Chreſtiennes, s'il eſt vray que par les paroles de noſtre Seigneur Ieſus Chriſt à ſaint Pierre, il ſoit neceſſaire de croire que l'infaillibilité eſt promiſe à tout le Corps de l'Egliſe, non pas à la perſonne du Prince des Apoſtres.

## CENSVRE.

* an. 1542. art. 18, 19. 22. 23. * an. 1663. art. 4. 5. & 6.

Cette propoſition impoſe à la ſacrée Faculté, qui a expliqué ſa penſée dans les articles contre Luther, & dans la Declaration qu'elle a faite au Roy tres-Chreſtien, l'année 1663.

## *CENSVRA.*

*Hæc propoſitio imponit Sacræ Facultati, quæ mentem ſuam aperuit in articulis contrà Lutherum* & in declaratione factâ apud Regem Chriſtianiſſimum* anno 1663.*

---

### *Des articles de la Sacrée Faculté contre la doctrine de Luther.*

10, Martij 1542.

Art. 18. Chaque Chrétien eſt obligé de croire fermement qu'il y a en terre une Egliſe univerſelle viſible, laquelle ne peut errer en la Foy & bonnes mœurs, & à laquelle ſont obligez d'obeir tous les fideles en ce qui concerne la Foy & les bonnes mœurs.

art. 19. Que s'il arrive quelque doute, ou quelque controverſe touchant les ſaintes Ecritures, la definition & la determination en appartient à ladite Egliſe.

art. 20. Il eſt auſſi certain qu'il y a pluſieurs choſes qui ne ſont pas expreſſément & ſpecialement contenuës dans les ſaintes Ecritures, qu'il faut neantmoins croire, & de neceſſité recevoir par la Tradition de l'Egliſe.

art. 21. Il faut croire de la meſme certitude de verité, que la puiſſance d'excommunier eſt de droit divin, immediatement octroyé par Ieſus-Chriſt à ſon

### Ex articulis Sacræ Facultatis contrà Lutheri doctrinam.

*18. art. Tenetur & quilibet Chriſtianus firmiter credere unam eſſe in terris univerſalem Eccleſiam viſibilem quæ in fide & moribus errare non poteſt, qui omnes fideles in his quæ ſunt fidei & morum obedire adſtringuntur.*

*19. art. Quod ſi quid in Scripturis ſacris controverſiæ aut dubij oriatur ad præfatam Eccleſiam definire ſpectat & determinare.*

*20. art. Eſt & certum, multa eſſe credenda, quæ non ſunt expreſſè & ſpeciatim tradita in Scripturis ſacris: quæ tamen per traditionem Eccleſiæ ſunt neceſſariò recipienda.*

*21. art. Eodem veritatis firmamento recipiendum, poteſtatem excommunicandi eſſe de jure divino immediatè à Chriſto Eccleſiæ conceſſam*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ceſſam : & ob id magnoperè timendas eſſe cenſuras Eccleſiaſticas.*

Egliſe, & c'eſt pour cela que les Cenſures Eccleſiaſtiques ſont grandement à craindre.

*22. art. Certùm eſt Concilium generale legitimè congregatum, univerſalem repræſentans Eccleſiam in fidei & morum determinationibus errare non poſſe.*

art. 22. Il eſt auſſi certain que le Concile general legitimement aſſemblé, repreſentant l'Egliſe univerſelle, ne peut errer dans les determinations de la Foy & des bonnes mœurs.

*23. art. Nec minus certum eſt unum eſſe jure divino Summum in Eccleſiâ Chriſti militante Pontificem, cui omnes Chriſtiani parere tenentur, qui quidem poteſtatem habet & indulgentias conferendi.*

art. 23. Il n'eſt pas moins certain, que de droit divin il y a dans l'Egliſe militante de Ieſus-Chriſt, un Grand Pontife, auquel tous les Chrétiens ſont tenus d'obeïr, & qui a auſſi la puiſſance de conferer des Indulgences.

---

## *EXTRAIT DES REGISTRES DE PARLEMENT.*

CE jour les Gens du Roy, Maiſtre Denys Talon Aduocat dudit Seigneur portant la parole, ont dit à la Cour, que le Syndic de la Faculté de Theologie, avec ſept autres anciens Docteurs en la Faculté de Theologie, mandez ſuivant l'Arreſt du jour d'hier, eſtoient au Parquet des Huiſſiers. Eux entrez, Monſieur le Premier Preſident leur a dit, que la Cour les avoit mandez pour apporter la declaration faite par la Faculté de Theologie de ſes ſentimens touchant l'authorité du Pape. Le Doyen de ladite Faculté a dit, que pour obeïr aux ordres de la Cour ils avoient apporté ladite declaration extraite des Regiſtres de ladite Faculté, & ſignée par le Bedeau d'icelle, contenant :

*1. Non eſſe doctrinam Facultatis, quòd Summus Pontifex aliquam in temporalia Regis Chriſtianiſſimi auctoritatem habeat ; imò Facultatem ſemper obſtitiſſe etiam yis, qui indirectam tantummodò eſſe illam auctoritatem voluerunt.*

1. Que ce n'eſt point la doctrine de la Faculté, que le Pape ait aucune auctorité ſur le temporel du Roy : qu'au contraire, elle a toûjours reſiſté meſme à ceux qui n'ont voulu luy attribuer qu'une puiſſance indirecte.

*2. Eſſe doctrinam Facultatis ejuſdem, quòd Rex Chriſtianiſſimus nullum omninò agnoſcit, nec habet in temporalibus ſuperiorem præter Deum ; eámque ſuam eſſe antiquam doctrinam, à quâ nunquam receſſura eſt.*

2. Que c'eſt la doctrine de la Faculté, que le Roy ne reconnoiſt & n'a d'autres Superieurs au temporel, que Dieu ſeul ; que c'eſt ſon ancienne doctrine, de laquelle elle ne ſe départira jamais.

*3. Doctrinam Facultatis eſſe, quòd*

3. Que c'eſt la doctrine de la meſme



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Faculté, que les Sujets du Roy luy doivent tellement la fidelité & l'obeïſſance, qu'ils n'en peuvent eſtre diſpenſez ſous quelque pretexte que ce ſoit.

*ſubditi fidem & obedientiam Regi Chriſtianiſſimo ità debent, ut ab ys nullo prætextu diſpenſari poſſint.*

4. Que la meſme Faculté n'approuve point, & qu'elle n'a jamais approuvé aucunes propoſitions contraires à l'autorité du Roy, ou aux veritables libertez de l'Egliſe Gallicane, & aux Canons receus dans le Royaume; par exemple, que le Pape puiſſe depoſer les Eveſques, contre la diſpoſition des meſmes Canons.

*4. Doctrinam Facultatis eſſe, non probare, nec unquam probaſſe propoſitiones ullas Regis Chriſtianiſſimi auctoritati, aut germanis Eccleſiæ Gallicanæ Libertatibus, & receptis in Regno Canonibus contrarias; verbi gratiâ, quòd Summus Pontifex poſſit deponere Epiſcopos adversùs eoſdem Canones.*

5. Que ce n'eſt pas la doctrine de la Faculté, que le Pape ſoit au deſſus du Concile general.

*5. Doctrinam Facultatis non eſſe, quòd Summus Pontifex ſit ſuprà Concilium œcumenicum.*

6. Que ce n'eſt pas la doctrine ou un dogme de la Faculté, que le Pape ſoit infaillible lors qu'il n'intervient aucun conſentement de l'Egliſe.

*6. Non eſſe doctrinam vel dogma Facultatis, quòd Summus Pontifex, nullo accedente Eccleſiæ conſenſu, ſit infallibilis.*

Icelle declaration leuë en preſence des Gens du Roy, & deſdits Docteurs, Leſdits Docteurs retirez, les Gens du Roy par la bouche de Maiſtre Denys Talon, ont dit que la verité des anciennes maximes ſe ſouſtient aſſez par ſon propre poids, & n'a pas beſoin de mendier des ſuffrages ny des approbateurs: que c'eſt pourtant un grand avantage lors que tout le monde concourt dans un meſme ſentiment, & qu'il ne paroiſt point de diviſion dans les eſprits. Perſonne n'ignore les efforts & les artifices pratiquez par les Partiſans de la Cour de Rome depuis trente ans, pour élever la puiſſance du Pape, par de fauſſes prerogatives, & pour introduire les opinions nouvelles des Vltràmontains Et enfin les choſes ont paſsé juſques à tel excés, qu'apres avoir inſinué en ſecret ces propoſitiõs fauſſes & dangereuſes dans leurs écrits, ils ont eu la hardieſſe de les publier, & de les mettre dans des Theſes pour eſtre publiquement diſputées Cette temerité n'eſt pas demeurée impunie: car cette auguſte Compagnie également jalouſe de maintenir l'authorité Royale, les droits de la Couronne, les libertez de l'Egliſe Gallicane, & l'ancienne doctrine, auſquels ces opinions de l'infaillibilité, & de la ſuperiorité du Pape au Concile ſont directement opposées, n'a pas manqué de reprimer ces entrepriſes par la ſeverité de ſes Arreſts, & meſme d'en punir les autheurs: de ſorte que l'on peut dire que ces monſtres ont eſté eſtouffez dans leur naiſſance, & que ces tentatives, bien loin d'avoir aucun ſuccés, n'ont ſervi qu'à confirmer plus puiſſamment la verité, & à couvrir de honte & de confuſion les émiſſaires de Cour de Rome. Cependant la Faculté de Theologie occupée par une cabale puiſſante de Moynes, & de quelques ſeculiers liez avec eux

par intereſt & par faction, a eu de la peine à ſe démêler de ſes liens injuſtes, & à ſuivre les traces des Gerſons, & de ces autres perſonnages illuſtres, qui ont eſté dans tous les ſiecles les principaux défenſeurs de la verité: mais enfin par un genereux effort ayant fait reflexion ſur ce qu'elle doit au Roy, au public, & à ſa propre reputation, elle a expliqué ſes ſentimens, & condamné toutes ces nouveautés comme des erreurs qui ne peuvent éviter la cenſure. Et comme les ſix propoſitions qui viennent d'eſtre leuës & expliquées par l'organe du Doyen, contiennent non ſeulement la condamnation de tout ce qui pouvoit établir quelque ſuperiorité du Pape ſur le temporel, mais auſſi de cette chimere d'infaillibilité, & de cette dépendance imaginaire du Concile au Pape; il eſt inutile d'examiner ſi toutes ces propoſitions ſont conceuës en termes affirmatifs, eſtant certain qu'il n'y a point de milieu entre deux propoſitions contradictoires, & que ſi la Faculté ne croit pas que le Pape ſoit infaillible, il faut par une conſequence neceſſaire qu'elle juge qu'il peut tomber, ou eſtre induit en erreur, & corrigé par une Puiſſance ſuperieure, qui ne peut eſtre autre que celle du Concile, & de l'Egliſe univerſelle. Et tout le monde demeurant d'accord qu'il faut qu'il y ait une ſubordination; dés que l'on avoüe que le Pape n'eſt point au deſſus du Concile, il faut qu'il ſoit au deſſous, & ſoûmis à ſes deciſions, & à l'obſervation des Canons. De ſorte que comme le public eſt pleinement ſatisfait par cette declaration de la Faculté, d'autant plus que ſi elle eſtoit ſuſceptible d'ambiguité, on ne la pourroit interpreter, que par ce qui paroiſt de la doctrine de la meſme Faculté dãs la Cenſure de Sarazain, dans les Réponſes aux demandes du Roy Charles VIII. & dans les condamnations des erreurs de Luther: ils eſtiment qu'il y a lieu d'ordonner que les articles contenus en la declaration de ladite Faculté ſoient regiſtrez au Greffe de la Cour, & copies d'iceux envoyées dans tous les Bailliages & Vniverſitez du reſſort du Parlement, pour y eſtre leuës, publiées, & regiſtrées: deffenſes ſoient faites de ſoûtenir aucune doctrine contraire auſdits Articles: que les Arreſts des vint-deux Ianuier, & quatre Auril derniers ſoient executez: faire iteratives défences & inhibitions à tous Bacheliers, Licentiez, Docteurs, & à toutes autres perſonnes de ſoûtenir & diſputer, lire & enſeigner directement ny indirectement és Echoles publiques, ny ailleurs aucunes propoſitions contraires à l'ancienne doctrine de l'Egliſe, aux Canons des Conciles Generaux, aux libertez de l'Egliſe Gallicane, & aux anciens decrets de la Faculté de Theologie, à peine de punition exemplaire; & aux Syndics des Facultez, & Docteurs qui preſideront aux Actes, de ſoûfrir que telles propoſitions ſoient inſerées dans aucunes Theſes, à peine d'en répondre en leurs noms, & d'eſtre procedé contre eux extraordinairement. Eux retirez, LADITE COVR à ordonné & ordonne, que leſdits Articles contenus en la declaration de ladite Faculté de Theologie, ſeront regiſtrez au Greffe dicelle, & copies d'iceux envoyées dans tous les Bailliages & Vniverſitez de ce reſſort, pour y eſtre leuës, publiées, & regiſtrées. A fait & fait inhibitions & deffenſe de ſoûtenir aucune doctrine contraire auſdits Articles, ce faiſant a levé les ſuſpenſions portées par l'Arreſt du

quatorze Avril dernier : a reïteré & reïtere les deffenſes portées par les Arreſts des 22. Ianvier, & 4. Avril derniers : A fait inhibitions & défenſes à tous Bacheliers, Licentiez, Docteurs, & toutes autres perſonnes, de ſoûtenir & diſputer, lire & enſeigner directement ny indirectement és Echoles publiques, ny ailleurs, aucunes propoſitions contraires à l'ancienne doctrine de l'Egliſe, aux ſaints Canons, Decrets des Conciles generaux, & aux libertez de l'Egliſe Gallicane, & autres anciens Decrets de la Faculté de Theologie, à peine de punition exemplaire : Et aux Syndics, tant de ladite Faculté, que des autres Vniverſitez, & Docteurs qui preſideront aux Actes, de ſouffrir que telles propoſitions ſoient inſerées dans aucunes Theſes, à peine d'en répondre en leurs noms, & d'eſtre procedé contr'eux extraordinairement. FAIT en Parlement le 30. iour de May, 1663. Signé, ROBERT.

---

## *DECLARATION DV ROY ENVOYE'E à tous les Parlemens du Royaume, portant que les ſix Propoſitions preſentées à ſa Majeſté par la Faculté de Theologie de Paris, & qui ont eſté regiſtrées au Parlement, y ſeront pareillement leuës, publiées, & regiſtrées, & envoyée à tous les Bailliages, Senechauſſées, Iuriſdictions & Vniverſitez de leur Reſſort, pour y eſtre auſſi leuës, publiées & regiſtrées.*

LOVYS PAR LA GRACE DE DIEV ROY DE FRANCE ET DE NAVARRE: A tous ceux qui ces preſentes Lettres verront, Salut. La Faculté de Theologie de noſtre bonne Ville de Paris, qui depuis ſon établiſſement a eſté le plus ferme appuy de la Religion, & de la ſaine doctrine dans noſtre Royaume, & qui a toûjours fait profeſſion de s'oppoſer fortement à ceux qui ont voulu en alterer la pureté, ayant reconnu que depuis pluſieurs années quelques perſonnes ſe feroient efforcées d'introduire dans noſtre Eſtat, certaines maximes des Vltramontains contraires à celles qui ont eſté receuës de tout temps & directement oppoſées à nos droits, aux immunitez du Royaume, franchiſes & libertez de l'Egliſe Gallicane. Cette celebre Compagnie auroit eſtimé qu'il eſtoit de ſon devoir de faire tout ce qui dépendoit d'elle pour arreſter le cours d'une ſi dangereuſe doctrine, & à cette fin elle nous auroit fait une declaration authentique & ſolemnelle de ſes dogmes & de ſa doctrine en cette matiere, qu'elle a renfermée en ſix Propoſitions dont l'acte eſt cy attaché ſous le contre-ſeel de noſtre Chancellerie: laquelle declaration auroit eſté leuë & regiſtrée en noſtre Cour de Parle-

ment de Paris. Et parceque nous avons jugé qu'il eſtoit important de la faire auſſi regiſtrer dans les autres Cours de Parlement de noſtre Royaume, afin de la rendre publique & que les ſentimens de nos ſujets ſoient uniformes ſur ces articles, en ſorte qu'il ne ſoit rien dit, écrit, enſeigné, ny profeſsé qui ſoit contraire à ladite Declaration de ladite Faculté. SÇAVOIR faiſons que Nous, pour ces cauſes & autres bonnes conſiderations à ce nous mouvans, avons par ces preſentes ſignées de noſtre main, dit & ordonné, diſons & ordonnons, voulons & nous plaiſt que leſdites ſix Propoſitions contenuës en la Declaration de ladite Faculté de Theologie, ſoient leuës, publiées, & enregiſtrées en toutes nos Cours de Parlement, Iuſtices, Bailliages, Senéchauſſez, Iuriſdictions & Vniverſitez de noſtre Royaume, Pays & Terres de noſtre obeyſſance, faiſant tres-expreſſes inhibitions & défenſes à tous Bacheliers, Licentiez, Docteurs, & autres perſonnes, de quelque qualité & condition qu'elles ſoient, de ſoûtenir & défendre, lire & enſeigner directemēt ny indirectement és Echoles publiques, ny ailleurs, aucunes propoſitions contraires à celle de la Declaration de ladite Faculté de Theologie, ny d'en faire aucun écrit, à peine de punition exemplaire; & aux Syndics des Vniverſitez, & aux Docteurs qui preſideront aux Actes, de ſouffrir qu'il ſoit rien inſeré de contraire dans aucunes Theſes, à peine d'en répondre en leurs noms, & d'eſtre procedé contr'eux extraordinairement. Si DONNONS en mandement à nos Amez & feaux les Gens tenans noſtre Cour de Parlement de....... que ces preſentes, enſemble la Declaration de ladite Faculté contenuë eſdites ſix propoſitions, ils ayent à faire lire, publier, & enregiſtrer au Greffe de noſtre dite Cour, & en toutes les Senechauſſez, Bailliages & Vniverſitez du reſſort d'icelle, & à tenir ſoigneuſement la main à l'exacte obſervation d'icelles, ſans y contrevenir, ny permettre qu'il y ſoit contrevenu en aucune maniere: Car tel eſt noſtre plaiſir, en témoin dequoy nous avons fait mettre noſtre ſeel à ces dites preſentes. Donné à Paris le quatriéme jour d'Aouſt, l'an de Grace mil ſix cens ſoixante trois, & de noſtre Regne le vint uniéme.

# AVTHORITATE CONCILIORVM, & veterum Theologorum confirmatur Cenſuræ veritas.

## *Pro ſeptimâ Propoſitione.*

*OCtava Synodus Generalis Can. 21.*

Sed nec alium quemcumque conſcriptiones contrà ſanctiſſimum Papam ſenioris Romæ, ac verba cóplicare & cóponere, ſub occaſione quaſi diffamatorum quorumdam criminum; quod & nuper Photius fecit, & multò antè Dioſcorus. Quiſquis auté tantâ jactantiâ & audaciâ uſus fuerit, ut ſecundùm Photium, vel Dioſcorum, in ſcriptis, vel ſine ſcriptis injurias quaſdam contrà Sedem Petri Apoſtolorum Principis, moveat æqualem, & eamdem, quàm illi, condemnationem recipiat. Si verò quis aliquâ ſæculi poteſtate fruens, vel potens, pellere tentaverit præfatum Apoſtolicæ Cathedræ Papam, aut aliorum Patriarcharum quemquam, anathema ſit. Porrò ſi Synodus univerſalis fuerit congregata, & facta fuerit etiam de ſanctâ Romanorum Eccleſiâ quævis ambiguitas & controverſia; oportet venerabiliter, & cum convenienti reverentiâ de propoſitâ quæſtione ſciſcitari, & ſolutionem accipere, aut proficere, aut profectum facere, non tamen audacter ſententiam dicere contrà ſummos ſenioris Romæ Pontifices.

*Concilium Piſanum ann. Dom.* 1409. *ſeſſio.* 13.

Die Mercurij 29. dicti menſis Maij adveniente, ſervatis ſolemnitatibus, & ceremonijs, ut ſuprà, quidam valentiſſimus Magiſter in Theologiâ vocatus Magiſter Petrus Plaoul aſcendit pulpitum, & propoſuit verbum Dei, videlicet: Congregabuntur filij Iuda, & filij Iſraël pariter, & ponent ſibimet caput unum Oſeæ 1. in fine; & deduxit pulchrè exaltando Eccleſiam, & aſſerendo eam eſſe ſuprà Papam, quod deduxit pluribus rationibus, tam ex parte materiæ, ſcilicet animarum, quàm ex parte formæ, quæ eſt Spiritus; quàm etiam ex parte cauſæ efficientis, quæ eſt ipſe Chriſtus, quàm etiam ex parte finis, quæ eſt ipſe Deus in Eccleſiâ triumphante. Et poſtmodum poſuit opinionem Vniverſitatis Pariſ. videlicet quod Petrus de Lunâ eſt ſchiſmaticus, pertinax & hæreticus, etiam accipiendo hæreſim propriè & ſtrictè præciſuſque ab Eccleſiâ Dei, ejectus à jure Papatûs, & privatus, ac per Concilium de facto tanquam talis ejiciendus & privandus: & hæc declaravit pluribus rationibus, & ſubjunxit quod de eadem opinione erant Vniverſitates Andegavenſis, Aurelianenſis & Toloſanenſis. Ipſo autem deſcendente de Cathedrâ, aſcendit quidam Epiſcopus Italicus, qui opinionem centum & trium Magiſtrorum in Theologiâ, & plurium Licentiatorum & Baccalaureorum formatorum, ac Vniverſitatis Bononienſis in quâdam ſchedulâ publicavit, quæ eſt conformis opinioni Vniverſitatis Pariſienſis.

*Concilium Conſtantienſe ſeſſione 4.*

In nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Amen. Hæc ſancta Synodus Conſtantienſis generale Concilium faciens, pro extirpatione præſentis ſchiſmatis, & unione, & reformatione Eccleſiæ Dei in Capite & in membris fiendâ, ad laudem omnipotentis Dei, in Spiritu ſancto legitimè congregata, ad conſequendum faciliùs, ſecuriùs, liberiùs, & uberiùs unionem, & reformationem Eccleſiæ Dei ordinat, diſponit, ſtatuit, decernit, & declarat, ut ſequitur.

*Concilium Conſtantienſe ſeſſione 44.*

MARTINVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, ad futuram rei memoriam.

Cupientes ac volentes decreto hujus generalis Concilij ſatisfacere inter alia diſponenti, quòd omnimodò generalia Concilia celebrantur in loco quem Summus Pontifex per menſem antè finem hujus Concilij, approbante, conſentiente Concilio, deputare & deſignare teneatur, pro loco dicti proximè futuri Concilij celebrandi ſuprà dicti, eodem conſentiente & approbante Concilio Civitatem Papienſem tenore præſentium deputamus, & etiam aſſignamus, ſtatuentes & etiam decernentes, quòd Prælati & etiam alij qui ad generalia Concilia debent convocari, tempore prædicto civitatem ipſam Papienſem accedere teneantur.

*Concilium Conſtantienſe ſeſſione 45.*

Domini, ite in pace: & reſponſum fuit per adſtantes, Amen. Quo facto, Reverendus Pater Ioannes de Podimitis Epiſcopus Cathanenſis, Frater Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ profeſſor, de mandato Domini Noſtri Papæ, & conſenſu ſacri Concilij (ut aſſeruït) ambonem aſcendit. Antequàm autem ad talia ſe diverteret, ſeu procederet, Ambaſiatores Sereniſſimi Principis Vladiſlai Poloniæ Regis, & Illuſtriſſimi Principis Domini Alexandri, aliàs VVitoldi magni ducis Lituaniæ, petierunt nomine dictorum dominorum, quendam libellum, & in eo contenta cujuſdam fratris Ioannis Falkenberg notoriè crudeliſſimos errores & hæreſes (ut dixerunt) continentem, ritè damnatum tãquam hæreticum per deputatos in causâ fidei, ac etiam per omnes nationes Concilij, ac per Collegium Cardinalium concluſum (proüt dixerunt) conſtare publicis inſtrumentis, in ſeſſione publicâ per ſacrum Concilium damnari, ſeu publicè damnatum pronunciari, antequàm præſens Concilium diſſolveretur, Sanctiſſimo Domino Noſtro Papæ præfato humiliter ſupplicarunt: alioquin nomine quo ſuprà, proteſtabuntur de gravamine, & de appellando ad futurum Concilium.

Conciliariter in hoc Concilio intelligitur cùm quid non à deputatis tantùm ſed ab omnibus nationibus communi ſuffragio definitur decreta ſuprà allata nemine repugnante ab omnibus & ſingulis nationibus determinata fuerunt.

*Concilium Baſileenſe ſeſſione 3.*

Et primò declarat, quod ipſa Synodus in Spiritu Sancto legitimè congregata, generale Concilium faciens, & Eccleſiam militantem repræſentans, poteſtatem immediatè à Chriſto habet, cui quilibet cujuſcunque ſtatus vel dignitatis, etiam ſi Papalis exiſtat, obedire tenetur in his, quæ pertinent ad fidem & extirpationem dicti ſchiſmatis, & ad generalem reformationem Eccleſiæ Dei in capite & in membris: alterius verò tenor ſequitur in hæc verba.

*Ex Baſileenſis Concily œcumenici Epiſtolis Synodalibus.*

Enervare quidem conatur veritatem in Conſtantienſi Concilio declaratam, dicens eam declarationem ab unâ tantùm obedientiâ Ioannis 23. fuiſſe factam. Sed nunquid negare vult, pro eo tempore verum fuiſſe Concilium, & declarationes in eo factas, validas eſſe? quid autem contradicere vult de obedientijs alijs? reclamavit-ne aliqua contrà hujus veritatis declarationem? nunquid non omnes unanimiter & depoſitionem Ioannis laudaverunt, & in privationem Benedicti ab omni jure, ſi quod habebat in Papatu, conſenſerunt, quæ vigore authoritatis Synodalis, declaratæ per præfatam veritatem, facta ſunt? nunquid non omnes ad electionem fœlicis recordationis Martini Papæ V. proceſſerunt eâdem Synodali auctoritate? qui quidem Martinus deinceps approbante Concilio, definivit errorem eſſe, ſi quis diceret, non eſſe de neceſſitate ſalutis, credere Romanam Eccleſiam eſſe ſupremam inter Eccleſias, ſi per Romanam Eccleſiam intelligatur univerſalis Eccleſia, aut Concilium generale. Item ordinavit eodem approbante Concilio, ut quilibet de hæreſi VVicleffiſtarum ſuſpectus, interrogaretur, an credat, teneat, & aſſerat, quòd quodlibet Concilium generale, & etiam Conſtantienſe Catholicam Eccleſiam repræſentet. Item utrùm credat, quòd quicquid ipſum Concilium Conſtantienſe diſſinivit & approbavit in favorem fidei & ſalutem animarum, quòd hoc ſit ab omnibus fidelibus tenendum & approbandum, cùm tamen non ignoraret, prædictam declarationem in eodem Concilio factam eſſe.

*Concilium Florentinum ſeſſione nonâ.*

De poteſtate autem Occidentalis Eccleſiæ multa dicenda ſuppeterent, niſi alid nobis eſſet propoſitum. Et ſcimus quidem quæ ſint jura, & prærogativæ Romanæ Eccleſiæ; nihilominùs ſcimus etiam, prærogativæ ejus quos terminos habeant: noſſe tamen volumus Reverentiam Veſtram, à nobis facultatem hanc negari univerſæ Eccleſiæ & Synodo, vel etiam œcumenicæ, non tantùm Romanæ Eccleſiæ. Quoniam igitùr quantâcunque facultate polleat Romana Eccleſia, minùs tamen pollet Synodo œcumenicâ & univerſali Eccleſiâ, ſi nos id univerſali negamus Eccleſiæ, multò magis negabimus Romanæ: negamus autem non ipſi à nobis, ſed arbitramur hoc Patrum decretis negatum.

*Ex Bullâ retractationis Pÿ 2. Papæ.*

Aderant Legati Pariſienſis ſcholæ, cujus eſt fama percelebris: adfuerunt & aliquandò Veſtri & aliorum ſtudiorum Germanicæ nationis Oratores: & uno cuncti ore Concilij generalis authoritatem ad Cœlum efferebant: de poteſtate Romani Pontificis pauci erant qui loqui præſumerent: omnes qui publicè loquebantur, prurientes auribus multitudini applaudebant.

*Petrus de Alliaco de Eccl. authoritate, tertiâ parte, cap. 2.*

Quia verò nonnulli adverſarij veritatis & erroris defenſores, hanc mihi impoſuerunt infamiam, quod diſputare volebam de plenitudine poteſtatis Romani Pontificis, ut ejus ac Romanæ Eccleſiæ poteſtatem extollerem, & deprimerem auctoritatem Concilij generalis: ideò ad hanc maculam expur-

gandam, declarabo qualiter non ſolùm nunc, ſed jamdudùm Concilium generale ſtabilire niſus ſum, & ſpecialiter in hujus Concilij initio. Vnde tunc grave & periculoſum dicti Ioannis Papæ odium incurri. Tùm propter aliquas concluſiones, quas poſui ad hunc finem, ne præſens Concilium diſſolveretur, donec & quo üſque in ipſo plenè congregato, eſſet tractatum de perfectâ & integrâ Eccleſiæ unione, & ejus debitâ reformatione in capite & in membris: & quod oppoſitum dicere aut facere ſaperet, fautorem ſchiſmatis & hæreticæ pravitatis, tùm etiam, quia quidam ejus fautores, & impugnatores dictarum concluſionum, adversùs me quaſdam accuſationes conſcripſerunt, & ibidem ſcripſerunt ſub hâc formâ.

*Gerſonius de poteſtate Eccleſiaſticâ Conſid.* 10.

Benedictus autem Deus, qui per hoc ſacroſanctum Conſtantienſe Concilium illuſtratum divinæ legis numine dante ad hoc ipſum vexatione præſentis ſchiſmatis intellectum, liberavit Eccleſiam ſuam ab hâc peſtiferâ pernicioſiſſimâque doctrinâ, quâ ſemper manente perſeveraſſet ſemper ſchiſma nutritum ab eâ. Declaratum nempè decretumque eſt, quod & ſine Papâ generale Concilium convocari, & à Concilio Papa judicari certis caſibus poteſt. Quòd inſuper habet authoritatem generale Concilium præſcribere leges ſeu regulas, ſecundùm quas plenitudo poteſtatis Papalis non quidem in ſe quæ ſemper eadem eſt, ſed in uſu ſuo moderandâ, regulandâque eſt. Neque putandum eſt inſuper Concilia generalia ſic excepiſſe Papalem auctoritatem in conſtitutionibus ſuis, ut eidem permitteretur effrenis libertas, ea deſtruendi leviſſimè, quæ tantâ gravitate & digeſtâ ſapientum maturitate condita ſunt.

*Almaïnus de poteſtate Eccleſiaſticâ & Laïcâ.*

Reſolutio ſcholæ Pariſienſis, & Eccleſiæ Gallicanæ eſt, in omnibus actibus juriſdictionis Papam ſubeſſe Concilio.

Quantùm ad iſta eſt concluſio quam tenent omnes Doctores Pariſienſes & Galli, quòd poteſtas Papæ eſt ſubjecta poteſtati Concilij.

*Exemplum literarum ſanctæ Synodi Piſanæ 2. ad almam Univerſitatem Pariſienſem directarum, ſuper libello S. Thomæ de vio Cajetani, cui titulus, de authoritate Papæ & Concilij ſive Eccleſiâ comparatâ.*

Sacro-ſancta generalis Synodus Piſana in Spiritu Sancto legitimè congregata univerſalem Eccleſiam repræſentans, & per continuationem Mediolanum ad tempus tranſlata, Dilectis Filijs Rectori, Doctoribus, Magiſtris & Regentibus almæ Vniverſitatis ſtudij Pariſienſis, ſalutem & Omnipotentis Dei benedictionem. Dilectus filius Gaufredus Bouſſard Cancellarius Pariſienſis juſſu noſtro tradet vobis libellum quemdam ſuſpectum & plenum injurijs, contrà Concilium Conſtantienſe, & Baſileenſe, ac noſtrum, & contrà Ioannem Gerſonem optimum Eccleſiæ defenſorem, compoſitum per quemdam fratrem Cajetanum, hominem audacem & periculoſum, quem deſideramus pro ſuo demerito caſtigari. Ideò hortamur vos in Domino, ut libellum ipſum diligenter examinetis & diſcutiatis, mittatiſque ad nos celeriter determinationem veſtram doctrinalem, quâ poſſimus juxtà ejus audaciam cum ve-

ctris ſapientiſſimis conſilijs prudenter procedere, &c. Datum Mediolani in generali congregatione noſtrâ 10 Ianuarij 1512.

---

*Lettre de Louys XII. à l'Vniverſité de Paris, l'an 1512.*

TRes-chers & bien-aimez, nous avons eſté advertis que le Concile de Piſe ſeant de preſent à Milan, vous envoye par noſtre cher & bien-aimé Maiſtre Geofroy Bouſſart, Chancelier de l'Egliſe de Paris, un certain livret, pour eſtre par vous viſité & examiné : lequel a nagueres eſté compoſé par quelqu'un au deshonneur des Saints Conciles de l'Egliſe, & depreſſion de l'authorité d'iceux : auquel livret, comme l'on nous a rapporté, ſont contenuës pluſieurs grandes & dangereuſes erreurs, qui ne ſont à tolerer, & pource que ſommes deliberez de touſiours aider, porter & favoriſer les ſaints Conciles generaux de l'Egliſe, à l'exaltation, gloire, & authorité d'iceux, comme la raiſon veut : A cette cauſe nous vous prions tres-à-certes, que vous receu ledit livret, le viſitiez & examiniez diligemment, & les confutiez par raiſons, pointes & articles, eſquels il vous ſemblera eſtre contre verité. Si n'y veuillez faire faute, & vous nous ferez ſervice tres-agreable en ce faiſant. Donné à Blois ce 19. Fevrier. Signé, LOVIS. & au deſſous, ROBERTET,

*Ioannes Major de auctoritate Eccleſiæ.*

Hæc quæſtio quærit, an Maximus Pontifex ſit ſuper univerſale Concilium, vel ſuper univerſalem Eccleſiam, quam Concilium repræſentat.

Super præfatâ quæſtione duo ſunt modi dicendi oppoſiti, quorum unus tenet Papam eſſe ſuprà Concilium univerſale : hunc modum aliqui Cardinalium tenuerunt, & tenent communiter Thomiſtæ & Romæ, ut aſſeritur, nulli fas eſt oppoſitum tueri. Alium modum ſemper noſtra Vniverſitas Pariſiana, à diebus Concilij Conſtantienſis imitata eſt; ſic quod in eâ, qui prædictam viam tenuerit, in campo cogitur eam revocare : ego autem licet poſſim ab hâc quæſtione declinare, tamen cùm ità patenter incidat in caput quod tracto, vix poſſim diſſimulare : dicam tamen aliqua, quæ judicio eorum ad quos ſpectat, relinquo examinanda, & non tractabo prolixè materiam, quia hoc à viâ commentariorum diſcederet, duos articulos faciam.

*Ioannes Major de Eccleſiæ auctoritate.*

De Theologis, multò plures tenuerunt oppoſitum; ſuperius oſtenſum eſt quod Auguſtinus, & alij Doctores tenent partem quam inſequimur, hoc tenuerunt varij Cardinales, ut Ioannes Patriarcha Antiochenus, Petrus de Alliaco Cardinalis Cameracenſis. Nicolaüs de Cuſâ Cardinalis, Doctor vocatus Chriſtianiſſimus, Ioannes Gerſon Cancellarius Pariſienſis, profectò nunquam ſatis laudatus, & noſtra Facultas à diebus Concilij Conſtantienſis (in quâ plures exercitatos habetis Theologos, quàm in duobus vel tribus regnis) quæ ſic hanc partem fovet, quod nulli hoc licuit aſſerere oppoſitum probabile.

*Franciſcus*

*Franciſcus de Victoriâ Relectione 4. de poteſtate Papæ & Concilij.*

Pro hujus concluſionis probatione eſt notandum, quòd de comparatione poteſtatis Papæ eſt duplex ſententia; altera eſt Sancti Thomæ & ſequacium multorum, & aliorum Doctorum tàm in Theologiâ quàm in jure canonico, quòd Papa eſt ſuprà Concilium; & altera eſt communis ſententia Pariſienſium, & multorum etiam Doctorum in Theologiâ & Canonibus, ut Panormit. & aliorum contraria, quod Concilium eſt ſuprà Papam.

*Lettre de Monſieur de Lanſſac à Monſieur de Liſle Ambaſſadeur à Rome du 25. Ianvier 1562. touchant les Memoires pour le Concile de Trente.*

ET s'il ſe trouve de la difficulté audit decret, je crains qu'il y en aura davantage au ſeptiéme Canon du Sacrement de l'Ordre, où il eſt queſtion de l'inſtitution des Eveſques, & de l'eſtabliſſement de l'authorité du Pape, laquelle authorité ſera de noſtre part confirmée & eſtablie en tout & par tout juſques à un point, qui eſt la ſuperiorité ou inferiorité du Concile. Mais ſi l'on entroit en cette queſtion, laquelle ſera évitée de nous autant que nous pourrons, nous ne nous voudrions départir de l'ancienne opinion de l'Egliſe Gallicane, & de la determination des Conciles de Baſle & de Conſtance. Car nous avons expreſſe charge en nos inſtructions de ne permettre rien en cét endroit à noſtre préjudice.

*Lettre de Monſieur Ferrier au Roy.* 1563.

DV premier Concile, indict par feu Pape Paul Tiers. Et dautant, Sire, que par icelle concluſion le Pape eſt appellé Eveſque de l'Egliſe univerſelle, nous y eſtans, euſſions auſſi empéché cette qualité & denomination, & pluſieurs autres points qui ſe trouvent en icelle concluſion, par leſquels l'on infere neceſſairement que le Pape eſt par deſſus le Concile, contre l'opinion de l'Egliſe de France & de la Sorbonne de Paris; & ce que nous, par le conſeil de mondit Seigneur le Cardinal, & ſuivant l'opinion des Docteurs en Theologie, que Voſtre Majeſté a envoyez à Trente, avons pluſieurs fois requis & empéché, comme Monſeigneur d'Orleans ſçait, que le Pape ne fût appellé Paſteur de l'Egliſe univerſelle.

*Lettre de Monſeigneur le Cardinal de Lorraine, au Sieur Breton ſon Secretaire & Agent en Cour de Rome.* 1563.

ET afin que ſi l'on vous demande, que voudroit donc le Cardinal? comment voudroit-il parler? quelle eſt ſon opinion? Ie vous envoye, *ſan-*

*ctam doctrinam, & ſeptimum Canonem ſecundùm judicium meum*; & par là on verra ce que j'eſtime de l'inſtitution des Eveſques, & du degré auquel je tiens Sa Sainteté. Reſte à cette heure le dernier des titres que l'on veut mettre pour Noſtre S. Pere pris du Concile de Florence, & ne puis nier que je ſuis François, nourry en l'Vniverſité de Paris, en laquelle on tient l'authorité du Concile par deſſus le Pape, & ſont cenſurez comme heretiques, ceux qui tiennent le contraire. Qu'en France on tient le Concile de Conſtance pour general en toutes ſes parties, que l'on ſuit celuy de Baſle, & tient-on celuy de Florence pour non legitime, ny general, & pour ce l'on fera pluſtoſt mourir les François que d'aller au contraire.

*Monſieur Guy Coquille dans l'hiſtoire de Nivernois.*

Mais la difficulté a eſté grande, ſi les Papes ſont ſujets aux determinations qui ſe font eſdits Conciles generaux, d'autant que les Theologiens d'Italie & d'Eſpagne, & les Ordres de Religion inſtituez depuis deux ou trois cens ans, tiennent que le Pape eſt par deſſus le Concile, & que le Concile n'a pouvoir de luy commander; & les Theologiens de France, meſme de l'Vniverſité de Paris, qui a eſté toûjours eſtimée la premiere & plus excellente échole de Theologie en Chrétienté, ont tenu que le Concile eſtant legitimement aſſemblé, tient & a ſa puiſſance immediatement de Dieu, pour reformer tant le chef de l'Egliſe, qui eſt le Pape, que les membres: & ainſi fut determiné au Concile de Conſtance, & depuis au Concile de Baſle accepté à cét égard par l'Egliſe de France aſſemblée à Bourges du temps du Roy Charles ſeptiéme, où fut dreſsée la Pragmatique Sanction: & auparavant avoit eſté pratiqué au temps d'Henry III. Empereur, car en un Concile à Rome furent depoſez Gregoire VI. Sylveſtre III. & Benedict. IX. chacun d'eux ſe pretendant Pape legitimement éleu, & au Concile de Conſtance en l'an 1417. auquel aſſiſterent Sigiſmond Empereur, & pluſieurs autres Princes Chrétiens, Gregoire XII. & Iean XXIII. par gré ou par contrainte furent depoſez du Papat. Benedict. XIII. qui ſe montra deſobeyſſant au Concile fut excommunié par iceluy, & privé de la dignité Papale, & au meſme Concile fut éleu Pape Martin cinquiéme. Et au Concile de Baſle, Eugéne quatriéme Pape qui eſtoit Venitien de la maiſon Condelmarie, eſtant appellé, & non comparant, par contumace fut depoſé, & en ſon lieu fut éleu Pape Amedée de Savoye, qui en ſon vieil âge ayant abandonné le monde s'eſtoit fait Hermite, & fut nommé Felix cinquiéme: Vray eſt que ledit Concile de Baſle eſtant diſſolu, fut reprouvé par les Theologiens & Eccleſiaſtiques d'Italie, auſquels ne plaiſoit pas cét article que le Concile entreprit de dépoſer les Papes, & fut aſſemblé autre Concile à Florence, auquel la dignité Pontificale fut confirmée audit Eugéne, qui fut en l'an 1439.

*Monſieur Guy Coquille, dans l'Hiſtoire de Nivernois.*

Qui a eſté cauſe pour quelque temps que les Roys de France avec l'Egliſe voyans ce joug nouvellement impoſé, qui ne touchoit le fait de la doctrine Chrétienne, ains ſeulement le fait de la police Eccleſiaſtique, & qui tendoit à la dépravation d'icelle, ſe ſont par l'advis de la Faculté de Theologie de Pa-

ris, retenus & conſervez en l'ancienne liberté de l'Egliſe de France, reglée par les anciens Conciles & decrets, & ne ſe ſont aſſujettis à pluſieurs de ces nouvelles Decretales, Conſtitutions & Reigles de Chancellerie.

---

## Arreſt de la Cour de Parlement, par lequel la propoſition, *Quod Papa Concilijs ſit ſuperior*, eſt condamnée.

*Extrait des Regiſtres du Parlement, du Lundy 17. Decembre 1607.*

CE jour, ſur ce que les Gens du Roy ont remontré à la Cour, que le jour d'hier leur furent apportées certaines Théſes de pretenduës ſentences des droits Civil & Canon, imprimées pour eſtre ſoûtenuës par Maiſtre Georges Criton, ſoy diſant Iuriſconſulte & Profeſſeur du Roy, en la diſpute aſſignée en l'auditoire des écholes de decrets, à ce jourd'huy depuis midy juſques à Soleil couchant, entre leſquelles Théſes y en a une, qui eſt la ſeconde, en laquelle ledit Criton a propoſé pour ſoûtenir, *Quòd Hierarcha Romanus Concilijs ſit ſuperior.* Lequel article, comme il eſt couché, eſt contraire aux maximes anciennes de tout temps tenuës en France, meſmement en l'échole de la Faculté de Theologie, & ſignamment en la Sorbonne, requerant defenſes eſtre faites de propoſer ne publier leſdites Theſes, ne diſputer ſur icelles, & aux Docteurs en la Faculté de decrets, d'ouvrir leurs écholes pour la diſpute: La matiere miſe en deliberation, LADITE COUR a arreſté que la diſpute ſur les Théſes propoſées par ledit Criton ſera differée juſques à ce que par elle en ſoit autrement ordonné, & ſera ledit Arreſt ſignifié tant audit Criton qu'aux Docteurs en la Faculté de decrets.

*Vide Epiſtolas Eruditiſſimi Ioannis Launoij Theologi Pariſienſis in omni litterarum genere verſatiſſimi.*

## DE SVMMO PONTIFICE.

p. 128. Comment Saint Athanaſe auroit-il nommé le Pape Marc Eveſque de l'Egliſe univerſelle, s'il n'avoit reconnu que Ieſus-Chriſt a donné à Saint Pierre & à ſes ſucceſſeurs, la ſur-intendance de toutes ſes Egliſes, & une puiſſance abſoluë pour les gouverner avec la meſme authorité qu'il a receu de ſon Pere. Huitiéme Propoſition de Iacques de Vernant.

p. 145. C'eſt pourquoy Noſtre Seigneur Ieſus-Chriſt a donné à Saint Pierre & à ſes ſucceſſeurs, toute l'authorité qu'il a receu de ſon Pere, pour gouverner ſon troupeau.

p. 243. Voilà une faveur & une grace incomparable, puiſque l'authorité de Saint Pierre, & par conſequent du Pontife Romain ſon ſucceſſeur, eſt de meſme étenduë ſur l'Egliſe, que celle du Pere Eternel, & de ſon Fils Ieſus-Chriſt; or c'eſt un blaſpheme & une impieté horrible de penſer que le Fils de Dieu n'ait pas la puiſſance de condamner & de reprouver les Hereſies;



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

c'eſt donc auſſi un crime, de dire qu'il n'ait pas communiqué cette meſme puiſſance au Prince de ſes Apoſtres.

p. 53. Apres cela ne pouvons-nous pas dire que le Fils de Dieu a donné à Saint Pierre la meſme puiſſance qui luy eſt commune avec ſon Pere, ſur toute l'Egliſe?

p. 243. Ieſus-Chriſt declare en ſes paroles, ſelon le ſentiment de Saint Iean Chryſoſtome cité par Saint Thomas, qu'il luy donne la meſme puiſſance, & toute l'authorité qui luy eſt commune avec ſon Pere eternel, en tout le monde Chrétien.

p. 145. Ie pourrois expliquer les autres perfections en qualité de Chef, mais pour les comprendre en un mot, je me contente de dire qu'il eſt dépoſitaire des treſors de la ſcience & de la ſapience de Ieſus-Chriſt. *In ipſo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi.* Ad Coloſſ. cap. 2.

*En luy ſont tous les treſors cachez de la ſageſſe & de la ſciēce.* Aux Coloſſ. chap. 2.

## CENSVRE.

Ces ſix propoſitions ſont ſcandaleuſes & offenſent les oreilles pieuſes, & entant que dans les trois dernieres l'autheur ſoûtient *Que le Fils de Dieu a donné à Saint Pierre & à ſes ſucceſſeurs la meſme puiſſance qui eſt commune au Pere & au Fils, & qu'il abuſe du texte de l'Apoſtre aux Coloſſiens chap. 2. comme les paroles portent,* elles ſont blaſphematoires.

## *CENSVRA.*

*Hæ ſex propoſitiones ſunt ſcandaloſæ, piarum aurium offenſivæ; & quatenùs in tribus poſtremis aſſerit auctor*, eandem poteſtatem, quæ Patri & Filio communis eſt, Filium dediſſe Petro & ſucceſſoribus ejus, atque abutitur textu Apoſtoli ad Coloſſ. 2. ut verba præ ſe ferunt, *blaſphemæ.*

## *Revocation de la huitiéme erreur, par Iean Sarrazin.*

8. Tout homme purement voyageur ayant uſage de raiſon, quelque dignité, quelque authorité ou preéminence qu'il ayt, méme Papale, peut commettre la ſimonie.

## Revocatio octavi erroris Ioannis Sarraſin.

*8. Veritas. Quicumque purus viator habens uſum rationis, cujuſcumque dignitatis, auctoritatis aut præeminentiæ, etiamſi Papalis exiſtat, ſimoniam poteſt committere.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# AVTHORITATE SACRÆ SCRIPTVRÆ, Conciliorum, Sanctorum Patrum Eccleſiæ, & veterum Theologorum confirmatur Cenſuræ veritas.

## *Pro octavâ Propoſitione.*

IOannis 15. Manete in me: & ego in vobis. Sicut palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi manſerit in vite: ſic nec vos, niſi in me manſeritis. Ego ſum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert multum fructum: quia ſine me nihil poteſtis facere. Si quis in me non manſerit, mittetur foras ſicut palmes, & areſcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet.

*Actuum Apoſtolorum 3.*

Videns autem Petrus reſpondit ad populum: Viri Iſraëlitæ, quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quaſi noſtrâ virtute aut poteſtate fecerimus hunc ambulare? Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, Deus Patrum noſtrorum, glorificavit Filium ſuum Ieſum, quem vos quidem tradidiſtis, & negaſtis ante faciem Pilati, judicante illo dimitti, vos autem Sanctum & Iuſtum negaſtis, & petiſtis virum homicidam donari vobis: authorem verò vitæ interfeciſtis, quem Deus ſuſcitavit à mortuis, cujus nos teſtes ſumus. Et in fide nominis ejus, hunc, quem vos vidiſtis, & noſtis, confirmavit nomen ejus: & fides, quæ per eum eſt, dedit integram ſanitatem iſtam in conſpectu omnium veſtrum.

*Sanctus Petrus Epiſt. 1. cap. 5.*

Seniores ergò, qui in vobis ſunt, obſecro, conſenior & teſtis Chriſti paſſionum: qui & ejus, quæ in futuro revelanda eſt, gloriæ communicator: paſcite qui in vobis eſt gregem Dei, providentes non coactè, ſed ſpontaneè ſecundùm Deum, neque turpis lucri gratiâ, ſed voluntariè: neque ut dominantes in cleris, ſed forma facti gregis ex animo. Et cùm apparuerit princeps Paſtorum, percipietis immarceſſibilem gloriæ coronam.

*S. Paulus Epiſt. 1. ad Corinth. cap. 3.*

Cùm enim quis dicat: ego quidem ſum Pauli: alius autem, ego Apollo: nonne homines eſtis? quid igitur eſt Apollo? quid verò Paulus? miniſtri ejus, cui crediſtis, & unicuique ſicut Dominus dedit. Ego plantavi, Apollo rigavit: ſed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat: ſed qui incrementum dat: Deus.

*Epiſt. 1. ad Cor. cap. 4.*

Sic nos exiſtimet homo ut miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſterio-

rum Dei. Hîc jam quæritur inter diſpenſatores, ut fidelis quis inveniatur.

*Optatus Milevitanus, lib. 5.*

Quid eſt enim Paulus, vel quid Apollo? utique miniſtri ejus, in quem credidiſtis.

Eſt ergò in univerſis ſervientibus non dominium, ſed miniſterium.

*Chryſoſtomus homiliâ 10. in Epiſtolam primam ad Corinth.*

Hoc eſt, ne ſibi uſurpet quæ ſunt Domini, nec ſibi vendicet; ſed adminiſtret tanquàm diſpenſator, eſt enim diſpenſatoris rectè adminiſtrare quæ ſunt ei tradita, non autem ſua dicere quæ ſunt Domini, ſed contrà dicere eſſe Domini ea quæ ſunt ſua.

*Ibidem.*

Ad magnam perveniſti authoritatem, & aliquandò Eccleſiaſticam aſſecutus es adminiſtrationem? ne ingentes ſumas ſpiritus. Non tu acquiſiviſti gloriam, ſed Deus eâ te induit. Parce ergò tanquàm alienæ, eâ non abutens, neque utens ad ea quæ non decet, neque intumeſcens, neque eam tibi vendicans: ſed exiſtima te eſſe pauperem & inglorium. Neque enim ſi purpura regia tibi ſervanda eſſet tradita, oporteret abuti veſte, & eam corrumpere: ſed ei qui illam dedit conſervare diligentiùs. Dicendi facultem accepiſti? noli inflari nec inſoleſcere. Tuum enim non eſt donum.

*Chryſoſtomus homiliâ quintâ in Epiſt. ad Coloſſenſes.*

In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi. Si autem ſunt in ipſo, ſapienter quoque nunc venit. Cur ergò ſtulti quidam criminantur? vide quomodo loquitur cum ſimplicioribus, in quo ſunt omnes theſauri. Ipſe novit omnia. Abſconditi. Nam ne jam exiſtimetis vos habere univerſum. Sunt enim abſconditi etiam ab Angelis, non à vobis ſolis. Quamobrem ſunt ab eo omnia petenda. Ipſe dat ſapientiam & cognitionem. Dicendo ergò theſaurum, oſtendit multitudinem. Dicendo verò omnes, eum nihil ignorare. Dicendo autem abſconditi, quòd ſolus ſciat.

*B. Theodoretus in Epiſt. 1. ad Corinthios, cap. 3.*

Alius eſt Dominus, nos illius ſervi ſumus, & veſtræ ſalutis miniſtri [ & unicuique ſicut Dominus dedit.] Eſt enim in nobis differentia. Etſi enim omnes pariter miniſtramus, attamen menſurâ quâdam gratiam accepimus.

*Idem in cap. 4. ejuſdem Epiſtol.*

Qui vult nos honorare, honoret ut Chriſti miniſtros, revereatur diſpenſatores, honorem naturâ metiatur. Neque verò ſolùm hoc ſcripſit divinus Apoſtolus, ſed etiam fecit. Lycaones enim ſacrificare volentes prohibuit, veſtem unà cum Barnabâ lacerans, & clamans, æquè ac vos patibiles homines ſumus. Ità Beatus etiam Petrus dixit Cornelio, & ipſe ego homo ſum.

Hîc jam quæritur inter diſpenſatores, ut fidelis quis inveniatur. Non ut Domini dignitatem rapiat, ſed ut Domino benevolentiam conſeruet.

*Primaſius in Commentarys in cap. 4. primæ Epiſt. ad Corinth.*

Sic nos exiſtimet homo, ut miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei.

Non ut æquales Chriſto.

*Athanaſius contrà Arianos oratione 3.*

Idque cùm cognitum haberet Apoſtolus, dixit: aliud fundamentum nemo poteſt collocare præter id quod poſitum eſt, quod eſt Ieſus Chriſtus: quiſque autem videto, quomodo ſuper inædificet. Neceſſum autem eſt fundamentum tale eſſe, qualia ea quæ ſuperædificantur, ut congruant inter ſe. Verbum igitur quatenùs Verbum eſt, non habet aliquos qui ſecum congruant, unigenitum enim eſt: cæterùm, quatenùs homo factus eſt, ſimiles ſibi & congruentes habet, utpotè, cum quibus etiam ſimilem carnem induerit. Quocircà quantùm ad humanitatem, fundatur ut & nos ſuper eum veluti pretioſi lapides inædificemur, efficiamurque templum habitantis in nobis Spiritus Sancti. Vt autem ipſe fundamentum eſt, nos autem lapides ſuper eam inædificati, ità ipſe rursùm vitis eſt, nos autem palmites cohærentes, & conſerti, non ſubſtantiâ deitatis, id enim impoſſibile, ſed ratione humanæ conditionis: palmites ſiquidem conſimiles eſſe oportet viti. Iam, quia nos ſimiles ſecundùm carnem illi ſumus, & quia alioquin hæreticos humana ſentientes, exemplis humanis refutare oportet, iiſdem verbis, quibus ſuprà utendum exiſtimo.

*Hilarius, de Trinitate, libro nono.*

Si igitur proprius Filio Pater eſt, in eâ neceſſe eſt Filium manere proprietate quâ Pater eſt. Manere autem quomodò exiſtimabitur, ſi extrà præſcientiæ naturam ſit, & aliquid nativitati ejus ex authore defuerit? deerit enim propè totum: ſi quod proprium Deo eſt, non habeat: proprium autem Deo quid aliud, quàm cognitio futurorum eſt? ut res nondùm manentes, manſuraſque, poſteriùs inviſibilium ac nondùm extantium generum capax natura contineat. Non patitur autem in nobis Doctor gentium Paulus hanc impij erroris profeſſionem, ut ignoraſſe aliquid Vnigenitus Deus exiſtimetur. Ait enim: Inſtituti dilectione in omnes divitias adimpletionis intellectûs, in agnitionem Sacramenti Dei Patris & Chriſti, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi: Deus Chriſtus Sacramentum eſt, & omnes ſapientiæ & ſcientiæ in eo theſauri latent, portioni verò & univerſitati non poteſt convenire: quia neque pars omnia intelligitur, & omnia partem non patiuntur intelligi. Filius enim ſi diem neſcit, jam non omnes in eo ſcientiæ theſauri ſunt. Quòd ſi in eo omnes ſcientiæ theſauri ſunt: diem non ignorat, omnes in ſe ſcientiæ theſauros continens.

*Baſilius, libro 4. adversùs Eunomium.*

Si cognitionem omnium quæ Pater habet, Filius non habet, mentitus eſt cum dixit, omnia quæ Pater habet mea ſunt. Et, ſicut Pater novit Me, ego novi Patrem. Quòd ſi aliud eſt Patrem, aliud quæ Patris ſunt cognoſcere, majus autem Patrem cognoſcere, quàm ea quæ Patris ſunt, quantò unuſquiſque, quàm ſuâ major; cum id quod majus eſt Filius cognoſcat: (nullus enim, inquit, novit Patrem niſi Filius) quod minus eſt ignorat, quod eſt impoſſibile. Quoniam ergò non conferebat hominibus judicij

tempus audire, idcircò reticuit. Nam expectatio quidem perpetua ferventiores ad pietatem reddit: cognitio verò quod multum tempus intererit, negligentiores ad pietatem feciſſet, cùm ſperaſſent ſe vitæ mutatione factâ poſteà poſſe ſalvari. Nam qui uſque ad horam illam omnia novit (dixit enim ea) quo pacto horam illam ignoraverit? fruſtrà verò & Apoſtolus diceret, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi.

*Bernard. Epiſt. CCXXXVII. ad Papam Eugenium.*

Si amicus ſponſi es, ne dixeris dilectam ejus principem meam, ſed principem: nihil tuum in eâ vindicans, niſi quod pro eâ ſi oportuerit etiam animam dare debes. Si Chriſtus te miſit, æſtimabilis te non miniſtrari, ſed miniſtrare veniſſe: & miniſtrare non ſolùm ſubſtantiam; ſed ipſam quoque animam, ſicut præfatus ſum. Verus ſucceſſor Pauli dicet cum Paulo: *Non quia dominamur fidei veſtræ, ſed adjutores ſumus gaudij veſtri.* Petri hæres, audiet Petrum dicentem: *Neque ut dominantes in Clerum: ſed forma facti gregis.*

Quid ergò? nonne & mihi licet gaudere cum gaudentibus? Nunquid non ero unus de numero lætantium? exultavi, fateor, ſed cum tremore. Exultavi, ſed in ipſo exultationis meæ articulo timor & tremor venerunt ſuper me. Ego enim etſi nomen Patris depoſui, ſed non timorem, ſed non anxietatem, poſtremò nec affectum, nec viſcera Patris. Conſidero gradum: & caſum vereor. Conſidero faſtigium dignitatis: & intueor, faciem abyſſi jacentis deorſum. Attendo celſitudinem honoris: & è vicino periculum reformido, pro eo quod ſcriptum eſt: *homo cùm in honore eſſet, non intellexit.*

Itaque aſcendiſti in altum: noli altum ſapere, ſed time: ne fortè contingat ſerò miſerabilem illam emittere vocem. *A facie iræ & indignationis tuæ, elevans alliſiſti me.* Altiorem quippe locum ſortitus es, ſed non tutiorem. Sublimiorem, non ſecuriorem. Terribilis prorsùs, terribilis eſt locus iſte. Locus, inquam, in quo ſtas, terra ſancta eſt: locus Petri eſt, locus Principis Apoſtolorum, ubi ſteterunt pedes ejus. Locus illius eſt quem conſtituit Dominus Dominum domus ſuæ, & Principem omnis poſſeſſionis ſuæ.

*Gerſonius de Poteſtate Eccleſiaſticâ, Conſideratio. 12.*

Conſurgit ex adverſo blandiens & ſubdola adulatio, & ad aures Eccleſiaſticorum, præcipuè Summi Pontificis inſuſurrans. O quanta eſt, quanta ſublimitas Eccleſiaſticæ poteſtatis Tuæ. O ſacer clere, quàm nihil eſt ſæcularis auctoritas tuæ comparata. Quoniam ſicut Chriſto collata eſt omnis poteſtas in cœlo & in terrâ, ſic eam Chriſtus omnem Petro ſuiſque ſucceſſoribus dereliquit. Vnde & nec Conſtantinus quicquam Sylueſtro Papæ contulit quod non eſſet priùs ſuum, ſed reddidit injuſtè detentum. Porrò ſicut non eſt poteſtas niſi à Deo, ſic nec aliqua temporalis vel Eccleſiaſtica imperialis vel regalis niſi à Papâ, in cujus femore ſcripſit Chriſtus, Rex Regum, Dominus Dominantium. De cujus poteſtate diſputare inſtàr ſacrilegij eſt, cui neque quiſquam dicere poteſt, cur ità facis? ſic etiam temporalia omnia ſi Eccleſiaſtica bona atque dominia mutaverit, diripuerit, diſtraxerit. Mentior ſi non inveniuntur hæc ſcripta ab illis etiam qui ſapientes ſunt in oculis ſuis. Si præteréà non inveniuntur fuiſſe per

ali quos

aliquos Summos Pontifices hæc credita. Notum eſt illud Satyrici: *nihil eſt quod credere de ſe non poſſet cùm laudatur Dijs æqua poteſtas.* Et illud Comici de adulatore: *hic profectò ex ſtultis inſanos facit.* Sentiens autem adulatio quandoque nimis ſe cognoſci ſtudet quaſi modeſtiori ſermone depreſſius uti ut credibilior appareat.

*Idem quæ de ſtatibus Eccleſiaſticis, Conſid. 3.*

Status Papalis non eximit Papam à legibus purè divinis, quæ vel in Evangeliis vel generalibus Conciliis poſitæ ſunt. Et ex hoc conſequenter patet quod Papa ſubijcitur legi illi de correctione fraternâ. Si peccaverit in te frater tuus, &c. Sic quod poteſt fraternaliter corripi dùm peccat. Etſi tandem nollet audire Eccleſiam, quam generale Concilium repræſentat, debet haberi ſicut ethnicus & publicanus, & ità poteſt hoc modo per Concilium vel judicari vel coërceri, vel pro excommunicato haberi.

*Idem quæ de examinatione doctrinarum, Conſid. 1.*

Altera cautela eſt, conferre protinùs doctrinam, quæ terminos habet extraneos, vel ſententias novas & peregrinas, ad terminos doctorum communium, & ſententias eorum. Hoc Chriſtus contrà diabolum egit, hoc magnus Antonius docuit, hoc Paulus intellexit, cùm diceret ad diſcipulum, prophanas vocum novitates devitâ. Hoc Auguſtinus, Nobis inquit ad certam regulam loqui fas eſt. Hoc Hieronymus, Ex verbis, inquit inordinatè prolatis, oritur hæreſis. Hoc ſereniſſimè cuſtodivit Sacra Theologiæ Facultas Pariſienſis: cujus unum è multis ſit hoc exemplum. Vnus Licentiatus poſuit in Veſperijs, quod pater erat cauſa filij, id eſt pater generat Filium: confeſtim oppreſſum eſt os ejus, neque ſibi permiſſum eſt talibus uti terminis, ut oſtenderet exponendo ſe verum tenere ſenſum. Sic Auguſtinus cuidam loquenti de facto juxtà Philoſophorum aliquorum veram ſententiam, quòd Deus erat factum: Tene inquit ſententiam, ſed corrige linguam.

*Concilium Tridentinum ſeſſ.* 4.

Poteſt hæc temeritatem illam reprimere volens, quâ ad prophana quæque convertuntur, & torquentur verba, & ſententiæ ſacræ Scripturæ, ad ſcurrilia, ſcilicet fabuloſa, vana, adulationes, detractiones, ſuperſtitiones, impias & diabolicas incantationes, divinationes, ſortes, libellos etiam famoſos: mandat & præcipit ad tollendam hujuſmodi irreverentiam, & contemptum, ne de cætero quiſquam quomodolibet verba Scripturæ ſacræ ad hæc, & ſimilia audeat uſurpare, ut omnes hujus generis homines, temeratores, & violatores verbi Dei, juris & arbitrij pœnis per Epiſcopos coërceantur.

Neuviéme propoſition de Iacques de Vernant.

p. 128. Pourquoy l'auroient-ils prié demployer l'authorité de ſon Siege, pour maintenir la foy, & les orthodoxes, s'ils n'avoient ſceu qu'il ne peut errer, & qu'il eſt la veritable regle de la Foy.

## CENSVRE.

Cette propoſition, dans la partie où elle aſſeure, *que le Souverain Pontife eſt la veritable regle de la Foy*, eſt temeraire & induiſante à erreur.

## *CENSVRA.*

*Hæc propoſitio quâ parte aſſerit*, Summum Pontificem eſſe veram regulam fidei, *temeraria eſt, & in errorem inducens.*

---

## *Des articles de la Sacrée Faculté contre la doctrine de Luther.*

art. 19. Que s'il arrive quelque doute, ou quelque controverſe touchant les ſaintes Ecritures, la definition & la determination en appartient à ladite Egliſe.

art. 22. Il eſt auſſi certain que le Concile general legitimement aſſemblé, repreſentant l'Egliſe univerſelle, ne peut errer dans les determinations de la Foy & des bonnes mœurs.

art. 23. Il n'eſt pas moins certain, que de droit divin il y a dans l'Egliſe militante de Ieſus-Chriſt, un Grand Pontife, auquel tous les Chrétiens ſont tenus d'obeïr, & qui a auſſi la puiſſance de conferer des Indulgences.

## Ex articulis Sacræ Facultatis contrà Lutheri doctrinam.

*19. art. Quod ſi quid in Scripturis ſacris controverſiæ aut dubij oriatur, ad præfatam Eccleſiam definire ſpectat & determinare.*

*22. art. Certum eſt Concilium generale legitimè congregatum, univerſalem repræſentans Eccleſiam, in fidei & morum determinationibus errare non poſſe.*

*23. art. Nec minus certum eſt unum eſſe jure divino Summum in Eccleſiâ Chriſti militante Pontificem, cui omnes Chriſtiani parere tenentur, qui quidem poteſtatem habet & indulgentias conferendi.*

# AVTHORITATE CONCILIORVM, Sanctorum Patrum Eccleſiæ, & veterum Theologorum confirmatur Cenſuræ veritas.

## *Pro nona Propoſitione.*

I*Reneus adverſus hæreſes lib. 3. cap. 2.*

Cùm autem ad eam iterùm traditionem, quæ eſt ab Apoſtolis, quæ per ſucceſſiones Preſbyterorum in Eccleſijs cuſtoditur, provocamus eos, qui adverſantur traditioni: dicent ſe non ſolùm preſbyteris, ſed etiam Apoſtolis exiſtentes ſapientiores, ſinceram inveniſſe veritatem: Apoſtolos aut admiſcuiſſe ea quæ ſunt legalia Salvatoris verbis, & non ſolùm Apoſtolos, ſed ipſum Dominum modò quidem à Demiûrgo, modò autem à medietate, interdùm autem à ſummitate feciſſe ſermones: ſe verò indubitatè, & incontaminatè & ſincerè abſconditum ſcire myſterium. Quod quidem impudentiſſimè eſt blaſphemare ſuum factorem, evenit itaque neque Scripturis traditioni conſentire eos.

*Idem lib. 3. cap. 3.*

Traditionem itaque Apoſtolorum in toto mundo manifeſtatam in Eccleſiâ adeſt perſpicere omnibus qui vera velint audire, & habemus annumerare eos qui ab Apoſtolis inſtituti ſunt Epiſcopi in Eccleſijs, & ſucceſſores eorum uſque ad nos, qui nihil tale docuerunt, neque cognoverunt, quale ab his deliratur. Etenim ſi recondita myſteria ſciſſent Apoſtoli, quæ ſeorſim & latenter ab reliquis perfectos docebant, his vel maximè traderent ea, quibus etiam ipſas Eccleſias committebant. Valdè enim perfectos & irreprehenſibiles, in omnibus eos volebant eſſe, quos & ſucceſſores relinquebant ſuum ipſorum locum magiſterij tradentes, quibus emendatè agentibus fieret magna utilitas, lapſis autem ſũma calamitas. Sed quoniam valdè lõgum eſt, in hoc tali volumine omnium Eccleſiarum enumerare ſucceſſiones maximæ & antiquiſſimæ, & omnibus cognitæ à glorioſiſſimis duobus Apoſtolis Petro & Paulo Romæ fundatæ & conſtitutæ Eccleſiæ, eam quam habet ab Apoſtolis traditionem, & annunciatam hominibus fidem, per ſucceſſiones Epiſcoporum pervenientem uſque ad nos, indicantes confundimus omnes eos, qui quoquo modo vel per ſui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem & malam ſententiam præterquàm oportet colligunt. Ad hanc enim Eccleſiam propter potentiorem principalitatem, neceſſe eſt omnem convenire Eccleſiam, hoc eſt, eos, qui ſunt undique fideles, in quâ ſemper ab his qui ſunt undique, conſervata eſt ea quæ eſt ab Apoſtolis traditio.

*Idem caput* 4.

Tantæ igitur oſtenſiones cùm ſint hæc non oportet adhuc quærere apud

alios veritatem quam facile eſt ab Eccleſiâ ſumere, cùm Apoſtoli quaſi in depoſitorium dives, pleniſſimè in eâ contulerint omnia, quæ ſint veritatis, uti omnis quicumque velit, ſumat ex eâ potum vitæ. Hæc eſt enim vitæ introïtus, omnes aut reliqui fures ſunt & latrones, propter quod oportet devitare quidem illos, quæ aut ſunt Eccleſiæ, cum magnâ diligentiâ diligere, & apprehendere veritatis traditionem. Quid enim & ſi qui de aliquâ modicâ quæſtione diſceptatio eſſet, nonne oporteret in antiquiſſimas recurrere Eccleſias, in quibus Apoſtoli converſati ſunt: & ab eis de præſenti quæſtione ſumere quod certum & liquidum eſt. Quid autem ſi neque Apoſtoli quidem ſcripturas reliquiſſent nobis, nonne oportebat ordinem ſequi traditionis, quam tradiderunt ijs, quibus committebant Eccleſias, cui ordinationi aſſentiunt multæ gentes Barbarorum, eorum qui in Chriſtum credunt, ſine charactere vel attramento ſcriptam habentes per Spiritum in cordibus ſuis ſalutem, & veterem traditionem diligenter cuſtodientes, in unum Deum credentes fabricatorem Cœli & terræ; & omnium quæ in eis ſunt, per Chriſtum Ieſum Dei Filium.

*Clemens Alexandrinus Stromatum lib. 7.*

Gloriæ autem tenentur deſiderio, qui ea quæ ex ſuâ naturâ conveniunt, ſermonibus divinitùs inſpiratis, tradita à Beatis Apoſtolis & Magiſtris ſuâ ſponte fallaci ſapientiæ ſimulatione corrumpunt, per alias traditiones, humanis doctrinis reſiſtentes divinæ traditioni, ut hæreſim conſtituant Nam inter eos viros qui tanti erant in Eccleſiaſticâ cognitione, quid reſtabat dicendum à Marcione, verbi gratiâ, aut Prodico, & ſimilibus qui non ſunt ingreſſi rectâ viâ? neque enim eos qui præceſſerunt ſuperare potuerunt ſapientiâ, ut aliquid adinvenirent ijs qui ab illis verè dicta ſunt: ſed benè cum eis actum eſſet, ſi ſcire potuiſſent ea quæ priùs ſunt tradita. Is ergò ſolus qui eſt cognitione præditus, cùm ipſis conſenuerit ſcripturis, Apoſtolicam & Eccleſiaſticam ſervans dogmatum rectitudinem, rectiſſimè vivit convenienter Evangelio, & demonſtrationes ità ut quærit invenit: ut qui emittatur à Domino, à lege & à Prophetis. Nam vita, ut opinor, ejus qui eſt præditus cognitione, nihil eſt aliud quàm facta & verba quæ ſequuntur traditionem Domini.

*Tertulianus de præſcriptionibus adversùs hæreticos.*

Statim igitur Apoſtoli, quos hæc appellatio miſſos interpretatur, aſſumpto per ſortem duodecimo Mathiâ in locum Iudæ ex authoritate Prophetiæ quæ eſt in Pſalmo David, conſecuti promiſſam vim Spiritûs Sancti ad virtutes & eloquium, primò per Iudæam conteſtatâ fide in Ieſum Chriſtum, & Eccleſijs inſtitutis, dehinc in orbem profecti, eandem doctrinam ejuſdem fidei nationibus promulgaverunt, & proinde Eccleſias apud unamquamque Civitatem condiderunt, à quibus traducem fidei & ſemina doctrinæ, ceteræ exindè Eccleſiæ mutuatæ ſunt, & quotidie mutuantur ut Eccleſiæ fiant. Ac per hoc & ipſæ Apoſtolicæ deputantur, ut ſoboles Apoſtolicarum Eccleſiarum. Omne genus ad originem ſuam cenſeatur, neceſſe eſt. Itaque tot ac tantæ Eccleſiæ una eſt illa ab Apoſtolis prima, ex quâ omnes. Sic omnes pri-

mæ, & omnes Apoſtolicæ, dùm unam omnes probant unitatem. Communicatio pacis, & appellatio fraternitatis, & conteſſeratio hoſpitalitatis, quæ jura non alia ratio regit, quàm ejuſdem Sacramenti una traditio. Hanc igitur dirigimus præſcriptionem: Si Dominus Ieſus Chriſtus Apoſtolos miſit ad prædicandum, alios non eſſe recipiendos Prædicatores, quàm quos Chriſtus inſtituit, quia nec alius Patrem novit niſi Filius, & cui Filius revelavit, nec alijs videtur revelaſſe Filius, quàm Apoſtolis quos miſit ad prædicandum, utique quod illis revelavit. Quid autem prædicaverint, id eſt, quid illis Chriſtus revelaverit, & hìc præſcribam non aliter probari debere, niſi per eaſdem Eccleſias, quas ipſi Apoſtoli condiderunt, ipſi eis prædicando, tàm vivâ (quod aïunt) voce, quàm per Epiſtolas poſteà. Si hæc ità ſunt, conſtat proinde omnem doctrinam, quæ cum illis Eccleſijs Apoſtolicis matricibus & originalibus fidei conſpiret, veritati deputandam, id ſine dubio tenentem, quod Eccleſiæ ab Apoſtolis, Apoſtoli à Chriſto, Chriſtus à Deo ſuſcepit: reliquam verò omnem doctrinam de mendacio præjudicandam, quæ ſapiat contrà veritatum Eccleſiarum, & Apoſtolorum, & Chriſti, & Dei.

*Idem.*

Age jam qui voles curioſitatem meliùs exercere in negotio ſalutis tuæ, percurrere Eccleſias Apoſtolicas, apud quas ipſę adhuc Cathedræ Apoſtolorum ſuis locis præſidentur, apud quas ipſæ authenticæ litteræ eorum recitantur, ſonantes vocem, & repræſentantes faciem uniuſcujuſque. Proxima eſt tibi Achaïa? habes Corinthum. Si non longè eſt à Macedoniâ, habes Philippos, habes Theſſalonicenſes: ſi potes in Aſiam tendere, habes Epheſum: ſi autem Italiæ adjaces, habes Romam, unde nobis quoq; authoritas præſto eſt. Felix Eccleſia cui totam doctrinam Apoſtoli cum ſanguine ſuo profuderunt: ubi Petrus Paſſioni Dominicæ adæquatur, ubi Paulus Ioannis exitu cruciatur, ubi Apoſtolus Ioannes poſteà quàm in oleum igneum demerſus, nihil paſſus eſt, in Inſulam relegatur. Videamus quid didicerit, quid docuerit, cum Africanis quoque Eccleſijs conteſſerarit: unum Deum novit Creatorem Vniverſitatis, & Chriſtum Ieſum ex Virgine Mariâ Filium Dei Creatoris & carnis reſurrectionem: Legem & Prophetas cum Evangelicis & Apoſtolicis litteris miſcet, & inde potat fidem eam, aquâ ſignat, Sancto Spiritu veſcit, Euchariſtiâ paſcit, martyrio exhortatur, & ità adversùs hanc inſtitutionem neminem recipit. Hæc eſt inſtitutio, non dico jam quæ futuras hæreſes prænunciabat, ſed de quâ hæreſes prodierunt.

*Auguſtinus libro 2. de Baptiſmo cap. 3.*

Quis autem neſciat ſanctam Scripturam Canonicam, tàm veteris quàm novi Teſtamenti certis ſuis terminis contineri, eamque omnibus poſterioribus Epiſcoporum litteris ità præponi, ut de illâ omninò dubitari & diſceptari non poſſit, utrùm verum, vel utrùm rectum ſit, quicquid in eâ ſcriptum eſſe conſtiterit; Epiſcoporum autem litteras quæ poſt confirmatum Canonem, vel ſcriptæ ſunt, vel ſcribuntur, & per ſermonem fortè ſapientiorem cujuſlibet in eâ re peritioris, & per aliorum Epiſcoporum graviorem

auctoritatem, doctiorumque prudentiam, & per Concilia licere reprehendi, ſi quid in eis fortè à veritate deviatum eſt.

*Idem libro quinto cap. 16.*

Quòd autem nos admonet, ut ad fontem recurramus, id eſt, ad Apoſtolicam traditionem, & inde canalem in noſtra tempora dirigamus, optimum eſt, & ſine dubitatione faciendum.

*Idem libro ſeptimo.*

Sed nobis tutum eſt in ea non progredi aliquâ temeritate ſententiæ, quæ nullo in Catholico regionali Concilio cæpta, nullo plenario Concilio terminata ſunt. Id autem ſit curâ ſecuræ vocis aſſerere, quod in gubernatione Domini Dei noſtri & Salvatoris Ieſu Chriſti, univerſalis Eccleſiæ conſenſione roboratum eſt.

*Idem de unico Baptiſmo contrà Petilianum.*

Non ſanè parva eſt parúmque glorioſa conſolatio cujuſcúmque noſtrûm, ſi ab inimicis Eccleſiæ cum ipsâ Eccleſiâ criminamur, ejus tamen defenſio non in eorum hominum defenſione conſiſtit, quos iſti nominatim falſis criminationibus appetunt, prorsùs qualeſcumque fuerint, Marcellinus, Marcellus, Sylveſter, Melchiades, Meſúrius, Cæcilianus, atque alij quibus objiciunt pro ſuâ deffenſione quod volunt, nihil præjudicat Eccleſiæ Catholicæ toto terrarum orbe diffuſæ, nullo modo eorum innocentiâ coronamur, nullo modo eorum iniquitate damnamur.

*Idem contrà Iulianum Pelagianum lib. 2.*

Hoc autem probavimus Catholicorum authoritate Sanctorum, qui & hoc aſſerunt, quod de originali peccato dicimus, & illa quinque eſſe vera omnia confitentur. Ac per hoc non eſt conſequens, ut hoc falſum ſit, quia vera ſunt illa. Tales quippe ac tanti viri ſecundùm Catholicam fidem, quæ ubique toto orbe diffunditur, & hoc, & illa vera eſſe confirmant, ut veſtra fragilis, & quaſi argutula novitas ſolâ authoritate conteratur illorum, præter quàm quòd ea dicunt, ut ſe per eos loqui veritas ipſa teſtetur. Sed nunc authoritate primitùs eorum, veſtra eſt contumacia comprimenda, ut à præſumptionibus impetu repercuſſi, & quodammodo ſauciati, dùm tales homines Dei ſic in fide Catholicâ errare potuiſſe non creditis, ut aliquid dicerent, unde eſſet conſequens, Deum non eſſe hominum Creatorem, nuptias eſſe damnandas, in Baptiſmo non omnium remiſſionem fieri peccatorum, Deum eſſe injuſtum, nullam ſpem nobis remanſiſſe virtutis perficiendæ, quæ omnia vel aliquid eorum nefas eſt opinari, auſus præcipites refrenetis, & tanquàm ex furore reſipiſcentes, incipiatis in quâ nutriti eſtis, recolere & advertere & reſumere veritatem.

*Vincent Lirinenſis Commonitorio primo.*

Sæpè igitur magno ſtudio & ſummâ attentione perquirens à quàmplurimis ſanctitate & doctrinâ præſtantibus viris, quonam modo poſſim certâ quadam, & quaſi generali ac regulari viâ, Catholicæ fidei veritatem ab hæreticæ pravitatis falſitate diſcernere; hujuſmodi ſemper reſponſum ab omnibus ferè retuli: quòd ſive ego, ſive quis alius vellet exurgentium hæ-

reticorum fraudes deprehendere, laqueóſque vitare, & in fide ſanâ ſanus atque integer permanere, duplici modo munire fidem ſuam Domino adjuuante debebit. Primò ſcilicet, divinæ legis authoritate: tùm deinde Eccleſiæ Catholicæ traditione. Hìc forſitàn requirat aliquis: cùm ſit perfectus Scripturarum Canon, ſibi ad omnia ſatis ſuperque ſufficiat; quid opus eſt, ut ei Eccleſiaſticæ intelligentiæ jungatur auctoritas? quia videlicet ſcripturam Sacram pro ipsâ ſuâ altitudine non uno eodemque ſenſu univerſi accipiunt? ſed ejuſdem eloquia aliter atque aliter, alius atque alius interpretatur; ut penè quot homines ſunt, tot illinc ſententiæ erui poſſe videantur. Aliter namque illam Novatianus, aliter Photinus, aliter Sabellius, aliter Donatus exponit, aliter Arius, Eunomius, Macedonius, aliter Apollinaris, Priſcillianus, aliter Iovinianus, Pelagius, Cœleſtius, aliter poſtremò Neſtorius. Atque idcircò multùm neceſſe eſt, propter tantos tàm varij erroris anfractus, ut Propheticæ & Apoſtolicæ interpretationis linea ſecundùm Eccleſiaſtici & Catholici ſenſus normam dirigatur. In ipsâ itèm Catholicâ Eccleſiâ magnoperè curandum eſt, ut id teneamus, quod ubique, quod ſemper, quod ab omnibus creditum eſt. Hoc eſt etenim verè propriéque Catholicum; quod ipſa vis nominis ratioque declarat, quæ omnia ferè univerſaliter comprehendit. Sed hoc ità demùm fiet, ſi ſequamur univerſitatem, antiquitatem, conſenſionem. Sequemur autem univerſitatem hoc modo; ſi hanc unam fidem veram eſſe fateamur, quam tota per orbem terrarum confitetur Eccleſia: Antiquitatem verò ita; ſi ab his ſenſibus nullatenùs recedamus, quos Sanctos Majores ac Patres noſtros celebraſſe manifeſtum eſt: conſenſionem quoque itidem; ſi in ipsâ vetuſtate, omnium, vel certè penè omnium Sacerdotum pariter & magiſtrorum definitiones ſententiaſque ſectemur. Quid igitur tunc faciet Chriſtianus Catholicus, ſi ſe aliqua Eccleſiæ particula ab univerſalis fidei communione præciderit? Quid utique niſi ut peſtifero corruptoque membro, ſanitatem univerſi corporis anteponat? quid ſi novella aliqua contagio non jam Portiunculam tantùm, ſed totam pariter Eccleſiam commaculare conetur? tunc itèm providebit, ut antiquitati hæreat, quæ prorſùm jam non poteſt ab ullâ novitatis fraude ſeduci. Quid ſi in ipsâ vetuſtate, duorum aut trium hominum, vel certè Civitatis unius aut etiam Provinciæ alicujus error deprehendatur? Tunc omninò curabit, ut paucorum temeritati vel inſcientiæ ſi qua ſunt, univerſaliter antiquitùs univerſalis Eccleſiæ decreta præponat. Quid ſi tale aliquid emergat, ubi nihil hujuſmodi reperiatur? tunc operam dabit, ut conlatas inter ſe majorum conſulat interrogetque ſententias; eorum duntaxat, qui diverſis licet temporibus & locis, in unius tamen Eccleſiæ Catholicæ communione & fide permanentes, magiſtri probabiles extiterunt, & quidquid non unus aut duo tantùm, ſed omnes pariter uno eodemque conſenſu, apertè, frequenter, perſeveranter, tenuiſſe, ſcripſiſſe, docuiſſe cognoverit, id ſibi quoque intelligat abſque ullâ dubitatione credendum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Ex Collatione S. Maximi Abbatis & Martyris, cum Principibus in Secretario.*

Dicunt ei: & quid facies, cùm Romani uniti Bizantijs fuerint? ecce enim veri venerunt Apocriſiarij Romani, & cràs Dominico die communicabunt Patriarchæ. Ac per hoc omnibus manifeſtum ſit, quòd tu ſubverteris Romanos. Denique te illinc ablato, mox conſenſerunt his qui hîc ſunt. Et dixit ad eos: hi qui venêre, præjudicium quoquomodo ſedi Romanæ, quamvis communicent, eò quòd non detulerint ad Patriarchem Epiſtolam, non faciunt. Et non credo aliquandò quòd Romani uniantur iſtis, niſi confeſſi fuerint Dominum Noſtrum & Deum ſecundùm utrúmque eorum, ex quibus eſt, & quæ eſt eſſe, & naturâ voluntarium, & operatorium habere ſalutis noſtræ. Et dicunt: quòd ſi connexi fuerint his Romani, quid facies? & dixit: Spiritus Sanctus etiam Angelos anathematizat præter id quod prædicatum eſt quid innovantes.

*Anaſtaſius de Vitis Pontificum Romanorum in vitâ Liberij, anno 352.*

Ingreſſus Liberius in Vrbem Romanam 4. nonas Auguſti conſenſit Conſtantio hæretico, non tamen rebaptizatus eſt Liberius, ſed conſenſum præbuit, & tenuit Baſilicam Beati Petri Apoſtoli, & B. Pauli, & Baſilicam Conſtantinianam annos ſeptem. Et perſecutio magna fuit in Vrbe Romanâ, ità ut Clerici & Sacerdotes neque in Eccleſias, neque in balnea haberent introitum.

*Idem, in vitâ Anaſtaſij 2. ann. 497.*

Eodem tempore multi Clerici, & Preſbyteri ſe à communione ipſius erexerunt, eò quod communicaſſet ſine conſilio Epiſcoporum, vel Preſbyterorum, vel Cleri cunctæ Eccleſiæ Catholicæ, Diacono Theſſalonicenſi nomine Fotino, qui communis erat Acacio, & quia voluit occultè revocare Acacium, & non potuit; qui nutu divino percuſſus eſt.

*Idem, in vitâ Bonifacij 2. anno 530.*

Hic congregavit Synodum in Baſilicâ Beati Petri Apoſtoli, & fecit conſtitutum, ut ſibi Succeſſorem ordinarent. Quo conſtituto cum Chirographis Sacerdotum, & juſjurando ante confeſſionem Beati Apoſtoli Petri in Diaconum Vigilium conſtituit. Eodem tempore factâ iterùm Synodo, hoc cenſuerunt Sacerdotes omnes propter Reverentiam Sedis Sanctæ; & quia contrà canones fuerat hoc factum, & quia culpa eum reſpiciebat, ut ſucceſſorem ſibi conſtitueret, ipſe Bonifacius Papa reum ſe confeſſus eſt Majeſtatis, quòd Diaconum Vigilium ſui ſubſcriptione Chirographi, & ante confeſſionem Beati Apoſtoli Petri ſucceſſorem conſtituiſſet, ac ipſum conſtitutum in præſentiâ omnium Sacerdotum, & Cleri, & Senatus, incendio conſumpſit.

*Hincmarus Epiſtolâ nomine Caroli Calvi ad Hadrianum 2.*

Et hoc hortamentum, quod in litteris ex Nomine Veſtro ab Actardo Epiſcopo nobis delatis invenimus, ſcilicet, ut omnia, quæ à ſede Apoſtolicâ nobis veniunt, humili ſemper debeamus intentione recipere, non ſolùm, ut præmiſimus, Evangelicæ veritati, ſed etiam decretis Sanctorum invenitur adverſum.

*Idem.*

*Idem.*

Nos autem authoritatem veſtram judicaturam potiùs credimus, ut ea ſequamur, quæ deceſſores ac prædeceſſores veſtri ſecundùm ſcripturarum tramitem, prædicationemque majorum ſcripſerunt, quàm illa, quæ ſcriptor ſæpè dictæ Epiſtolæ ex nomine veſtro nobis directæ confinxit. Aït enim Beatus Auguſtinus libro ad Ianuarium, omnia talia, quæ neque ſanctarum Scripturarum authoritatibus continentur, nec in Concilijs Epiſcoporum ſtatuta inveniuntur, nec conſuetudine univerſalis Eccleſiæ roborata ſunt, reſecanda exiſtimo.] Et Sanctus Leo, de his quæ à ſacris Canonibus habentur ità præfixa, & ijſdem Apoſtolicæ ſedis ſunt promulgata decretis, ut nullâ poſſint ratione convelli, conſtituit, ut omni penitùs authoritate ſit vacuum, quicquid ab illorum fuerit conſtitutione diverſum.

*Idem.*

Quod adhuc noſtris litteris ad exemplum inſerere noluimus, donec ſciamus, ſi duritiam mandatorum veſtrorum ergà nos aliter ad benignitatem inflectere poterimus: quia quod ex Apoſtolicæ Sedis nomine ſecundùm ſanctarum Scripturarum tramitem, prædicationemque majorum, & orthodoxorum decreta ſcribitur, ſequendum & tenendum non ignoramus, & quod ſecùs à quoquam fuerit compilatum ſive confectum, non ſolùm reſpuendum, ſed & redarguendum eſſe cognoſcimus.

---

## *Lettre du Roy Philippes le Bel au Pape Clement V.*

ABſit enim à regiæ perennitatis ſecularis in quæſtione fidei quicquam, quod Veſtra Sanctitas, maximè ſacro approbante Concilio deciderit, in aliquod unquam dubium revocare.

---

## *Lettre de Louys Comte d'Evreux, & Guy Comte de Saint Paul, au Pape Clement cinquiéme.*

ABſit enim à nobis tàm execranda præſumptio in quæſtione fidei, quicquam, quòd Reverendiſſimæ Sanctitatis Veſtræ Sedes, & maximè ſacro approbante Concilio deciderit, in aliquod unquam dubium revocare.

*Gerſonius de examinatione doctrinarum, Conſid. 2.*

Examinator juridicus doctrinarum fidem tangentium, Papa ſupremus eſt in terris, poſt generale Concilium, vel cum ipſo deducitur authoritate Canonum cum ratione morali præſuppoſitâ fide: quoniam ſupremus in omni politiâ, juris habet dubia circà politiam emergentia determinare, vel interpretari, vel declarare, cum oppoſitione pœnarum in rebelles, hoc autem eſt judicium auctoritativum. Diceret aliquis non oportet ità fieri, cùm Papa ſit deviabilis, non enim eſt magis confirmatus quàm Petrus erat? unde

reprehenſus eſt à Paulo, eò quòd non rectè ambularet ad veritatem Evangelij, confirmat hæc objectio Conſiderationem præcedentem, ſed plus infert quàm oportet: neque enim poteſt aſſiduè Concilium generale haberi præſentialiter pro deciſione dubiorum, nec expediret paſſim ità fieri: ſupremus autem in Eccleſiâ faciliter aditur: qui ſi nollet omninò pertinaciter ea quæ ſunt fidei declarare, vel erraret declarando, ſupereſt judicium Concilij. Porrò non ſequitur, Papa poteſt in definiendo fallere vel falli, igitur non eſt judex idoneus; ſicut in alijs patet inſtantia. Concluditur tamen ex hâc radice duplex veritas: prima, quod determinatio ſolius Papæ in his quæ ſunt fidei, non obligat, ut præcisè eſt talis, ad credendum; alioquin ſtaret in caſu, quod quis obligaretur ad contradictoria, vel ad falſum contrà fidem. Secunda veritas eſt, quod Sententia Papæ ligat omnes fideles ad non dogmatizandum contrarium, niſi per illos, aut apud illos, qui manifeſtum contrà fidem deprehendunt errorem, & ſcandalum grande fidei ſuo ſilentio fieri, ſi non opponerent ſe, cognoſcunt.

*Frater Angelus de Clavaſio in ſumma verbo Papa.*

Vtrùm Papa poſſit decidere contrà aliud ſtatutum in causâ fidei ſine Concilio; reſpondeo quòd non, ut in cap. Anaſtaſius in diſtinctione, quia Papa errare poteſt in fide, 40. diſtinct. Si Papa ſed non tota Eccleſia. Cap. à rectâ. ibi bona gloſſa. 24. quæſt. 1.

*Alphonſus à Caſtro lib 1. cap. 8.*

Huc accedit quòd plurima ſunt etiam Sanctorum Patrum teſtimonia, aſſerentia Sedem Apoſtolicam nunquam à rectâ fidei regulâ deviaſſe quæ ponuntur in volumine decretorum 24. quæſt. 1. videat qui velit, verum ſic animadvertendum eſt nomen Sedis Apoſtolicæ, non pro ſolo ſummo Pontifice accipi, quùm ſic in fide errare poſſit ut ſuperiùs de Liberio, & Anaſtaſio & Celeſtino oſtendimus.

*Petrus de Marca Archiepiſcopus Pariſienſis de Concordiâ Sacerdotij & Imperij, lib. 5. cap 8.*

Enimverò ſummæ huic authoritati tēperamentum quoddam adhibuit ipſe Leo; nempè ut ſi rebus à ſe definitis aliqui Epiſcopi non aſſentirentur, tota negotij diſceptatio ad generale Concil. referretur. Nec immeritò, cùm optimè ſciret univerſalis Eccleſiæ fidem nullibi apertiùs explicari, vel ſplendidiùs eminere, aut ſecuriùs prædicari, quàm in compendio univerſalis Eccleſiæ, quæ Concilijs generalibus repræſentatur; ubi Spiritus Sancti præſentiam teſtatur Congregatio Sacerdotum, quemadmodùm loquitur Celeſtinus. Quare licet nullo pacto Summus Pontifex Leo de doctrinâ fidei dubitaret, quam Epiſtolâ ſuâ luculenter expoſuerat; attamen Synodi neceſſitatem agnovit, ſi aliquot Epiſcopi ſuæ definitioni refragarentur. Etenim formam fidei per Legatos ſuos ad Theodoſium mittens aït: ſin verò aliqui à puritate noſtræ fidei atque Patrum auctoritate diſſentiant, concilium vniuerſale intrà Italiam, ſicut Synodus quæ ob hanc cauſam Romæ convenerat mecum petit, Clementia Veſtra concedat: ut in unum convenientibus omnibus his, qui aut ignorantiâ, aut errore prolapſi ſunt, correctionis remedijs

conſulatur. Et alijs litteris Pulcheriam rogat, ut ſi qui à Confeſſione fidei diſſentiant, quam ipſe explicuerat, Synodum cogi procuret: Et quâ (id eſt, fidei confeſſione) ſi forſitàn ab aliquibus diſcrepatur, univerſale Concilium Sacerdotum haberi intrà Italiam, Clementiâ Veſtrâ annuente, jubeatur: quo remotâ arte fallendi, tandem pateat, quid altiore tractatu aut coërceri debeat, aut ſanari. Noverat Prudentiſſimus ille Pontifex definiendi auctoritate, quâ vigebat, Epiſcopos populumque Chriſtianum non adſtringi tanquam indubitatâ fidei regulâ, niſi accederet per Provincialium Epiſcoporum ſubſcriptiones univerſalis Eccleſiæ conſenſus: vel recuſantibus pleriſque unius Confeſſionis concordiam, Synodi Oecumenicæ publica profeſſio, Pontificis definitionem amplecteretur.

p. 732. Le Pape (Innocent IV.) qui avoit eſté offencé par les Freres Preſcheurs de Genes, à cauſe qu'ils refuſerent de luy ceder leur Convent, pour élever une Citadelle, dreſſa la Bulle; *Etſi animarum affectantes ſalutem*, peu de jours avant ſa mort, enjoignant aux fideles d'aſſiſter aux Meſſes de Parroiſſe. Dixiéme Propoſitiō de Iacques de Vernant.

*CENSVRA.*

*Hæc propoſitio Innocentio 4. Summo Pontifici eſt injurioſa.*

CENSVRE.

Cette propoſition eſt injurieuſe au Pape Innocent 4.

## DE EPISCOPIS.

p. 405. Toutes ces authoritez me font dire qu'il n'y a rien dans la ſainte Ecriture, qui nous oblige de croire, que les Apoſtres ſoient établis Eveſques avant l'Aſcenſion de Noſtre Seigneur Ieſus-Chriſt. Vnziéme Propoſition de Iacques de Vernant.

p. 455. (*Les Apoſtres*) ont eſté conſacrez Eveſques par les mains de S. Pierre.

p. 44. *L'Autheur cite avec éloge cette propoſition de Turrecremata*, toute la puiſſance de juriſdiction des autres Prelats, ſelon la loy commune derive du Pape.

p. 49. Les Eveſques reçoivent de luy la juriſdiction qu'ils exercent ſur leurs ſujets.

p. 382. Il eſt auſſi veritable que tous les Eveſques reçoivent la puiſſance des clefs par les mains de S. Pierre.

p. 397. Suppoſons donc comme une verité conſtante que Noſſeigneurs les Prelats reçoivent du Pape une puiſſance & une authorité qui ne leur eſt pas donnée de Dieu immediatement,

p. 376. Si chaque Eveſque reçoit de Dieu immediatement ſa puiſſance, ſans aucune dependance de S. Pierre, & de ſon ſucceſſeur, non pas meſme comme inſtrument de Ieſus-Chriſt; nous ne pouvons reconnoiſtre une principauté ſuperieure dans l'Egliſe de Rome, ſur toutes les autres; mais une égalité parfaite, & il eſt impoſſible de dire que la conduite d'un Eveſ-

que ſoit ſoûmiſe à celle du Pape ; car ſi la juriſdiction vient de Dieu immediatement, elle ne dépend point du Pontife Romain.

p. 384. Les Eveſques ne peuvent rien entreprendre ſur la bergerie de Noſtre Seigneur, que par dependance du ſucceſſeur de S. Pierre : or s'ils recevoient leur juriſdiction par les mains de Ieſus-Chriſt immediatement, elle ne ſeroit point ſoûmiſe au Pape.

p. 384. La juriſdiction des Paſteurs inferieurs ne peut eſtre ſoûmiſe à la diſpoſition du Pape, ſi elle ne vient de luy ou dans ſon origine, ou au moins ſi elle n'eſt inſtituée de Dieu, & donnée par les mains du Pape.

p. 388. Certes il n'y a aucune difference, mais une égalité entiere entre le Pape & les Eveſques, s'il eſt vray que chacun reçoive les clefs de la ſcience & de la puiſſance, c'eſt à dire, toute la juriſdiction de la main de Ieſus-Chriſt immediatement.

## CENSVRE.

Ces Propoſitions, dont les deux premieres ſoûtiennent, *que les Apoſtres n'ont pas eſté établis Eveſques par Ieſus-Chriſt*, & les autres, *que la puiſſance de juriſdiction des Eveſques n'eſt pas immediatement de Ieſus-Chriſt*, ſont fauſſes, contraires à la parole de Dieu, & condamnées autrefois par la ſacrée Faculté, & en tant que dans les quatre dernieres, *ſuppoſé l'inſtitution des Eveſques faite immediatement par Ieſus-Chriſt, l'Autheur infere qu'il y auroit une entiere égalité entre le Pape & les Eveſques, & qu'il n'y auroit plus aucune ſubordination*, ſont fauſſes, temeraires, & donnent occaſion de renverſer l'ordre Hierarchique, & principalement la primauté du Pape.

## *CENSVRA.*

*Hæ Propoſitiones, quarum duæ priores aſſerunt*, Apoſtolos non fuiſſe conſtitutos Epiſcopos à Chriſto, cæteræ verò poteſtaté juriſdictionis Epiſcoporũ non eſſe immediatè à Chriſto; *falſæ ſunt, verbo Dei contrariæ, & olim à ſacrâ Facultate reprobatæ. In quantum verò in quatuor poſtremis*, poſitâ inſtitutione Epiſcoporum immediatè à Chriſto factâ, colligit author, omnimodam inter Epiſcopos & S. Pontificem fore æqualitatem, & nullam ſubordinationem ; *falſæ ſunt, temerariæ, & præbent occaſionem ſubvertendi ordinem Hierarchicũ, præſertim verò Primatum Summi Pontificis.*

*Fol. 95. & 96.* Inſtrumentum revocationis factæ de mandato & ordinatione Facultatis Theol. Pariſ. per Fratrem Ioannem Sarraſin Prædicatorem, de certis propoſitionibus per ipſum malè prædicatis contrà ſacram doctrinam.

*L'ACTE DE REVOCATION faite par le commandement & par l'ordre de la Faculté de Theologie de Paris, par Frere* IEAN SARRASIN, *de l'Ordre des Freres Preſcheurs, touchant certaines mauvaiſes propoſitions qu'il avoit mal preſchées contre la ſacrée Doctrine.* 2. Martij 1429.

*PRimò. Omnes poteſtates juriſdictionis Eccleſiæ, aliæ à Papali poteſtate, ſunt ab ipſo Papâ quantùm ad inſtitutionem & collationem.*

PRemierement. Toutes les puiſſances de Iuriſdiction de l'Egliſe, autres que la puiſſance Papale, viennent du Pape quant à leur inſtitution & collation.

2°. *Hujuſmodi poteſtates non ſunt de jure divino, nec immediatè inſtitutæ à Deo.*

2. Toutes ces puiſſances ne ſont point de droit divin, ny immediatement eſtablies de Dieu.

3°. *Non invenitur Chriſtum tales poteſtates, ſcilicet, alias à Papali expreſſè ordinaſſe, ſed tantùm ſupremam cui commiſit Eccleſiæ fundationem.*

3. On ne trouve point que Ieſus-Chriſt ait expreſſement inſtitué telles puiſſances, ſçavoir, autre que celle du Pape: mais qu'il a ſeulement eſtably une puiſſance ſouveraine, à laquelle il a commis la fondation de l'Egliſe.

5°. *Ex textu Evangelij non habetur expreſſè, alicui Apoſtolorum niſi Petro auctoritatem juriſdictionis fuiſſe collatam.*

5. Nous n'avons point expreſſément dans le texte de l'Evangile, que l'authorité de Iuriſdiction ait eſté donnée à aucun des Apoſtres, ſinon à Pierre.

6°. *Dicere, Inferiorem Prælatorum poteſtatem juriſdictionis, ſive ſint Epiſcopi, ſive Curati, eſſe immediatè à Deo ſicut poteſtatem Papæ, veritati quodammodo repugnat.*

6. Dire que la puiſſance de Iuriſdiction des Prelats inferieurs, ſoit Eveſques, ſoit Curez, vienne immediatement de Dieu, comme la puiſſance du Pape, cela repugne en quelque maniere à la verité.

*REVOCATIO.*

REVOCATION.

1. *Omnes poteſtates juriſdictionis Eccleſiæ aliæ à Papali poteſtate, ſunt ab ipſo Chriſto, quantùm ad inſtitutionem & collationem primariam, à*

Premierement. Toutes les puiſſances de Iuriſdiction de l'Egliſe, autres que celle du Pape, viennent de Ieſus-Chriſt quant à leur premiere & originaire inſti-

tution & collation, & dependent du Pape & de l'Egliſe, quant à leur limitation & diſpenſation miniſterielle.

2. Toutes ces puiſſances ſont de droit divin, & eſtablies immediatement de Dieu.

3. On trouve dans l'Eſcriture ſainte que Ieſus-Chriſt a fondé ſon Egliſe, & qu'il a expreſſement eſtably d'autres puiſſances que celle du Pape.

5. Nous avons expreſſément du texte de l'Evangile & de la doctrine des Apoſtres, que l'authorité de Iuriſdiction a eſté donnée aux Apoſtres & aux Diſciples envoyez par Ieſus-Chriſt.

6. Dire que la puiſſance de Iuriſdiction des Prelats inferieurs, ſoit Eveſques, ſoit Curez, vient immediatement de Dieu, cela eſt conforme à la verité de l'Evangile, & à la doctrine des Apoſtres.

*Papâ autem & ab Eccleſiâ quantùm ad limitationem & diſpenſationem miniſterialem.*

2. *Hujuſmodi poteſtates ſunt de jure divino, & immediatè inſtitutæ à Deo.*

3. *Invenitur in ſacrâ Scripturâ Chriſtum Eccleſiam fundaſſe & poteſtates alias à Papali expreſsè ordinaſſe.*

5. *Ex textu Evangelij & doctrina Apoſtolorum habetur expreſsè, Apoſtolis & Diſcipulis à Chriſto miſſis, auctoritatem juriſdictionis fuiſſe collatam.*

6. *Dicere inferiorem Prælatorum poteſtatem juriſdictionis, ſive ſint Epiſcopi, ſive Curati, eſſe immediatè à Deo, Evangelicæ & Apoſtolicæ conſonat veritati.*

---

Fol. 98. & 99. *Extrait de l'Acte contenant la revocation faite par Maiſtre Nicolas Quadrigarÿ, de l'Ordre des Freres Hermites de ſaint Auguſtin, par le commandement & par l'ordre de la Faculté de Theologie, à l'occaſion de quelques propoſitions erronées qu'il avoit avancée, le neuviéme Ianvier 1442.*

*Fol. 98. & 99.* Nota inſtrumenti continentis revocationem factam per Magiſtrum Nicolaum Quadrigarij Ordinis Fratrum Heremitarum B. Auguſtini, de mandato & ordinatione Facultatis Theologiæ, occaſione quarumdam propoſitionum erronearum per dictum Quadrigarij dictarum, &c.

QVelques-uns ont eſté mal édifiez à cauſe de deux chefs remarquez dans ma Veſperie par pluſieurs pour lors preſens dans l'Echole, car il m'a eſté ſignifié par ma Mere la Faculté de Theologie, comme ayant entendu que j'avois dit, &c. La ſeconde propoſition eſtoit dans

*IN Veſperijs meis quidam fuerunt minùs benè ædificati, ex duobus per nonnullos tunc in ſcholâ exiſtentes intellectis, ſicut mihi ſignificatum eſt per Matrem meam Facultatem Theologiæ; quaſi intellexerint me dixiſſe, &c. ſecundum dictum fuit in 12. cor-*

*rolario & collativo, quod ſola Papæ poteſtas in totâ Eccleſiâ, immediatè eſt à Chriſto, intelligendo corrolarium de poteſtate juriſdictionis temporalis & ſpiritualis, & non de poteſtate Ordinis.*

le douziéme corrollaire ou collatif, qu'il n'y a que la ſeule puiſſance du Pape dans toute l'Egliſe, qui vienne immediatement de Ieſus-Chriſt, entendant le corolaire de la puiſſance de Iuriſdiction temporelle & ſpirituelle, & non pas de la puiſſance d'ordre.

## *REVOCATIO*

*Ego quantum in me eſt volens tollere omne ſcandalum, & eſſe filius obedientiæ & pacis & aſſertor veritatis: dico nunc, ſicut tunc dixiſſem, ſi fuiſſem abſolutè, & non collativè locutus, & hoc ex ordinatione ejuſdem Facultatis Theologiæ Matris meæ, cujus ordinationi, diſpoſitioni & omnimodæ determinationi me ſubmiſi & ſubmitto; ac etiam ultroneâ voluntate, veritatem quæ ſequitur, quam quidem veritatem, prædicta Facultas ſubmittit determinationi Eccleſiæ, ſacri generalis Concilij & ſanctæ ſedis Apoſtolicæ; videlicet, omnes poteſtates juriſdictionis Eccleſiaſticæ aliæ à Papali poteſtate, ſunt ab ipſo Chriſto, quantùm ad inſtitutionem & collationem primariam; à Papæ auctoritate & ab Eccleſiâ, quantùm ad limitationem & diſpenſationem miniſterialem.*

## REVOCATION.

Voulant autant qu'il eſt en moy oſter tout ſujet de ſcandale, & eſtre enfant d'obeïſſance & de paix, & deffenſeur de la verité: je dis maintenant, comme j'aurois dit pour lors ſi j'avois parlé abſolument & non par conſequence, & cela par l'ordre de la Faculté de Theologie ma Mere, à l'ordre, diſpoſition, & entiere determination de laquelle je me ſuis ſoûmis & me ſoûmets en outre de mon plein gré, la verité qui ſuit. Laquelle verité la méme Faculté ſoûmet à la determination de l'Egliſe, du ſacré Concile general, & du Saint Siege Apoſtolique. C'eſt à ſçavoir, que toutes les puiſſances de juriſdiction Eccleſiaſtiques autres que celle du Pape, viennent immediatement de Ieſus-Chriſt quant à leur premiere & originaire inſtitution & collation: & qu'elles dépendent de l'Egliſe & de l'authorité du Pape quant à leur limitation & diſpenſation miniſterielle.

an. 1470. 3. Auguſt.

Fol. 100. & 101. *L'acte de revocation de quelques propoſitions faites par Frere Iean Munerij Profeſſeur en Theologie, de l'Ordre des Freres Preſcheurs, le 3. Aouſt 1470. Et de la concluſion de la Faculté de Theologie, de qu'elle maniere F. Donat du Puis Cordelier, Docteur en Theologie, ne fût point admis à la Regence dans ladite Faculté, &c.*

*Fol. 100. & 101.* Inſtrumentum revocationis quarumdam propoſitionum, factæ per Fratrem Ioannem Munerij in Theologiâ profeſſorem, Ordinis Prædicatorum, & concluſionis Facultatis Theologiæ, qualiter Frater Donatus de Puteo Minor, in Theologia magiſter, non fuit admiſſus ad regentiam in dictâ Facultate, &c.

LEs autres Apoſtres, excepté Pierre, n'ont point receu immediatement de I.C. la puiſſance Epiſcopale, mais mediatement ou immediatement de Pierre, ſeul, ou avec un autre, ou avec d'autres

La Congregation des 72. Diſciples n'a point receu immediatement de Ieſus-Chriſt aucune puiſſance de juriſdiction, en aucun fore.

Leſquelles propoſitions qui avoient eſté avancées par le ſuſdit Maiſtre Iean Munerij, dans l'acte ſuſdit d'Aulique, & trouvées dans le papier qu'il avoit mis pour eſtre viſité, entre les mains du ſieur Doyen de la Faculté, ou tenant ſa place, eſtoient & ſont directement contre la doctrine de l'Ecriture ſainte, & des Docteurs approuvez par l'Egliſe : comme auſſi contre la meſme determination de ladite Faculté, en ſemblable cas comme il eſt conſtant, & comme il eſt porté plus au long dans vn acte public de la meſme Faculté, leu de mot à mot dans la derniere aſſemblée de la meſme Faculté, duquel la teneur eſt miſe icy plus bas. Et quant à ce qui regarde la correction & revocation des ſuſdites propoſitions, ainſi avancées par ledit Maiſtre Iean Munerij, conſiderant que ledit Maiſtre Iean Munerij dans le ſudit acte d'Aulique a-

*APoſtoli alij à Petro, non acceperunt immediatè à Chriſto poteſtatem Epiſcopalem, ſed à Petro mediatè vel immediatè, ſolo vel cum alio vel alijs.*

*Congregatio 72. diſcipulorum non accepit à Chriſto immediatè aliquam poteſtatem juriſdictionis in aliquo foro.*

*Quæ per ſupradictum magiſtrum Ioannem Munerij, fuerant in actu prædicto prolatæ, & in ſuâ papiro repertæ, quam in manibus D. Decani prædictæ Facultatis, ſeu ejus locum tenentis, ad viſitandum tradiderat, erant & ſunt directè contra S. Scripturæ & Doctorum ab Eccleſiâ approbatorum, doctrinam; necnon contrà determinationem prædictæ Facultatis, aliàs ſolemniter in caſu ſimili factam, pro ut conſtat & latiùs cavetur, in quodam inſtrumento publico, in noviſſimâ congregatione ipſius Facultatis de verbo ad verbum lecto, cujus tenor hic inferiùs habetur. Et quoad prædictarum propoſitionum ſic per ſupradictum Magiſtr. Ioannem Munerij prolatarum, emendationem & correctionem; viſum fuerat, & videbatur*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*debatur prædictis magiſtris deputatis : attento quod prælibatus magiſter Ioannes Munerij, in actu prædicto aulæ, in præſentiâ omnium adſtantium, poſt ipſarum propoſitionum prolationem, fuerat per Egregium & Doctiſſimum Virum Magiſtrum de Vancello S. Theologiæ profeſſorem, antiquiorem magiſtrum ſecularem tunc ibidem præſentem, & locum Decani dictæ Facultatis tenentem, & per dictum Dominum Cancellarium Eccleſiæ Pariſienſis altâ voce reprehenſus : conſideratâ etiam humili ſubmiſſione per eum factâ, tàm in actu prædictæ aulæ poſt dictam reprehenſionem, quàm in noviſſimâ congregatione in conſpectu totius Facultatis prædictæ, atque auditâ ſuâ excuſatione, per quam cum juramento affirmabat ſe ignorare, prædictas propoſitiones fuiſſe & eſſe per dictam Facultatem aliàs correctas & emendatas, & ſi ſciviſſet, nunquam illas protuliſſet: quod ſufficiebat & ſufficere poterat prædictæ Facultati, ſi ſibi placeret, pro reparatione, prædicta reprehenſio publica atque ſubmiſſio & excuſatio ſupradicta, jam per dictum magiſtrum Ioannem Munerij cum humilitate facta; cum etiam affirmatione faciẽda perſæpè dictum Magiſtrum Ioannem Munerij, quod vult profiteri propoſitiones contẽtas in prædicto inſtrumento, modo & formâ quibus fuerint per Facultatem prædictã correctæ & qualificatæ, & quòd de hoc habeatur inſtrumentum publicum.*

voit eſté publiquement & à haute voix, & en preſence de tous les aſſiſtans, repris d'avoir avancé les ſuſdites propoſitions, tant par excellent & tres-ſcientifique homme Maiſtre de Vancelle, Profeſſeur en Theologie, ancien Docteur ſeculier, pour lors preſent, & tenant la place du Doyen de ladite Faculté, que par le ſieur Chancelier de l'Egliſe de Paris. Eu égard auſſi à l'humble ſoûmiſſion que ledit Munerij avoit renduë, tant dans l'acte d'Aulique, apres avoir eſté publiquement repris, que dans la derniere aſſemblée en preſence de toute la Faculté: Oüy en outre ſon excuſe, par laquelle il aſſeura avec ſerment, qu'il ne ſçavoit pas que les ſuſdites propoſitions euſſent eſté autrefois cenſurées & corrigées par ladite Faculté, & que s'il l'eût ſceu, il ne les auroit jamais avancées, les Deputez avoient eſté & eſtoient d'avis que ladite reprehenſion publique, jointe à l'excuſe & à la ſoûmiſſion renduë avec toute humilité par ledit Iean Munerij, ſuffiſoit & pouvoit ſuffire pour toute reparation à la Faculté, ſi elle le trouvoit bon, pourveu que ledit Munerij fiſt une profeſſion publique de vouloir ſoûtenir & enſeigner les propoſitions contraires dans l'acte public cy deſſus mentionné, en la forme & maniere qu'elles auront eſté corrigées & qualifiées, & que de tout cecy il en ſeroit dreſſé vn Acte public.

### *Acte de la revocation faite par Frere Louys Combont, de l'Ordre des Freres Preſcheurs, par le Decret de la Faculté.*

Fol. 222. L'An de N. S. 1524. le 13. jour de Iuin, Frere Loüis Combont preſenté des Freres Preſcheurs, répondant d'Aulique à la Doctorerie de Maiſtre Henry Fabri, ſoûtint cette propoſition en divers endroits de ſa Théſe, ſçavoir, que l'Eveſque, tel qu'a eſté Pierre ſeul entre les Apoſtres, a eſté conſacré immediatement par Ieſus-Chriſt, mais le Curé n'a eſté eſtably que par le droit poſitif, puis que meſme nul Eveſque, excepté Pierre, n'a eſté immediatement inſtitué par Ieſus-Chriſt; laquelle doctrine dépleut à nos Maiſtres, qui s'y trouverent preſens pour lors, parce qu'elle eſt fauſſe. C'eſt pourquoy apres la diſpute finie, devant que les Expoſiteurs euſſent commencé leur harangue, il fut interrogé, ce requerant pluſieurs des anciens qui ſe ſont trouvez preſens, ſeant Maiſtre Ducheſne vice-Doyen, faiſant en ce preſent acte la fonction de Docteur regent, s'il ne vouloit pas bien s'en tenir à la determination que la Faculté avoit faite autrefois touchãt cette matiere, & ſuivre ſes ſentimens: lequel répondit ſans d'autres diſcours, qu'il s'en tenoit à la determination da la Faculté. Mais comme il ſembla à Meſſieurs nos Maiſtres & tout l'auditoire, que cela ne ſuffiſoit pas, & qu'il n'avoit entierement ſatisfait par là; de plus que ce n'eſtoit pas reparer ſuffiſamment le ſcandale qu'il avoit causé. Il fut appellé pardevant les Deputez, ce requerant noſtre Maiſtre Noel Bede Scindic, à la priere & inſtance de plu-

### Inſtrumentum revocationis F. Ludovici Combont Prædicatoris, factæ ex Decreto Facultatis.

*fol. 222.* A*N. D.* 1524. 13. *menſis Iunij, cùm Frater Ludovicus Combont Præſentatus Fratrum Prædicatorum reſponderet de Aulicâ ſub Magiſtro novo Henrico Fabri, hanc tenuit propoſitionem ſparſim in ſuâ poſitione poſitam, ſcilicet, Epiſcopus, qualis inter Apoſtolos ſolus Petrus, à Chriſto immediatè fuit conſecratus. Curatus verò jure poſitivo inſtitutus, quoniam nec Epiſcopus quiſpiam Petro dempto, immediatè eſt à Chriſto inſtitutus. Quæ aſſertio, magiſtris noſtris præſentibus diſplicuit, quia falſa : itaque poſtulantibus ſenioribus qui præſentes erant, ſedente magiſtro noſtro de Quercu Prodecano, qui in hoc præſenti actu, Regentis fungebatur officio, interrogatus fuit, finitâ nihilominùs diſputatione, priùs tamen quàm expoſitores ſuas orationes expoſitorias inchoaſſent, vellet-ne ſtare determinationi Facultatis aliàs circà præſentem materiam factæ, ſentireque cum Facultate, necne; qui reſpondit ſe velle ſtare ſine pluri. Verum quia illud non videbatur magiſtris noſtris, nec auditorio, ut relatum eſt, ſufficere, plenéque ſatisfactum per illud non erat, nec inde ortum ſcandalum ſufficienter reparatum. Vocatus fuit coràm deputatis, promovente magiſtro noſtro Natali Bedâ ſyndico, ad ſupplicationem & inſtantiam nonnullorum ma-*

*giſtrorum noſtrorum, zelum ad veritatem fidei & amorem habentium: die 18. menſis ejuſdem, interrogatus medio juramento, ſciretne determinationem aliàs in hac materiâ fuiſſe factam, qui reſpondit ſe neſciviſſe, ſubjunxitque ſe velle ſtare, & in omnibus parere Facultati: quo audito, auditiſque deputatorum votis & decretis; placuit vel quòd revocaret in primâ Sorbonicâ propoſitionem prædictam, vel quòd in ſuâ reſponſione Sorbonicæ diſputationis, teneret oppoſitam per Facultatem ſibi tradendam, adjunctâ particulâ, quòd oppoſitum tenere, non ſit probabile. Tandem vocatâ Facultate 2. Iuly & relatione factâ, placuit Facultati, mitiorem partem ſibi elargiri, & ſecundam partem ſibi imperare, ſcilicet quòd in ſuâ Sorbonicâ, oppoſitam concluſionem teneret, hoc adjecto, quòd oppoſitum non eſſet probabile: qui intimatâ Facultatis concluſione, paratus fuit ſa ſervare, conſenſitque mandatis obedire. Propoſitio autem ſibi oblata fuit hæc.*

ſieurs de nos Maiſtres qui aymoient la verité, & qui eſtoient animez de zele pour la deffence des veritez de la Foy: le dix-huitiéme jour du meſme mois, il fut interrogé ſous ſon ſerment, s'il ne ſçavoit pas la determination déja autrefois faite touchant cette matiere, à quoy il répondit qu'il ne l'avoit jamais ſceuë: puis il adjouſta qu'il s'en tiendroit à cette determination, & qu'il eſtoit preſt d'obeïr en toutes choſes à la Faculté: Ce qu'ayant eſté oüy, les jugemens des Deputez entendus, on conclud, ou qu'il revoqueroit cette propoſition cy-deſſus dans la premiere Sorbonique, ou que dans ſa réponſe de Sorbonique, il ſoûtiendroit une propoſition toute contraire à celle qu'il avoit avancée, laquelle ſeroit dreſsée par la Faculté, avec cette addition, que de tenir le contraire n'eſt pas une choſe probable. Enfin la Faculté s'eſtant aſſemblée le 2. jour du mois de Iuillet, le rapport fait de tout ce qui s'eſtoit paſſé, le ſecond luy fut accordé par la Faculté, comme le trouvant le plus doux, c'eſt à ſçavoir que dans ſa Sorbonique il ſoûtiendroit une concluſion contraire à celle qu'il avoit deffenduë, avec cette addition, que le contraire n'eſt pas probable: lequel apres que la concluſion de la Faculté luy fut intimée, proteſta qu'il eſtoit preſt de l'obſerver, & d'obeïr aux commandemens de la Faculté. Et la propoſition qui luy fut offerte de la part de la Faculté, eſtoit en ces termes.

*Quemadmodum Petrus à Chriſto S. Pontifex ordinatus fuiſſe creditur, & quilibet cæterorum Apoſtolorum ab eodem Chriſto, nullo mediante, Epiſcopus creatus eſt, & Curatorum ordo inſtitutus, eodemque divino jure triplicem illum Hierarchicum ordinem habet Eccleſia; nec horum oppoſita (cùm certum ſit*

Tout de meſme qu'il faut croire que Pierre a eſté ordonné ſouverain Pontife par Ieſus-Chriſt, ainſi chacun des autres Apoſtres a eſté fait Eveſque immediatement par Ieſus-Chriſt, & l'ordre des Curez eſtabli, & par un meſme droit divin, l'Egliſe poſſede ce triple ordre Hierarchique, & la doctrine oppoſée, comme il eſt certain qu'elle re-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pugne à la verité de l'Evangile, ne peut point eſtre probablement ſoûtenuë.

*Evangelicæ veritati illa refragari) poſſunt probabiliter ſuſtineri.*

---

*Declaration de M. François Guillou, Bachelier en Theologie, faite à l'occaſion de quelques propoſitions contenuës dans ſes Théſes de mineure ordinaire, leſquelles ont eſté effacées par les Deputez de la Faculté, ſelon l'ordre qu'ils en avoient receu de la meſme Faculté.*

IE reconnois & confeſſe que la Iuriſdiction des Eveſques eſt de droit divin, & qu'elle vient immediatement de Ieſus-Chriſt: que les Eveſques ſont veritablement Iuges dans les Conciles generaux, & que le Pape doit prononcer ſelon leurs jugemens: Et mon intention n'a point eſté de dire rien de contraire à cela dans ma Théſe, de laquelle quelques-vns ſe ſont plaints. En foy de quoy i'ay ſigné cette preſente declaration le 14. Ianvier, 1656. Signé, GVILLOV, avec paraphe.

Declaratio M. Franciſci Guillou, facta occaſione aliquot propoſitionum in ſuis Theſibus minoris ordinariæ contentarum, quas Sacra Facultas per ſuos deputatos deleri curavit.

*AGnoſco & fateor Epiſcoporum juriſdictionem eſſe juris divini, & eſſe immediatè à Chriſto, eoſque in Conciliys generalibus verè eſſe judices, atque in ijs ex eorum judiciys S. Pontificem pronunciare: neque quidquam in meâ theſi, de quâ nonnulli conqueſti ſunt, contrarium dicere intendi. In cujus fidem hic ſubſcripſi die 14. Ian. 1656. Signatum,* GVILLOV, *cum ſyngraphâ.*

# AVTHORITATE SACRÆ SCRIPTVRÆ, Conciliorum, Sanctorum Patrum Eccleſiæ, & veterum Theologorum confirmatur Cenſuræ veritas.

## *Pro vndecimâ Propoſitione.*

*MAtthæi capite 4.*

Ambulans autem Ieſus juxtà mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem, qui vocatur Petrus, & Andream fratrem ejus, mittentes rete in mare, (erant enim piſcatores) & ait illis: Venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominum. At illi continuò relictis retibus ſecuti ſunt eum. Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem ejus, in navi cum Zebedæo patre eorum, reficientes retia ſua: & vocavit eos. Illi autem ſtatim relictis retibus & patre, ſecuti ſunt eum.

*Matth. cap. 10.*

Et convocatis duodecim Diſcipulis ſuis, dedit illis poteſtatem ſpirituum immundorum, ut ejicerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem. Duodecim autem Apoſtolorum nomina ſunt hæc primus, Simon qui dicitur Petrus, & Andreas frater ejus. Iacobus Zebedæi, & Ioannes frater ejus, Philippus, & Bartholomæus, Thomas, & Matthæus publicanus, Iacobus Alphæi, & Thaddæus, Simon Chananæus, & Judas Iſcariotes, qui & tradidit eum. Hos duodecim miſit Ieſus, præcipiens eis, dicens: in viam gentium ne abieritis, & in civitates Samaritanorum ne intraveritis: Sed potiùs ite ad oves, quæ perierunt domus Iſraël. Euntes autem prædicate, dicentes: quia appropinquavit regnum cœlorum.

*Matth. cap. 18.*

Amen dico vobis, quæcúmque alligaveritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcúmque ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo.

*Marci cap. 6.*

Et vocavit duodecim: & cœpit eos mittere binos, & dabat illis poteſtatem ſpirituum immundorum.

*Marci cap. 16.*

Noviſſimè recumbentibus illis vndecim apparuit: & exprobravit incredulitatem eorum & duritiam cordis; quia ijs, qui viderant eum reſurrexiſſe, non crediderunt. Et dixit eis: euntes in mundum univerſum prædicate Evangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſalvus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Luc. cap. 6.*

Et cùm dies factus eſſet, vocavit diſcipulos ſuos: & elegit duodecim ex ipſis (quos & Apoſtolos nominavit) Simonem, quem cognominavit Petrum, & Andream fratrem ejus, Iacobum, & Ioannem, Philippum, & Bartholomæum, Matthæum, & Thomam, Iacobum Alphæi, & Simonem, qui vocatur Zelotes, & Iudam Iacobi, & Iudam Iſcariotem, qui fuit proditor.

*Luc. cap. 9.*

Convocatis autem duodecim Apoſtolis, dedit illis virtutem & poteſtatem ſuper omnia dæmonia, & ut languores curarent. Et miſit illos prædicare regnum Dei, & ſanare infirmos.

*Luc. cap. 24.*

Et ego mitto promiſſum Patris mei in vos: vos autem ſedete in civitate, quoad uſque induamini virtute ex alto.

*Ioannis cap. 15.*

Non vos me elegiſtis: ſed ego elegi vos, & poſui vos ut eatis, & fructum afferatis; & fructus veſter maneat: ut quodcúmque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis.

*Ioan. cap. 17.*

Ego dedi eis ſermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non ſunt de mundo, ſicut & ego non ſum de mundo. Non rogo ut tollas eos de mundo, ſed ut ſerves eos à malo. De mundo non ſunt, ſicut & ego non ſum de mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas eſt, ſicut tu me miſiſti in mundum, & ego miſi eos in mundum, & pro eis ego ſanctificabo me ipſum: ut ſint & ipſi ſanctificati in veritate.

*Ioan. cap. 20.*

Gaviſi ſunt ergò Diſcipuli viſo Domino. Dixit ergò eis iterùm: Pax vobis. Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos. Hæc cùm dixiſſet, inſufflavit: & dixit eis: accipite Spiritum Sanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt.

*Act. Apoſt. cap. 1.*

Scriptum eſt enim in libro Pſalmorum: fiat commoratio eorum deſerta, & non ſit qui inhabitet in eâ: & Epiſcopatum ejus accipiat alter. Oportet ergo ex his viris, qui nobiſcum ſunt congregati in omni tempore, quo intravit, & exivit inter nos Dominus Ieſus, incipiens à Baptiſmate Ioannis uſque in diem quâ aſſumptus eſt à nobis, teſtem reſurrectionis ejus nobiſcum fieri unum ex iſtis.

*Act. Apoſt. cap. 20.*

Attendite vobis, & univerſo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei, quam acquiſivit ſanguine ſuo. Ego ſcio quoniam intrabunt poſt diſceſſionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi.

*Cyprianus Epiſtolâ quinquageſimâ ſecundâ.*

Et cum ſit à Chriſto una Eccleſia per totum mundum in multa membra

diviſa, item Epiſcopatus unus, Epiſcoporum multorum concordi numeroſitate diffuſus.

*Idem Epiſtolâ 55.*

Non ſcilicet Chriſtus, qui Sacerdotes aut conſtituit, aut protegit, ſed ille, qui Chriſti adverſarius, & Eccleſiæ ejus inimicus, ad hoc Eccleſiæ præpoſitum ſuâ infeſtatione perſequitur, ut gubernatore ſublato, atrociùs atque violentiùs circà Eccleſiæ naufragia graſſetur.

*Idem Epiſt. 63.*

Quanquam ſciam, Frater Chariſſime, Epiſcopos plurimos, Eccleſijs Dominicis in toto mundo divinâ dignatione præpoſitos, Evangelicæ veritatis ac Dominicæ traditionis tenere rationem, nec ab eo quod Chriſtus Magiſter & præcepit, & geſſit: humanâ & novellâ inſtitutione decedere.

*Idem, Epiſt. 65.*

Meminiſſe autem Diaconi debent, quoniam Apoſtolos, id eſt, Epiſcopos & præpoſitos Dominus elegit: Diaconos autem poſt aſcenſum Domini in cœlos Apoſtoli ſibi conſtituerunt Epiſcopatus ſui & Eccleſiæ miniſtros: quòd ſi nos aliquid audere contrà Deum poſſumus, qui Epiſcopos facit, poſſunt & contrà nos audere Diaconi, à quibus fiunt.

*Idem, Epiſt. 69.*

Nec hæc jacto, ſed dolens profero, cùm te judicem Dei conſtituas & Chriſti, qui dicit ad Apoſtolos, ac per hoc ad omnes præpoſitos, qui Apoſtolis Vicariâ Ordinatione ſuccedunt: qui audit vos, me audit, & qui me audit, audit eum qui me miſit.

*Idem, Epiſt. 75.*

Qualis verò error ſit, & quanta ſit cæcitas ejus qui remiſſionem peccatorum dicit apud Synagogas hæreticorum dari poſſe, nec permanet in fundamento unius Eccleſiæ, quæ ſemel à Chriſto ſuprà Petram ſolidata eſt; hinc intelligi poteſt, quod ſoli Petro Chriſtus dixerit: quæcumque ligaveris ſuper terram, erunt ligata & in cœlis, & quæcumque ſolveris ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis, & iterùm in Evangelio quandò in ſolos Apoſtolos inſufflavit Chriſtus dicens; Accipite Spiritum Sanctum. Si cujus remiſeritis peccata, remittuntur illi: & ſi cujus tenueritis, tenebuntur. Poteſtas ergò peccatorum remittendorum Apoſtolis data eſt, & Eccleſijs quas illi à Chriſto miſſi conſtituerunt, & Epiſcopis qui eis ordinatione Vicariâ ſucceſſerunt.

*Idem de unitate Eccleſiæ.*

Quam unitatem firmiter tenere & vindicare debemus, maximè Epiſcopi, qui in Eccleſiâ præſidemus, ut Epiſcopatum quoque ipſum unum atque indiviſum probemus. Nemo fraternitatem mendacio fallat, nemo fidei veritatem perfidâ prævaricatione corrumpat. Epiſcopatus unus eſt, cujus à ſingulis in ſolidum pars tenetur. Eccleſia quoque una eſt, quæ in multitudinem latiùs incremento fœcunditatis oſtenditur: quomodo ſolis multi radij, ſed lumen unum: & rami arboris multi, ſed robur unum tenaci radice fundatum: & cùm de fonte uno rivi plurimi defluunt, numeroſitas licet diffuſa

videatur exundantis copiæ largitate, unitas tamen ſervatur in origine. Avelle radium ſolis à corpore, diviſionem lucis unitas non capit: ab arbore frange ramum, fractus germinare non poterit: à fonte præcide rivum, præciſus areſcit.

*Iulius 1. Epiſtolâ ad Orientales apud Athanaſium Apologiâ 2.*

Si igitur verè parem eundemque honorem in omnibus Epiſcopatibus cenſetis eſſe, neque in magnitudine Civitatum (ut vos ſcribitis) honorem hujus rei creſcere arbitramini, oportuit eum, cui concredita eſt parva Civitas, in eâ quæ crédita eſt, permanere, & nequaquam, rejecta concredita, ad eam quæ concredita non eſt, tranſvolare: ne eam quæ à Deo data eſt, aſpernari, illam verò quæ hominum ambitu conceſſa eſt, magnifacere videatur.

*Hieronymus Epiſt. 1.*

Abſit ut de his quidquam ſiniſtrum loquar, qui Apoſtolico gradui ſuccedentes, Chriſti corpus ſacro ore conficiunt, per quos & nos Chriſtiani ſumus: qui claves regni Cœlorum habentes, quodammodo antè judicij diem judicant: qui ſponſam Domini ſobriâ caſtitate conſervant.

*Idem, Epiſt. 85.*

Et Galliæ, & Britanniæ, & Africa, & Perſis, & Oriens, & India, & omnes Barbaræ Nationes unum Chriſtum adorant, unam obſervant regulam veritatis. Si authoritas quæritur, orbis major eſt urbe. Vbicumque fuerit Epiſcopus, ſive Romæ, ſive Eugubij, ſive Conſtantinopoli, ſive Rhegij, ſive Alexandriæ, ſive Tanis; ejuſdem meriti, ejuſdem eſt & Sacerdotij, potentia divitiarum, & paupertatis humilitas, vel ſublimiorem, vel inferiorem Epiſcoporum non facit. Cæterùm omnes Apoſtolorum ſucceſſores ſunt.

*Auguſt. in Pſalm. 44.*

Ergò illorum (Apoſtolorum) abſceſſu deſerta eſt Eccleſia? abſit, pro Patribus tuis nati ſunt tibi filij: Patres miſſi ſunt Apoſtoli, pro Apoſtolis filij nati ſunt tibi: conſtituti ſunt Epiſcopi. Hodie enim Epiſcopi, qui ſunt per totum mundum, unde nati ſunt? Ipſa Eccleſia Patres illos appellat: ipſa illos genuit, ipſa illos conſtituit in ſedibus Patrum. Non ergò te putas deſertum, quia non vides Petrum, quia non vides Paulum, quia non vides illos, per quos nata es, de prole tuâ ibi crevit paternitas, pro patribus tuis nati tibi filij.

*Cyrillus in Commentarijs in Ioannem lib. 12.*

Quomodò ergò, nec immeritò quærit aliquis, quandoquidem verè aberat Sancti Spiritus factus eſt particeps cum Diſcipulis Servator apparuit, & inſufflavit, dicens, accipite Spiritum Sanctum? Reſpondemus, Spiritus virtutem in omnes permanaſſe, & ſcopum largientis impleſſe. Dedit autem Chriſtus non aliquibus ſeorſim, ſed univerſis Diſcipulis. Quapropter eam accipiunt, tametſi quidam non aderant, dantis liberalitate non ad præſentes ſolùm contractâ, ſed in omnem Sanctorum Apoſtolorum chorum permeante.

*Symmachus Papa Epiſt.* 2.

Nam dùm ad Trinitatis inſtar, cujus una eſt atque individua poteſtas, unum ſit per diverſos Antiſtites Sacerdotium, quemadmodum priorum ſtatuta à ſequentibus convenit violari? huc accedit, quòd ne ſit ſententiarum varietas, ad ipſam ſacroſanctam Catholicam Religionem credimus pertinere: cujus omnis poteſtas infringitur, niſi univerſa quæ à Domini Sacerdotibus ſemel ſtatuuntur, perpetua ſint.

*Concilium Aquiſgranenſe cap.* 7.

Exhinc jam decreverunt Apoſtoli, Apoſtolorumque ſucceſſores per omnes Eccleſias ſeptem Diaconos ordinandos eſſe. Et cap. 9. in Novo Teſtamento poſt Chriſtum Sacerdotalis ordo à Chriſto cœpit. Ipſi enim primùm datus eſt Pontificatus in Eccleſiâ Dei, ſic enim ad eum loquitur Dominus: Tu es, inquit Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversùs eam, & tibi dabo claves regni Cœlorum. Hìc ergò ligandi, ſolvendique poteſtatem primus accepit, primusque ad fidem populum virtute ſuæ prædicationis adduxit, ſiquidem & cæteri Apoſtoli cum Petro par conſortium honoris & poteſtatis acceperunt; qui etiam in toto orbe diſperſi Evangelium prædicarunt quibúſque dicentibus ſucceſſerunt Epiſcopi qui ſunt conſtituti per totum mundum in ſedibus Apoſtolorum.

*Nicolaüs primus Epiſt.* 47.

Subiturus tamen ad Cœlos hanc (Eccleſiam) Apoſtolis commendavit, ac per eos tanquam hæreditario jure ſucceſſoribus eorum, nobis ſcilicet, quos Paſtores & Epiſcopos ac Pontifices ſuper ipſam conſtituit, ejus providentiæ curam indulſit, quatenùs pro patribus nati ſunt filij, & pro eis conſtituti Principes in omnem terram, imitatores eorum eſſemus, ſicut & ipſius Chriſti. Sic Epiſcopi hæreditario jure ſuccedunt Apoſtolis, & cùm ità ſuccedunt, à Chriſto ut Apoſtoli poteſtatem juriſdictionis obtinent.

*Hincmarus* 55. *Capitul. cap.* 35.

Apoſtolica Sedes & Catholica Eccleſia, Apoſtolorum fundamento fundata ſuper angulari lapide Chriſto Ieſu, in quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in Domino, in nobis pro patribus natis filijs, id eſt, pro Apoſtolis creatis Epiſcopis, ut in ordinandis coordinat, ità & in decernendis canonicè condecernit, & in judicandis conjudicat.

*Bernardus de Conſideratione lib* 3. *cap.* 4.

Erras, ſi ut ſummam, ità & ſolam inſtitutam à Deo veſtram Apoſtolicam poteſtatem exiſtimas. Si hoc ſentis, diſſentis ab eo qui aït: Non eſt poteſtas, niſi à Deo: proinde quod ſequitur: qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit: & ſi principaliter pro te facit, non tamen ſingulariter. Denique idem aït: omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit; non aït, ſublimiori tanquam in uno: ſed ſublimioribus tanquam in multis. Non ergò tua ſola poteſtas à Domino; ſunt & mediocres, ſunt & inferiores. Et quomodò quos Deus conjunxit, non ſunt ſeparandi: ſic nec quos ſubjunxit, comparandi. Monſtrum facis, ſi manu ſubmovens digitum facis pendere de capi-

te, ſuperiorem manui, brachio collateralem. Tale eſt ſi in Chriſti corpore membra aliter locas quam diſpoſuit ipſe. Niſi tu putas alium eſſe qui poſuit in Eccleſiâ quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Evangeliſtas, alios Doctores & Paſtores ad conſummationem Sanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti. Atque hoc corpus quod tibi ipſe Paulus ſuo verè Apoſtolico figurans eloquio, & capiti convenientiſſimè aptans, totum ex eo compactum perhibet: & connexum per omnem juncturam ſubminiſtrationis, ſecundùm operationem in menſuram uniuſcujuſque membri, augmentum corporis faciens in ædificationem ſui, in charitate. Nec vilem reputes formam hanc quia in terrâ eſt, exemplar habet è cœlo.

*Zonaras in Canonem 7. Concilij Carthaginenſis.*

Apoſtolis ſuis Chriſtus Dominus ligandi ac ſolvendi facultatem tribuit. Apoſtolorum porrò typum ſummi Sacerdotes gerunt. Quamobrem hic quoque Canon Epiſcopis arbitrio ſuo decernendi, hoc eſt præfiniendi, ſtatuendi, declarandi pro criminum varietate pœnitentiæ tempora, hoc eſt, quandiù eum, qui lapſus eſt, conſtrictum pœnæ vinculis retineri, quandò ſolvi oporteat. conſtituendi poteſtatem adjudicavit.

*Balſamon in Canonem 7. Concilij Carthaginenſis.*

Ex præſenti quoque Canone evidenter oſtenditur, non licere Sacerdotibus hominum confeſſiones audire, & peccata remittere ſine Epiſcopali permiſſione. Dicit enim, ſi quis in mortis periculo fuerit conſtitutus, & petiverit reconciliari, ideſt, ſibi permitti ut ſit divinorum Sacramentorum particeps poſt Confeſſionem (abeſt autem Epiſcopus) non poteſt Sacerdos eum reconciliare: ſed debet interrogare Epiſcopum, qui obtinet locum Apoſtoli, & accepit à Deo poteſtatem ligandi & ſolvendi, & cum ejus permiſſione facere reconciliationem: ſi modò ſit expeditum interrogationem facere.

*Magiſter ſententiarum in 4. diſt. 24.*

Chriſtus quoque duodecim elegit Diſcipulos priùs quos & Apoſtolos vocavit, quorum vicem gerunt in Eccleſiâ Dei Majores Pontifices.

*Petrus de Alliaco, de Eccleſiæ authoritate parte 1.*

Ea propter, in hujus tractatus principio, de origine Eccleſiaſticæ poteſtatis aliquas concluſiones, plurimorum dubiorum excluſivas, brevitas recolligere dignum duxi. Prima eſt, quod ſex Eccleſiaſticæ poteſtates leguntur in Evangelio, à Chriſto ſuis Apoſtolis & Diſcipulis (pro ipſis & eorum ſucceſſoribus miniſtris Eccleſiaſticis) fuiſſe collatæ. Prima poteſtas conſecrationis, quæ interdùm dicitur character vel poteſtas ordinis, quam contulit Dominus, quandò dixit, hoc facite in meam commemorationem, Luc. 22 Secunda eſt poteſtas adminiſtrationis Sacramentorum, & præcipuè Sacramenti pœnitentiæ quæ eſt poteſtas clavium, vel ſpiritualis juriſdictionis in foro conſcientiæ, & hæc poteſtas promiſſa fuit Petro. Tibi dabo claves, &c. Matth. 16. promiſſa fuit etiam omnibus ibid. Amen dico vobis, quæcumque ligaveritis, &c. Matth. 18. Collata verò ibid. Accipite Spiritum Sanctum

quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, &c. Ioan. 20. Tertia, eſt poteſtas ſeu auctoritas Apoſtolatûs ſeu prædicationis, quam tradidit eis Dominus dicens, euntes prædicate, &c. Matth. 10. Quarta, eſt poteſtas judiciariæ correctionis in foro exteriori, per quam timore pœnæ peccata corriguntur, præcipuè quæ ſunt in ſcandalum Eccleſiæ, & hæc data eſt eis ibid. ſi peccaverit in te frater tuus, &c. Si non audierit, dic Eccleſiæ, ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus, &c. Et ſequitur, quæcumque ligaveritis, &c Matth. 18 Quinta, poteſtas eſt depoſitionis miniſtrorum, quoad determinationem juriſdictionis Eccleſiaſticæ ut evitetur confuſio, & diſſentionis materia in populo, & inter miniſtros, ſi ipſi æqualiter & indiſtinctè de omni populo curam haberent: & hæc poteſtas, collata eſt Petro & ſucceſſoribus ejus, ubi ei ſpecialiter dictum eſt, paſce oves meas, &c. Ioan. ultimo. Sexta, poteſtas eſt exigendi neceſſaria vitæ ab his quibus ſpiritualia miniſtrabant. Et hæc poteſtas declarata eſt ubi dicitur, euntes prædicate, &c. Et ſubditur, dignus eſt operarius cibo ſuo vel mercede ſuâ. Matth. 10. Luc. 10. Aliam ergò poteſtatem, præter ſex illas, non acceperunt Diſcipuli à Chriſto, niſi miracula faciendi, ad confirmationem fidei, in quâ non neceſſariò ſuccedunt eis Epiſcopi & alij Preſbyteri, qui jam non indiget miraculis confirmari.

*Gerſonius de Poteſtate Eccleſiaſticâ, Conſid. 5.*

Invenimus autem quod hæc juriſdictionis poteſtas promiſſa eſt Apoſtolis ante paſſionem Chriſti. Matth. 18. Amen dico vobis. Quæcumque ligaveritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlis, &c. & promiſſa fuit Petro. Matth. 16. tibi dabo claves regni cœlorum. Sed poſt reſurrectionem ſuam collata eſt Apoſtolis, quandò inſufflans eos dixit. Accipite Spiritum Sanctum quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, &c. Ioan. 21. & ibidem ultimo dictum eſt Petro. Paſce oves meas. Addita eſt ſeu potius confirmata poteſtas prædicandi cum poteſtate conferendi baptiſmum, vel potius jam datæ poteſtatis executio iuſſa eſt. Matth. ult. euntes in mundum univerſum, prædicate Evangelium omni creaturæ Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.

*Gerſonius de Statibus Eccleſiaſticis. Conſid. 2.*

Status Prælationis Epiſcopalis in Eccleſiâ quoad ſui collationem primariam fuit immediatè à Chriſto datus primis Apoſtolis ſicut ſtatus Papalis Petro, licet poſtmodum talis collatio vel acquiſitio fieri potuerit & facta ſit in ſucceſſoribus per homines ſicut Mathias factus eſt Apoſtolus per electionem vel ſortem, & ſucceſſores etiam Petri fiunt nunc per humanam electionem Dominorum Cardinalium, qui modus potuit & poteſt variari ut infrà ponitur.

*Conſid. 4.*

Status Epiſcopalis non ità ſubeſt ſtatui Papali quod illum poſſit Papa annullare, ſicut nec ſtatus Papalis poſſet humanitùs deſtitui. Nihilominùs idem ſtatus Epiſcopalis quoad acquiſitionem iſti perſonæ, & quoad exercitium, ſubeſt rationabili Papæ voluntati ad utilitatem Eccleſiæ, ut dictum

eſt. Hæc autem rationabilitas videtur attendenda ſeu regulanda maximè per determinationes Conciliorum generalium, præſertim jam factas de conſenſu & authoritate Summorum Pontificum.

*Conſid. 6.*

Status Epiſcopalis habet ex ſe & Chriſti inſtitutione primariâ poteſtatem conficiendi corpus Chriſti & miniſtrandi Sacra Eccleſiaſtica omnia, jus inſuper prædicandi, jus ſtipendia temporalia ſumendi, jus excommunicandi, jus Prælatos minores, ſcilicet Curatos inſtituendi, jus Eccleſias conſecrandi, jus beneficium Eccleſiaſticum vel ſtipendium temporale conferendi, vel facere conferri miniſtrantibus ſub ſe ſpiritualia, jus indulgentias dandi. Et ità de reliquis multis quæ Summo Pontifici competunt, ut in fonte.

*Ioannes Major, in 4. Sententiarum diſt. 24.*

Prætereà reliquos Apoſtolos Epiſcopos factos à Chriſto diximus poſt reſurrectionem, & per conſequens tàm Epiſcopi quàm Curati ſunt de jure divino, quemadmodum Romanus Pontifex, nec aliquis purus homo poteſt illud jus & illas poteſtates tollere ab Eccleſiâ pluſquàm Summum Pontificatum; licet Petrus Paludanus & de Turrecremata teneant oppoſitum. Sed hoc quod ipſi tenent cenſuit in fide hæreſim Facultas Noſtra, & hoc idem alijs rationibus munivimus.

*Nicolaüs de Cuſa, de Concordantiâ Cathol. lib. 1. cap. 10.*

Et ſic Sacerdotum eſt ut anima una in uno corpore fidelium, quæ membris communicat vivificationem, vegetationem, & ſenſationem, & juxtà graduationem membrorum quibus præſidet, gradum in præſidentiâ Cathedrali ſortitur.

*Eugenius 4. in decreto ad Armenos.*

De ſolis Apoſtolis legitur, quorum viam tenent Epiſcopi, quòd per manûs impoſitionem Spiritum Sanctum dabant.

*Tridentinum Concilium 4. ſeſſ. 23.*

Epiſcopos qui in Apoſtolorum locum ſucceſſerunt, ad hunc Hierarchicum ordinem præcipuè pertinere, & poſitos ſicut idem Apoſtolus ait, à Spiritu Sancto regere Eccleſiam Dei.

*Vide M. Ioannis Launoij Theologi Pariſienſis Viri Eruditiſſimi ſolida ac acuta reſponſa, ad objectiones R. Bellarmini & Brunonis Chaſſaing Ordinis FF. Minorum Recollectorum in opere famoſo, cui titulus eſt,* Ioannis Launoij Conſtantienſis, Pariſienſis Theologi aſſertio inquiſitionis in Monaſterij S. Medardi Sueſſion. privilegium. *parte 3. Variorum. fol. 723. &c.*

p. 365 & 366. Tous ceux qui ont une puiſſance & une juriſdiction ordinaire, c'eſt à dire qui leur convient à raiſon de leur charge & de leur office, peuvent la deleguer, & en faire telle part qu'il leur plaiſt, ſans attendre le conſentement d'autruy ..... Or le pouvoir d'exercer toutes les fonctions Epiſcopales dans toutes les Egliſes particulieres appartient de droit au Pape auſſi bien qu'aux Eveſques, c'eſt à dire en vertu de ſa charge, & de ſon office...... Il peut donc deleguer cette juriſdiction, & faire telle part qu'il luy plaira des fonctions de Paſteur, en tous les Dioceſes de tous les Eveſques, ſans rechercher leur conſentement. Douziéme propoſition de Iacques de Vernant.

*CENSVRA.*

*Doctrina contenta in hac propoſitio e* (il peut donc, &c) *intellecta* de uſu & exercitio, *eſt juri communi contraria, & tendens in deſtructionem Eccleſiæ, non in ædificationem.*

CENSVRE.

La Doctrine contenuë dans cette propoſition, *il peut donc, &c.* entenduë *de l'vſage & de l'exercice*, eſt contraire au droit commun, & tendante à la deſtruction de l'Egliſe, & non pas à ſon édification.

---

Ex Cenſurâ ſacræ Facultatis Theologiæ Pariſienſis latâ in propoſitiones Ioannis Angeli Ordinis Fratrum Minorum. an. 1482.

8. art. **P**Apa poſſet totum jus Canonicum deſtruere, & novum conſtruere.

*CENSVRA.*

*Hæc propoſitio eſt ſcandaloſa, blaſphematoria, notoriè hæretica & erronea.*

*Extrait de la Cenſure de la ſacrée Faculté de Theologie de Paris, faite contre quelques propoſitions de Iean Angeli de l'Ordre des Freres Mineurs. en l'an* 1482.

8. art. **L**E Pape pourroit détruire tout le Droit Canon, & en faire un nouveau.

CENSVRE.

Cette propoſition eſt ſcandaleuſe, blaſphematoire, & notoirement heretique & erronée.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Du Regiſtre contenant les concluſions de la meſme Faculté.*

Extrait de la cenſure des Liures de la Republique Eccleſiaſtique, de Marc-Antoine de Dominis Archeveſque de Spalatro.

*Du Livre 3. chap. 11. nomb. 15.*

Quant à ce que les Docteurs de Paris enſeignent, que les ſeuls Cardinaux ſont les Electeurs du Pape au nom de toute l'Egliſe, c'eſt une pure vanité, parce que ces meſmes Docteurs ſuppoſent qu'il n'y a dans l'Egliſe univerſelle qu'un Pape univerſel, qui preſide à toute l'Egliſe univerſelle, comme Eveſque univerſel.

CENSVRE.

Cette propoſition eſt erronée, l'erreur de laquelle tombe ſur cette particule (pure vanité) & quant à la ſuppoſition qu'elle attribuë aux Docteurs de Paris, elle eſt fauſſe, dont la fauſſeté tombe ſur ces paroles (comme Eveſque univerſel, comme ſi les autres Eveſques n'eſtoient que les Vicaires du Pape.

Ex Regiſtro continente concluſiones ejuſdẽ Facultatis.

*Ex cenſurâ librorum de Republicâ Eccleſiaſticâ auctore Marco Antonio de Dominis, Archiepiſcopo Spalatenſi.*

Lib. 3. Cap. 11. Num. 15.

*Quod Pariſienſes, Cardinales ſolos faciunt totius Eccleſiæ univerſalis nomine Papæ Electores, eſt mera vanitas, quia ſupponunt in Eccleſiâ univerſali unum Papam univerſalem, qui toti præſit Eccleſiæ univerſali tanquam Epiſcopus univerſalis.*

*CENSVRA.*

*Hæc propoſitio eſt erronea, cujus error cadit in particulam (mera vanitas) & quoad ſuppoſitionem quam Pariſienſibus tribuit, falſa, ejuſque falſitas in hæc verba (tanquam Epiſcopi univerſalis) cadit, quaſi alij Epiſcopi ſint tantùm Papæ Vicarij.*

# AVTHORITATE SACRÆ SCRIPTVRÆ, Conciliorum, Sanctorum Patrum Eccleſiæ, & veterum Theologorum confirmatur Cenſuræ veritas.

## *Pro duodecimâ Propoſitione.*

B. *Paulus Epiſt. 1. ad Corinthios cap. 12.*

Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens ſingulis prout vult. Sicut corpus unum eſt, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cùm ſint multa, unum tamen corpus, ſunt ità & Chriſtus. Etenim in uno ſpiritu omnes nos in unum corpus baptizati ſumus, ſive Iudæi, ſive Gentiles, ſive ſervi, ſive liberi: & omnes in uno ſpiritu potati ſumus. Nam & corpus non eſt unum membrum, ſed multa. Si dixerit pes quoniam non ſum manus, non ſum de corpore: nùm ideò non eſt de corpore? & ſi dixerit auris: quoniam non ſum oculus, non ſum de corpore: nùm ideò non eſt de corpore? Si totum corpus oculus: ubi auditus? ſi totum auditus: ubi odoratus? nunc autem poſuit Deus membra, unumquodque eorũ in corpore ſicut voluit. Quòd ſi eſſent omnia unum membrum, ubi corpus? nunc autem multa quidem membra, unum autem corpus. Non poteſt autem oculus dicere manui: operâ tuâ non indigeo; aut iterùm caput pedibus: non eſtis mihi neceſſarij. Sed multò magis quæ videntur mẽbra corporis infirmiora ſe, neceſſaria ſunt: & quæ putamus ignobiliora membra eſſe corporis, his honorem abundantiorem circumdamus: & quæ inhoneſta ſunt noſtra, abundantiorem honeſtatem habent, honeſta autem noſtra nullius egent: ſed Deus temperavit corpus ei, cui deerat abundantiorem tribuendo honorem, ut non ſit ſchiſma in corpore, ſed id ipſum pro invicem ſollicita ſint membra. Et ſi quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra: ſive gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra. Vos autem eſtis corpus Chriſti & membra de membro. Et quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſiâ primùm Apoſtolos, ſecundò Prophetas, tertiò Doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum interpretationes ſermonum. Nunquid omnes Apoſtoli? nunquid omnes Prophetæ?

*Sanctus Epiphanius, hæreſi 42. de Marcionitis.*

Ob hunc igitur inceſtum Eccleſia ab ipſo parente pulſus eſt; viro cum primis religioſo, ac veritatis amore flagrantiſſimo, & in hâc Epiſcopalis muneris adminiſtratione præſenti. Cui cum Marcio diù multùmque ſupplicaſſet, ac pœnitentiam poſtulaſſet, hanc à Patre precibus nullis obtinuit. Vehemen-

tem ſiquidem ex eâ re dolorem optimus ſenex & Epiſcopus ceperat, quod non ſolùm ille excidiſſet, ſed & ignominiam ſibi ac dedecus impoſuiſſet. Ergò ubi ſe nullis artibus eblandiri poſſe quod cuperet animadvertit, popularium ſuorum probra ac ludibria non ſuſtinens, clàm ab oppido ſeceſſit, ac Romam poſt Hygini Papæ obitum ſeſe contulit: qui à Petro Pauloque Apoſtolis nonus Eccleſiæ præfuerat. Eò ſtatim ac Marcion pervenit ad ſeniores adiens, qui ab Apoſtolorum diſcipulis edocti adhuc ſupererant, ut in communionem admitteretur ab ijs fruſtrà petijt. Quamobrem extimulatus invidiâ, quòd non principem illic locum, ac ne Eccleſiæ quidem aditum impetraſſet, ad impoſtoris Cerdonis hæreſim confugere in animum induxit.

Ad hæc contradicere Marcion, ac longè ſecùs id habere ſe dicere, pro eo quòd admittere ſeſe detrectaſſent. Quare palàm eos alloquens; cur me, inquit, recipere noluiſtis? reſponderunt illi: nobis injuſſu venerandi patris tui facere iſtud non licet. Vna ſiquidem fides eſt, & animorum una conſenſio: neque contrà ſpectatiſſimum collegam patrem tuum moliri quippiam poſſumus.

*Cyprianus, Epiſt. 55.*

Nam cùm ſtatutum ſit omnibus nobis, & æquum ſit pariter ac juſtum, ut uniuſcujuſque cauſa illìc audiatur ubi eſt crimen admiſſum, & ſingulis paſtoribus portio gregis ſit adſcripta, quam regat unuſquiſque & gubernet, rationem ſui actûs Domino redditurus; oportet utique eos quibus præſumus, non circumcurſare, nec Epiſcoporum concordiam cohærentem ſuâ ſubdolâ & fallaci temeritate collidere, ſed agere illìc cauſam ſuam, ubi & accuſatores habere & teſtes ſui criminis poſſint; niſi ſi paucis deſperatis & perditis minor videtur eſſe authoritas Epiſcoporum in Africâ conſtitutorum, qui jam de illis judicaverunt, & eorum conſcientiam multis delictorum laqueis vindicij ſui nuper gravitate damnarunt.

*Leo Papa Epiſt. 62.*

Hoc tamen proprium diffinitionis meæ eſt, ut quantùmlibet numerus Sacerdotum amplior aliquid per quorumdam ſurreptionem decernat, quod illis trecentorum decem & octo Patrum conſtitutionibus inveniatur adverſum, id juſtitiæ conſideratione caſſetur: quoniam univerſæ pacis tranquillitas non aliter poterit cuſtodiri, niſi ſuâ Canonibus reverentiâ intemeratâ ſerventur.

† *Leo, Epiſtolâ 84. ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem Epiſcopum Legatum in Macedoniâ.*

Et te igitur, Frater Chariſſime, & eos fratres noſtros, qui de tuis offenduntur exceſſibus, cùm tamen non ſimilis ſit omnium materia querelarum, hortor & moneo, ut quæ piè ſunt ordinata, ſalubriterque diſpoſita, nullâ concertatione turbentur. Nemo quod ſuum eſt, quærat, ſed quod alterius, ſicut Apoſtolus aït, unuſquiſque veſtrum proximo ſuo placeat in bono ad ædificationem, nec enim poterit unitatis noſtræ firma eſſe compago, niſi nos ad inſeparabilem ſoliditatem vinculum charitatis adſtrinxerit: quia ſicut in

uno

uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent; ità multi unum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra. Connexio totius corporis unam ſanitatem, unam pulchritudinem facit. Et hæc quidem connexio totius quidem corporis unanimitatem requirit, ſed præcipuè exigit concordiam Sacerdotum. Quibus etſi dignitas non ſit communis, eſt tamen ordo generalis: quoniam & inter beatiſſimos Apoſtolos in ſimilitudine honoris fuit quædam diſcretio poteſtatis, & cùm omnium par eſſet electio, uni tamen datum eſt, ut cæteris præemineret. de quâ formâ, Epiſcoporum quoque eſt orta diſtinctio, & magnâ diſpoſitione proviſum eſt, ne omnes ſibi omnia vindicarent: ſed eſſent in ſingulis Provincijs ſinguli, quorum inter fratres haberetur prima ſententia: & rursùs quidam, in majoribus urbibus conſtituti, ſollicitudinem ſuſciperent ampliorem, per quos ad unam Petri ſedem, univerſalis Eccleſiæ cura conflueret, & nihil uſquam à ſuo capite diſſideret.

*Idem Epiſt. 53.*

Sancti illi & Venerabiles Patres, qui in urbe Nicenâ, ſacrilego Arrio cum ſuâ impietate damnato, manſuras uſque in finem mundi leges Eccleſiaſticorum Canonum condiderunt, & apud nos, & in toto orbe terrarum in ſuis conſtitutionibus vivunt; & ſi quid uſquam aliter, quàm illi ſtatuerunt, præſumitur, ſine cunctatione caſſatur: ut quæ ad perpetuam utilitatem generaliter inſtituta ſunt, nullâ commutatione varientur, nec ad privatum trahantur commodum, quæ ad bonum ſunt commune præfixa: & manentibus terminis, quos conſtituerunt Patres, nemo in jus tendat alienum; ſed intrà fines proprios atque legitimos, proüt quis valuerit, in latitudine ſe charitatis exerceat.

Eſt enim patiens & benigna, & non æmulatur, non agit perperàm, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt. Vnde ſi charitas non quærit propria, quantùm peccat, qui concupiſcit aliena.

*Idem, Epiſt. 8.*

Non enim nobis ordinationes veſtrarum Provinciarum defendimus, quod poteſt forſitàn ad depravandos Veſtræ Sanctitatis animos Hilarius pro ſuo more mentiri: ſed vobis per veſtram ſollicitudinem vindicamus, ne quid ulteriùs liceat novitati, nec præſumptori locus ultrà jam pateat privilegia noſtra caſſandi. Noſtræ enim gratulationi hoc ſolùm creſcere profitemur, ſi Apoſtolicæ Sedis diligentia apud nos illibata ſervetur: & per Sacerdotalis diſciplinæ cuſtodiam honori veſtro perire, quod ſuum eſt pro novis uſurpationibus non ſinamus.

*Gregorius lib. 10. Epiſt. 39*

De Eccleſiaſticis verò privilegijs quod Veſtra Fraternitas ſcribit, hoc poſtpoſitâ dubitatione teneat, quia ſicut noſtra defendimus, ità ſingulis quibúſque Eccleſijs ſua jura ſervamus. Nec cuilibet favente gratiâ, ultrà quàm meretur impartior: nec ulli hoc quod ſui juris eſt, ambitu ſtimulante derogo: ſed fratres meos per omnia honorare cupio: ſicque ſtudeo honore ſingulos ſubvehi, dummodo non ſit quod alteri jure ab altero poſſit opponi.

*Idem lib. 5. Epiſt. 11.*

Quia verò pervenit ad nos, Clericos, aliáſque civitatis ac parœciæ tuæ religioſas perſonas ab alijs conveniri, fieri hoc de cætero prohibemus: & neque Clericum tuum, & neque Monachum, uel quamlibet civitatis aliam religioſam perſonam parœciæ tuæ conveniri à quoquam, vel ad alterius volumus judicium exhiberi. Sed ſi quis contrà hujuſmodi perſonas cujuſlibet negotij movere voluerit quæſtionum, Fraternitatem Tuam noverit adeundam. Aut ſi fortè, ut aſſolet, aliqua illis quolibet modo fuerit nata ſuſpicio, & electorum deſideravit fortaſsè judicium, ſub tuâ executione eligendi fas habeant cognitores; quatenùs hoc modo nec tu amiſiſſe juriſdictionem, nec actor apud ſuſpectum litigando videatur præjudicium ſuſtinere. Hoc enim ſervandum & Anthemio Subdiacono nos præcepiſſe cognoſce. Oportet ergò ut Fraternitas Tua ergà monaſteria civitatis parœciæque ſuæ omnes ſubjectos paſtorali curâ diligenter invigilet, & de vitâ actúque eorum ſit omninò ſollicita: ut ſicut nos hæc tibi privilegia ſervare dignoſcimur, ità & tu vigilantiam tuam in cunctis, ut decet, ſolerter exhibeas, quatenùs in nullâ re poſſis de neglectu reprehenſibilis inveniri.

*Idem lib. 7. Epiſt. 30.*

Indicare quoque Veſtra Beatitudo ſtuduit, jam ſe quibuſdam non ſcribere ſuperba vocabula, quæ ex vanitatis radice prodierunt. Et mihi loquitur dicens: Sicut juſſiſtis, quod verbum juſſionis peto à meo auditu removete: quia ſcio quis ſum, qui eſtis. Loco enim Fratres eſtis, moribus Patres. Non ergò juſſi, ſed quæ utilia viſa ſunt, indicare curavi. Non tamen invenio Veſtram Beatitudinem, hoc ipſum quod memoriæ veſtræ intuli, perfectè retinere voluiſſe. Nam dixi nec mihi vos, nec cuiquam alteri tale aliquid ſcribere debere: & ecce in præfatione Epiſtolæ, quam ad meipſum qui prohibui direxiſtis, ſuperbæ appellationis verbum, univerſalem me Papam dicentes, imprimere curaſtis. Quod peto dulciſſima mihi Sanctitas Veſtra ultrà non faciat, quia vobis ſubtrahitur quod alteri pluſquam ratio exigit, præbetur. Ego enim non quæro verbis proſperari, ſed moribus. Nec honorem eſſe deputo, in quo fratres meos honorem ſuum perdere cognoſco. Meus namque honor eſt, honor univerſalis Eccleſiæ. Meus honor eſt, fratrum meorum ſolidus vigor. Tunc ego verè honoratus ſum, cùm ſingulis quibuſque honor debitus non negatur.

*Idem, lib. 9. Ep. 32.*

Pervenit ad nos, quòd ſi quis contrà Clericos quoſlibet cauſam habeat, deſpectis eorum Epiſcopis eoſdem Clericos in tuo facias judicio exhiberi; quod ſi ità eſt, quia valdè conſtat eſſe incongruum, hâc tibi authoritate præcipimus, ut hæc denuò facere non præſumas. Sed ſi quis contrà quemlibet Clericum cauſam habuerit, Epiſcopum ipſius adeat, ut aut ipſe cognoſcat, aut certè ab eo Iudices deputentur: aut ſi fortè ad arbitros eundum eſt, partes ad eligendum Iudicem ab ipſo executio deputata compellat. Si quis verò Clericus, vel Laïcus contrà Epiſcopum cauſam habuerit, tunc te interponere debes, ut inter eos aut ipſe cognoſcas: aut certè te admonente ſibi Iudices

eligant. Nam ſi ſua unicuique Epiſcopo juriſdictio non ſervatur, quid aliud agitur, niſi ut per nos per quos Eccleſiaſticus cuſtodiri debuit, ordo confundatur? Item nuntiatum eſt nobis, quia quoſdam Clericos qui à Reverendiſſimo Fratre Noſtro Ioanne Epiſcopo exigente culpâ in pœnitentiam miſſi ſunt, neſciente illo, tuâ illos exinde authoritate ejeceris quòd ſi verum eſt, rem te omninò inhoneſtam, & non leviter culpandam feciſſe cognoſcas. Eoſdem ergò Clericos Epiſcopo ſuo ſine morâ reſtitue. Et hoc de cætero cave committere: quia ſi neglexeris, noſtros te noveris non mediocriter motus incurrere.

*Idem in reſponſis ad Auguſtinum Epiſcopum Angliæ, lib. 12.*

Poſtulo etiam qualiter debemus cum Galliarum atque Britannorum Epiſcopis agere.

*Qualiter Metropolitanus in alienâ Provinciâ ſe habere debeat. Reſponſio B. Gregorij.*

In Galliarum Epiſcopos nullam tibi authoritatem tribuimus: quia ab antiquis prædeceſſorum meorum temporibus pallium Arelatenſis Epiſcopus accepit, quem nos privare authoritate perceptâ minimè debemus. Si igitur contingat ut Fraternitas Tua ad Galliarum Provinciam tranſeat, cum eodem Arelatenſi Epiſcopo debet agere, qualiter ſi qua ſunt in Epiſcopis vitia corrigantur. Qui ſi fortè in diſciplinæ vigore tepidus exiſtat, Tuæ Fraternitatis zelo accendendus eſt. Cui etiam Epiſtolas fecimus, ut cum Tuæ Sanctitatis præſentiâ in Gallijs fuerit, ei ipſe totâ mente ſubveniat, & quæ ſunt Creatoris noſtri juſſioni contraria, ab Epiſcoporum moribus compeſcatis. Ipſe autem auctoritate propriâ Epiſcopos Galliarum judicare non poteris, ſed ſuadendo, blandiendo, bona quoque tua opera eorum imitationi monſtrando, Pravorum mentes ad ſanctitatis ſtudia reforma, quia ſcriptum eſt in lege: per alienam meſſem tranſiens falcem mittere non debet, ſed manu ſpicas conterere & manducare. Falcem ergò judicij mittere non potes in eam ſegetem quæ alteri videtur eſſe commiſſa, ſed per effectum boni operis frumenta Dominica vitiorum ſuorum paleis expolia, & in Eccleſiæ corpus movendo & perſuadendo quaſi mandando converte. Quicquid uerò ex authoritate agendum eſt, cum prædicto Arelatenſi Epiſcopo agatur, ne prætermitti poſſit hoc quod antiqua Patrum inſtitutio invenit. Britannorum verò omnes Epiſcopos Tuæ Fraternitati committimus, ut indocti doceantur, infirmi perſuaſione roborentur, perverſi authoritate corrigantur.

*Epiſtola 30. B. Nicolai Papæ.*

Intereà noverit Dilectio Veſtra, Balduinum ut nobis intimatum eſt, qui natam veſtram ſibi furto in uxorem contrà fas ſociavit, quem ideò Venerandi Præſules Eccleſiam Domini in regno veſtro gubernantes, vinculis anathematis obligarunt, ad limina Apoſtolorum acceſſiſſe, & ut à vinculis ſolveretur, atque per nos gratiam inveniret, ſedem adijſſe Apoſtolicam. Nos autem non ſolùm eum à vinculis minimè abſolvimus, aut in communione noſtrâ recepimus, ſed potiùs tam præſumptuoſam temeritatem deteſtati ſumus, atque veſtri pectoris naturalem affectum conſiderantes do-

luimus, veſtræque mœſtitiæ participes effecti vobis hodiéque compatimur. Verùm quoniam ad divina ſeſe præſidia contulit, amatorumque veſtrorum Petri ac Pauli Apoſtolorum Principum ſibimet expetijt affore ſubſidia: non potuimus omittere, quominùs, ut gratiam veſtram perciperet, apud piam Excellentiam Veſtram interveniremus.

*Epiſtola 292. B. Ioannis Papæ octavi.*

*Opteramo Viennenſi Archiepiſcopo.* Relatu veraci didicimus, Sanctimoniam Veſtram in Genevenſi Eccleſiâ Epiſcopum conſecraſſe, cui nos neceſſariâ temporum qualitate perſpectâ, jam primùm Clericis ejuſdem Eccleſiæ ſuggerentibus, authoritate Apoſtolicâ præfeceramus Epiſcopum, nomine Optadum. Quo audito, audaciam & temeritatem veſtram nimiùm admirantes, ob id maximè turbati ſumus, eò quòd non ſolùm ſuper ordinationem noſtram obices manus habuiſtis; ſed etiam ad contemptum, & injuriam Sedis Apoſtolicæ Præfatum Epiſcopum turpiter capientes: arctâ cuſtodiâ retruſiſtis, & rebus omnibuſque ſupellectilibus ejus direptis, hactenùs retruſum affligitis.

*Flodoardus lib. 4. Remenſis Hiſtoriæ, cap. 1.*

Pro Teutboldo Lingonenſi, ſignificans ad ſe Lingonenſis Eccleſiæ querimoniam perveniſſe, quòd obeunte Iſaac Epiſcopo, inconſulto Clero & populo, Egilonem quemdam Monachum nuper de ſæculo venientem in Epiſcopum Aurelianus Lugdunenſis ordinaverit; eiſque vi illatâ præpoſuerit nolentibus, quo divinâ vocatione hominem excedente, ne in idipſum incurrerent, concordi voto Clerus & populus Teutboldum ipſius Eccleſiæ Diaconum eligentes ab ipſo Papâ (Stephano) ſibimet in Epiſcopum conſecrari petierint. Sed ille uniuſcujuſque Eccleſiæ privilegium inconcuſſum ſervare volens id agere diſtulerit, cumque præfato Aureliano direxerit, ſcribens ad eum, ut ſi Cleri populique vota in eum concordarent, & ſacri Canones non obviarent, manus huic imponere nequaquam differret, quòd fieri ſi ratio prohiberet, & idipſum ſibi reſcriberet. Interim tamen alterum in hi ordinare nullo modo ſe inconſultò præſumeret, ſimulque & Oirannum Senogallienſem Epiſcopum à ſuo latere direxerit executorem, quem deludens Aurelianus ad Lingonenſem præmiſerit urbem, pollicitus ſe citiſſimè ſubſecuturum. Quod cùm diù expectaretur, nec ipſe advenerit, nec moræ ſuæ cauſam innoteſcere, vel Papa remandare præviderit: quocircà iterato Clerus & populus eum decreto manu omnium roborato præfatum electum Romam remiſerunt, obnixè ſibimet illum conſecrari petentes: ſed nec id tunc agere acquieverit: volens Lugdunenſis Eccleſiæ collatum privilegium immutilatum conſiſtere. Ideóque jam dicto Aureliano iterum reſcribens mandaverit, ut quia concordi voto Clerus & populus jam dictum Diaconum expetebat, aut ipſum conſecraret, aut quid in eo reprehenſibile judicaret, reſcribere maturaret: ſed is priori inobedientiæ contumaciam adjiciens, non ſolùm oblatum conſecrare, ſeu quid in eo reprehenſibile judicare ſibi reſcriberet, contempſerit; verùm etiam contrà interdicta, & ſacrorum Canonum ſtatuta quendam extraneum, & eidem Eccleſiæ ignotum, in

angulo ordinatum illis ingerere niti præſumpſerit. At hi potiùs laborem ſubire, quàm ſubjici ignoto eligentes ad ſe redierint, implorantes ne pateretur Eccleſiaſtica jura violari. Nos autem, inquit, qui omnium Eccleſiarum in B. Petro Apoſtolorum Principe curam ſuſcepimus, ſcientes inter Epiſcopos non haberi eum, qui neque à Clero Clericus, neque à populo eſt expetitus, ſæpè dictum Teutboldum Venerabilem Diaconum ipſorum lamentabilibus precibus inclinati Lingonenſis Eccleſiæ Epiſcopum conſecravimus, condignâ ſententiâ prævaricatoribus illatâ, licet & alijs prævaricationibus fuerint impediti. Quapropter Tuæ injungimus Sanctimoniæ, ut his noſtris Apoſtolicis literis perceptis poſtpoſitâ dilatione ad Lingonenſem accedas Eccleſiam, & eundem Teutboldum à nobis ſolemniter conſecratum Epiſcopum exinde reveſtias, omnibuſque Archiepiſcopis & Epiſcopis innoteſcas, per tantæ contumaciæ ultionem, non ejuſdem Eccleſiæ ſpecialem ſolicitudinem ſuſcepiſſe pro tanti laboris moderatione, & oppreſſionis illius relevatione.

*Rodulphus Glaber in libri 2. hiſtoriæ capite 4.*

De Fulcone, inquit, Andegavorum Comite unum reſtat memorabile. Cùm enim circumquáque in diverſis præliorum eventibus plurimum humanum fudiſſet ſanguinem, metu gehennæ territus, ſepulchrum Salvatoris Hieroſolymorum adijt, indéque ut erat audaciſſimus, admodùm exultanter rediens aliquantulùm ad tempus à propriâ feritate eſt lenior redditus. Tunc ergò mente concepit, ut in optimo fundorum proprij juris loco Eccleſiam conſtrueret, ibidemque Monachorum Cœtum coadunaret, qui videlicet die noctúque pro illius animæ redemptione interveniret, qui etiam ut ſemper curioſè aiebat, cœpit quoſque percunctari religioſos, in quorum potiſſimùm memoriâ ſanctorum eandem Eccleſiam fundare deberet, qui videlicet pro ejus remedio animæ Omnipotentem Dominum orarent. Cui inter cæteros à propria jam uxore quæ valde ſano pollebat conſilio, ſuggeſtum eſt, ut in honore ac memoriâ illarum cœleſtium virtutum, quas Cherubim & Seraphim ſublimiores ſacra teſtatur auctoritas, votum quod voverat expleret. Qui libentiſſimè annuens ædificavit Eccleſiam admodùm pulcherrimam in pago ſcilicet Turonico milliario interpoſito à Hueacenſe Caſtro. Expleto denique quantociùs Baſilicæ opere, protinùs miſit ad Hugonem Turonorum Archipræſulem, in cujus ſcilicet conſtituta erat Diœceſi, ut illam ſacraturus quemadmodum decreverat, adveniret. Qui venire diſtulit dicens, ſe minimè poſſe illius votum dicando Domino committere, qui videlicet matri Eccleſiæ ſedis ſibi commiſſæ prædia, & mancipia ſurripuerat non pauca. Hocque potius illi videbatur competere, ut primitùs, ſi quid injuſtè diripuerat, alicui reſtitueret, ſicque deinceps juſto judicio Deo propria quæ voverat, offerre deberet, cúmque igitur iſta Fulconi à ſuis perlata fuiſſent, diutinâ feritate reſumptâ, nimiùm indignè ferens Epiſcopi reſponſa: inſuper comminatus illum valdè, ac ſublimiùs indè quod valuit adegit conſilium. Mox denique copioſâ auri & argenti aſſumptâ pecuniâ, Romam pergens, ac Ioanni Papæ cauſam ſuæ profectionis expoſuit. Ac deindè poſcens quod ab illo optaverat, plurima ei munerum

dona obtulit. Qui protinùs miſit cum eodem Fulcone ad prædictam Baſilicam ſacrandam unum ex illis, quos in B. Petri Apoſtolorum principis Eccleſia Cardinales vocant, nomine Petrum, cui etiam præcepit veluti Romani Pontificis authoritate aſſumptâ, quidquid agendum Fulconi videbatur, intrepidus expleret. Quod utique audientes Galliarum quique Præſules, præſumptionem ſacrilegam cognoverunt ex cæcâ cupiditate proceſſiſſe, dùm videlicet, unus rapiens, alter raptum ſuſcipiens, recens in Romanâ Eccleſiâ ſchiſma creaviſſet: univerſi etiam pariter deteſtantes, quoniam nimiùm indecens videbatur, ut is qui Apoſtolicam regebat ſedem Apoſtolicùm primitùs, ac canonicum tranſgrediebatur tenorem. Cum inſuper multiplici ſit antiquitùs auctoritate roboratum, ut non quiſpiam Epiſcoporum in alterius Diœceſi iſtud præſumat exercere, niſi Præſule, cujus fuerit, compellente ſeu permittente. Igitur die quadam menſis Maij congregata eſt innumerabilis populi multitudo ad dedicationem ſcilicet prædictæ Eccleſiæ. Ex quibus multò etiam plures illuc Fulconis terror ob ſuæ elationis pompam convenire compulit. Epiſcopi tantùm, qui ejus ditione premebantur, coacti interfuêre. Cœptâ igitur die conſtituto ſatis pompaticè hujuſmodi dedicatione, atque peractâ, Miſſarumque ex more ſolemnijs celebratis poſtmodùm quique ad propria rediere. Denique imminente ipſius diei horâ nonâ, cùm flabris lenibus ſerenum undique conſiſteret cœlum, repentè ſupervenit à plagâ auſtrali vehementiſſimus turbo, ipſam impellens Eccleſiam, ac replens eam turbido aëre diù multùmque concutiens: deindè verò ſolutis laquearibus, univerſæ ejuſdem Eccleſiæ trabes, ſimulque tota teges per pignam templi ejuſdem occidentalem in terram corruentes, everſum ierunt. Quod cùm multi per regionem factum comperiſſent, nulli venit in dubium, quoniam inſolens præſumptionis audacia irritum conſtituiſſet votum: ſimúlque præſentibus ac futuris quibúſque, ne huic ſimile agerent, evidens judicium fuit. Licet namque Pontifex Romanæ Eccleſiæ ob dignitatem Apoſtolicæ ſedis cæteris in orbe conſtitutis reverentior habeatur, non tamen ei licet tranſgredi in aliquo canonici moderaminis tenorem. Sicut enim unuſquiſque orthodoxæ Eccleſiæ Pontifex, ac ſponſus propriæ ſedis uniformiter ſpeciem gerit Salvatoris, ità generaliter nulli convenit quippiam in alterius procaciter patrare Epiſcopi Diœceſi.

Vniverſi pariter deteſtantes, quoniam nimiùm indecens videbatur, vt is qui Apoſtolicam regebat ſedem, Apoſtolicum primitùs ac Canonicum tranſgrediebatur tenorem: cum inſuper multiplici, & antiquitùs auctoritate roboratum, ut non quiſpiam Epiſcoporum in alterius diœceſi iſtud præſumat exercere, niſi Præſule cujus fuerit, compellente ſeu permittente. Deinde, quicquid Cardinalis adverſùs canonicum illum tenorem attentavit, ſpecie quadam miraculi reprobatum fuit. Quod cùm multi per regionem factum comperiſſent, nulli venit in dubium, quoniam inſolens præſumptionis audacia irritum conſtituiſſet votum, ſimúlque præſentibus ac futuris quibúſque ne huic ſimile agerent evidens judicium fuit.

Licet namque Pontifex Romanæ Eccleſiæ ob dignitatem Apoſtolicæ ſe-

dis cæteris in orbe conſtitutis reverentior habeatur, non tamen ei licet tranſgredi in aliquo canonici moderaminis tenorem.

*Anſanum Concilium.*

Anno M. XXV. Dominicæ Incarnationis convenerunt apud Anſam in Eccleſiâ ſancti Romani causâ Concilij Archiepiſcopi cum pluribus Epiſcopis, ſcilicet Burchardus Archiepiſcopus Viennenſis, Amiro Archiepiſcopus Tarantaſienſis, Helminus Epiſcopus Eduenſis, Gauſlenus Epiſcopus Matiſcenſis, Gaufredus Epiſcopus Cabilonenſis, Hugo Comes Epiſcopus Antiſſiodorenſis, Guigo, Epiſcopus Valentinenſis, Vmbertus Epiſcopus Gratianopolitanus, Aribaldus Epiſcopus Vcecienſis, Anſelmus Epiſcopus Auguſtenſis, & Vrardus Epiſcopus Maurianenſis. Dum igitùr multa de Eccleſiaſticis cauſis, & de communi populi utilitate ibidem tractarent ſurgens ſupradictus Gauſlenus Epiſcopus in medio proclamavit, ſe conqueri de Burchardo prædicto Viennenſi Archiepiſcopo, qui ſine licentiâ & aſſenſu ſuo contrà canonum ſtatuta ordinationes de Monachis fecerat in Epiſcopatu ſuo, ſcilicet in Cluniacenſi Cœnobio. Ad quæ idem Archiepiſcopus reſpondens Dominum Odilonem Abbatem, qui præſens aderat, illarum ordinationum adduxit auctorem in defenſorem. Itàque cum Monachis ſuis ſurgens oſtendit privilegium, quod habebant à Romanâ Eccleſiâ, quod eis talem libertatem tribuebat, ut nulli in cujus territorio degebant, nec alicui aliquatenùs ſubjacerent Epiſcopo, ſed quemcumque vellent, adirent, vel de qualibet regione adducerent Epiſcopum, qui faceret ordinationes, vel conſecrationes in eorum monaſterio. Relegentes ergò ſancti Chalcedonenſis, & plurimorum authenticorum Conciliorum ſententias, quibus præcipitur, qualiter per unamquamque regionem Abbates, & Monachi proprio debeant Epiſcopo ſubjici, & ne Epiſcopus in parœciâ alterius audeat ordinationes, vel conſecrationes abſque licentiâ ipſius Epiſcopi facere, decreverunt chartam non eſſe ratam, quæ canonicis non ſolùm non concordaret, ſed etiam contraïret ſententijs. Abjudicaverunt quoque Dominum Abbatem non poſſe exiſtere Archiepiſcopo legitimum authorem Canonicæ defenſionis. Vnde prædictus Archiepiſcopus ratione convictus, petens veniam à Gauſleno Epiſcopo, loco ſatisfactionis firmavit, & per quales ipſe voluit fidejuſſores, ut unoquoque anno quandiu ambo viverent, tempore Quadrageſimæ ſufficientiam olei de olivis ad conficiendum Chriſma ipſi perſolveret ſine negligentiâ.

*Synodus Lemovicenſis ſeſſ. 3. ann. 1208.*

Sanè, ut exempli causâ aliquid dicatur, Beatus Martialis Aquitaniæ Apoſtolus Stephano Regi Galliarum qui ſub Nerone Galliam uſque ad montes Pyrenæos regendi habebat poteſtatem, pro Virginis Valeriæ interfectione, cæteriſque reatibus jam pœnitentiam indixerat, jam fonte baptiſmatis quo cuncta delentur admiſſa ipſum purificaverat, attamen quia neceſſe Principi fuit ut Romam cum legione Galligenarum jubente Nerone properaret, præmonente, ut credimus Beato Martiale, Beatum Petrum adijt, & pro Virginis interfectione ab eo ſe abſolvi poſtulavit. Illa profectò Principis ab-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſolutio à Beato Petro, confirmatio illius fuit abſolutionis, & pœnitentiæ quam ei B. Martialis indixerat. Certè B. Petrus, ſi ſciret illum eſſe à B. Martiale excommunicatione obligatum, potiùs eum damnaret, quàm abſolveret. Sic Apoſtolici Romani Epiſcoporum omnium ſententiam confirmare non diſſolvere debent: quia ſicut membra caput ſuum ſequi, ità caput membra ſua non contriſtari.

*Chronicon S. Petri vivi.*

Anno MLXXXII. 14 Kalend. Novembris obijt VVltarius Meldenſis: & in ſequenti ſeptimâ Hugo Dienſis Epiſcopus Romanæ Eccleſiæ Legatus congregavit Concilium in eâdem urbe, & ordinavit Epiſcopum in eâdem urbe Robertum Abbatem Eccleſiæ Reſbacenſis. Quod quia ſine præſentiâ & aſſenſu Richerij Archiepiſcopi, & Coëpiſcoporum ejus factum eſt, excommunicaverunt eum.

Eodem quoque anno Richerius Archiepiſcopus ordinavit VValterium Meldenſem Epiſcopum 4. Nonas Novembris, excommunicato ſupradicto Roberto.

*Chronicon S. Medardi. an. 1131.*

Innocentius Papa ſecundus, qui illis diebus in Franciâ venerat, prædictum Ludovicum Iuniorem, Philippo Rege fratre ejus defuncto, qui duobus annis & dimidio regnaverat, Remis inunctum cõſecravit. Gaufridus cognominatus Collum-cervi, Abbas Eccleſiæ Beati Medardi Epiſcopus, Catalaunenſis effectus eſt, & Odo Abbas ſucceſſit. Eccleſia Beati Medardi Sueſſionis dedicatur à Domno Innocentio Papâ ſecundo prædicto Pontificatûs ſui anno ſecundo, in honore B. Mariæ ſemper Virginis, & Sanctorum Apoſtolorum & Martyrum, & in honore Beati Medardi Epiſcopi & Confeſſoris Idus Octobris. Prædictus ſiquidem Papa antè dedicationem Eccleſiæ prædictæ Odonem Abbatem Eccleſiæ B. Medardi, nolente, ſed contradicente Epiſcopo Sueſſionenſi Aurelianis benedixit pridie Kalendas Octobris.

*Concilium Salegunſtadienſe Can. 18.*

Quia multi tantâ mentis ſuæ falluntur ſtultitiâ, ut in aliquo capitali crimine inculpati: pœnitentiam à Sacerdotibus ſuis accipere nolint, in hoc maximè confiſi, ut Romam euntibus Apoſtolicus omnia ſibi dimittat peccata: Sancto viſum eſt Concilio, ut talis indulgentia illis non proſit, ſed priùs juxtà modum delicti, pœnitentiam ſibi datam à ſuis Sacerdotibus adimpleant, & tunc Romam ire ſi velint, ab Epiſcopo proprio licentiam, & literas ad Apoſtolicum ex ijſdem rebus deferendas accipiant.

*Bernard. de conſideratione lib. 4. cap. 7.*

Conſideres antè omnia Romanam Eccleſiam, cui Deo authore præes, Eccleſiarum matrem eſſe, non Dominam: te verò non Dominum Epiſcoporum, ſed unum ex ipſis, porrò fratrem diligentium Deum, & participem timentium Deum.

*Idem, Epiſt. 1, 7.*

Duram Provinciam nactus ſum, peccatis meis exigentibus. Inter cætera quibus angor, ſuffraganeos accepi juvenes & nobiles. Adjutores eſſe debe-

rent.

ſent : & utinàm non adverſarentur, ſed ſuperſedeo : per aliam malo ut innoteſcant vobis mores eorum & ſtudia, ſi neſcitis. Dico tamen jus, fas, honeſtas, religio in noſtris Epiſcopatibus perierunt. Malum quod pro debito officij diſſimulare non audeo, breviter ſimpliciterque intimavi : ut quod non placet Providentiæ Veſtræ per me corrigi, per me ſaltem vobis qui corrigere poteſtis innoteſcat, ne omninò vacuum videar portare nomen Archiepiſcopi. Et mihi melius quidem eſſet non aſcendiſſe, quàm ſic deſcendere cum rubore, ſed de me quæ cura ? benè quod dignus ſum patiar, tanquam malè operans. Sim certè opprobrio etiam meis ; ſuâ ſpe nimirùm fruſtraſtis, quam de me, ut ſibi me præeſſe vellent, conceperant : dùm comperiant Eccleſiæ ſuæ per me magis imminui dignitatem, cujus per me etiam antiqua damna reſtitui poſſe putaverant. Hæc omnia ſuſtineo, & ſi non libenter, certè patienter, ne unquam videar recalcitrare obedientiæ, pro quâ etiam dare animam ſi neceſſe ſit, debere me fateor. Verùm hoc Sollicitudinem Veſtram attendere velim, creationis injuriam reſpicere ad creantem : & vires quas mihi ſubtrahitis, vobis minuitis : & contemptus meus, & dejectio mea redundat in vos. Multa habeo conqueri vobis de vobis, ſed reſervo ea pendenda nuncio, quem novi ad hoc ſatis induſtrium & fidelem.

*Idem, Epiſt. 178.*

Querimonia Domini Treverenſis non eſt ejus ſolius, ſed communis multorum, eorumque præcipuè qui ſinceriori affectu vos diligunt. Vox una omnium qui fideli apud nos curâ populis præſunt, juſtitiam in Eccleſiâ deperire, annullari Eccleſiæ claves, Epiſcopalem omninò vileſcere auctoritatem, dùm nemo Epiſcoporum in promptu habeat ulciſci injurias Dei, nulli liceat illicita quævis nec in propriâ quidem parœciâ caſtigare. Cauſam referunt in vos Curiamque Romanam. Rectè geſta ab ipſis, ut aïunt, deſtruitis, juſtè deſtructa ſtatuitis. Quique flagitioſi & contentioſi de populo ſive de Clero, aut etiam ex Monaſterijs pulſati currunt ad vos, redeuntes jactant & geſtiunt ſe obtinuiſſe tutores, quo magis ultores ſenſiſſe debuerant.

*In Capitulari Abytnois Epiſcopi Baſileenſis capitulo 18.*

Decimo octavo, ut nullus ordinatus ſive ordinandus migret de ſuâ Parochiâ ad aliam ; nec ad limina Apoſtolorum causâ orationis, Eccleſiæ ſuæ curâ derelictâ ; nec ad Palatium causâ interpellandi ; nec à communione ſuſpenſus ab alio Communionem recipiendi, ſine permiſſione & præſcientiâ Epiſcopi ſui : quod ſi fecerit, nihil valet hujuſmodi Communio aut ordinatio, aut demigratio, & hoc omnibus fidelibus denuntiandum, ut qui causâ orationis ad limina B. Apoſtolorum pergere cupiunt, domi confiteantur peccata ſua, & ſic proficiſcantur : quia à proprio Epiſcopo ſuo aut Sacerdote ligandi aut ex ſolvendi ſunt, non ab extraneo.

*Epiſtola Eccleſiæ Atrebatenſis ad Metropolitanum Rhemenſem, refertur in 5. Spicilegio.*

Dilecto & in veritate Diligendo & Honorando Patri ac Dom. Raynoldo Dei ordinatione Remorum Archiepiſcopo, Clerus & populus Atrebatenſis Eccleſiæ, cum Lamberto, etſi inutili Sanctitatis ſuæ ſervo, veram dilectio-

nem cum orationibus & obedientiâ. Veſtræ Excellentiæ dignitati multiplices referimus gratias, quia hactenùs nobis gratanter ut pius Pater juvamen exhibuiſtis, & benignum vos ergà nos in cunctis cauſæ noſtræ fore promiſiſtis. Sed Paternitatem Veſtram miramur plurimùm, in calce noſtri negotij infrigidatam exiſtere, cùm infrà terminum ab Apoſtolico Veſtræ Magnificentiæ electi noſtri conſecrationis injunctum, nec ſolemniter literis veſtris, ut arbitramur, ad conſecrationem electum noſtrum vocaſtis; nec diem certum infrà terminum deſignaſtis. Nunc autem cùm conſecratio deinceps infrà tricenalem metam nequit fieri, ſaltem literas veſtræ authoritatis, quæ Apoſtolico deferantur, ut ipſe juſſit, pro Conſecratione noſtri electi nobis dare velitis, plurimâ pace precamur.

*Raynoldi Rhemenſis Epiſcopi Epiſtola ad Vrbanum Papam. Ibid.*

Domino & Reverendiſſimo S. & Apoſtolicæ Sedis Vrbano, Raynoldus licet indignus Dei gratiâ Remorum Archiepiſcopus, ſalutis, obſequij, debitæque ſubjectionis munus uberrimum in Domino. Poſt directas primùm nobis à Paternitate Veſtrâ literas, placuit veſtro, Sereniſſime Pater, Apoſtolatui, ut iterùm nobis aliàs dirigeretis, præcepto præcipientes, quatenùs infrà triginta dierum ſpatium, poſtquam veſtras literas videremus, Atrebatenſis Eccleſiæ Electum in Epiſcopum conſecrare non differremus. Addidit & hoc Solertia Veſtra, ut ſi aliqua nobis occurreret cauſa, quaminùs illud aggredi formidaremus, eum vobis cum litterarum noſtrarum adſtipulatione conſecrandum dirigeremus. Suſceptis igitur hujus veſtræ præceptionis apicibus, ne quid inconſultis Coëpiſcopis noſtris & Conſacerdotibus præſumeremus, cùm conſtet utique tàm ex eorumdem, quàm ex noſtrâ authoritate eandem pendere conſecrationem, mandatorum veſtrorum ſchedulam ad univerſos, quos potuimus, direximus, ſingulorum ſciſcitati ſumus ſententiam, quatenùs illud nobis ſuper hâc re conſilium providerent, quod nec veſtræ obeditioni adverſaretur, & ex quo Remenſis Eccleſiæ dignitas non imminueretur. Itaque hæc omnium, & Epiſcoporum, & Clericorum noſtrorum una vox fuit & ſententia, ut nos quidem ab illius Electi conſecratione manum ſuſpenderemus, ſed eum vobis, cùm hoc veſtræ præciperent litteræ, tranſmitteremus, & quidquid inde Altitudinis Veſtræ ſolertia faciendum decerneret, arbitrio veſtro relinqueremus.

*R ynoldi ad Robertum Flandriæ Comitem. Epiſt. 16.*

Quoniam itaque in ipſis ut nobis quid animi ſuper ordinatione Dilectiſſimi Fratris noſtri Lamberti Atrebatenſis Epiſcopi haberemus rogaſtis, vellemus remandare; nolumus lateat cariſſimam nobis prudentiam veſtram nos ipſum plurimis diebus, ut quod de eo agendum erat, legitimè & Epiſcoporum noſtrorum conſilio fieret, detinuiſſe; ad ultimum in Concilio quod Remis cum Coarchiepiſcopis & Epiſcopis noſtris, atque Principibus multis 15. Kalendas Octobris habuimus juxtà Domini Papæ Vrbani præcepta, quibus inobedire nefas eſt, conſilio & aſſenſu Coëpiſcoporum noſtrorum more Eccleſiaſtico illius profeſſionem ſuſcepimus, ejuſque confirmantes conſecrationem confirmavimus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Mathæus Pariſienſis ad annum 1253. de Roberto Lincolnienſi Epiſcopo.*

Noverit Diſcretio Veſtra, quod mandatis Apoſtolicis affectione filiali devotè & reverenter obedio. His quoque, quæ mandatis Apoſtolicis adverſantur, paternum zelans, honorem adverſor & obſto. Ad utrumque enim teneor ex divino mandato, Apoſtolica enim mandata non ſunt, nec eſſe poſſunt alia, quàm Apoſtolorum doctrinæ, & ipſius Domini noſtri Ieſu Apoſtolorum Magiſtri & Domini, cujus typum & perſonam maximè gerit in Hierarchiâ Eccleſiæ Dominus Papa, conſona & conformia, &c. aït enim Dominus ipſe noſter Ieſus Chriſtus: qui non eſt mecum contrà me eſt. Contrà ipſum autem nec eſt, nec eſſe poteſt Apoſtolicæ Sedis Sanctitas diviniſſima.

Non eſt igitur prædictæ litteræ tenor Apoſtolicæ Sanctitati conſonus, ſed abſonus plurimùm & diſcors, primò quia de illius litteræ & ei conſimilium longè latéque diſperſarum ſuperaccumulato, non obſtante nec ex legis naturalis obſervandæ neceſſitate inducto ſcatet cataclyſmus inconſtantiæ, audaciæ, & procacitatis, inverecundiæ mentiendi, fallendi, diffidenter alicui credendi, vel fidem adhibendi, & ex his conſequentium vitiorum, quorum non eſt numerus. Chriſtianæ Religionis puritatem, & ſocialis converſationis hominum tranquillitatem commovens & perturbans: præterea poſt peccatum Luciferi, quod idem erit in fine temporum ipſius filij perditionis Anti-Chriſti quem interficiet Dominus Spiritu oris ſui, non eſt, nec eſſe poteſt alterum genus peccati, tàm adverſum & contrarium Apoſtolorum doctrinæ & Evangelicæ, & ipſi Domino Ieſu Chriſto tàm odibile, deteſtabile, & tam abominabile, quàm animas curæ Paſtoralis officij & miniſterij defraudatione mortificare & perdere. Quod peccatum evidentiſſimis Scripturæ ſacræ teſtimonijs committere dignoſcuntur, qui in poteſtate curæ Paſtoralis conſtituti de lente & lacte ovium Chriſti vivificandarum & ſalvandarum Paſtoralis officij & miniſterij ſalarium comparant, debita non adminiſtrant. Ipſa enim miniſteriorum Paſtoralium non adminiſtratio, eſt Scripturæ teſtimonio ovium occiſio & perditio. Quod autem hæc duo genera peccatorum, licet diſpariter ſint peſſima, & omne alterum genus peccati inæſtimabiliter ſuperexcedentia, manifeſtum ex hoc, quod ipſa ſunt duobus exiſtentibus & dictis licet diſpariter & diſſimiliter optimis directè contraria: peſſimum enim eſt quod optimo contrarium. Quantum autem eſt in dictis peccantibus unum peccaminum eſt ipſius Deitatis ſupereſſentialiter & ſupernaturaliter optimæ. Alterum verò deformitatis & Deificationis ex divini radij gratificâ participatione eſſentialiter & naturaliter optimæ interemptio: & quia ſicut in bonis cauſa boni melior eſt ſuo cauſato, ſic & in malis cauſa mali pejor eſt ſuo cauſato, manifeſtum, quoniam talium peſſimorum interemptorum deformitatis, & deificationibus in ovibus Chriſti, in Eccleſiâ Dei introductores, ipſis peſſimis interemptoribus ſunt pejores, Lucifero & Antichriſto proximiores, & in hâc pejoritate gradatim quantò magis ſuperexcellentes, qui ex majore & diviniore poteſtate ſibi divinitùs in ædificationem, non in deſtructionem traditâ, magis tenerentur ab Eccleſiâ Dei tales interemptores peſſimos excludere & extirpare. Non poteſt igitur ſanctiſſima Sedes Apo-

ſtolica, cui à Sancto Sanctorum Domino Ieſu Chriſto tradita eſt poteſtas omnimoda, teſtante Apoſtolo in ædificationem, non in deſtructionem, aliquid vergens in hujuſmodi peccatum Domino Ieſu Chriſto, tàm odibile, deteſtabile & abominabile, & humano generi ſummè perniciabile vel mandare, vel præcipere, vel quoquo modo ad aliquid tale conari. Hoc enim eſſet ſuæ poteſtatis evidenter ſanctiſſimæ & pleniſſimæ, vel defectio, vel corruptio, vel abuſio, vel à Throno gloriæ Domini noſtri Ieſu Chriſti omnimoda elongatio, & in Cathedrâ peſtilentiæ, pœnarum gehennalium duobus prædictis tenebrarum Principibus proxima coaſſeſſio. Nec poteſt quis immaculatâ & ſincerâ obedientiâ eidem Sedi ſubditus & fidelis, & à Corpore Chriſti & eâdem ſanctâ Sede per ſchiſma non abſciſſus, mandatis vel præceptis, vel quibuſcumque conaminibus undecumque emanantibus, etſi à ſupremo Angelorum Ordine obtemperare, ſed neceſſe habet totis viribus contradicere, & rebellare, propter hoc, Reverendi Domini, ego ex debito obedientiæ & fidelitatis, quâ teneor utrique parenti Apoſtolicæ Sedis ſanctiſſimæ, & ex amore unionis in Corpore Chriſti cum eâ, his quæ in prædictâ litterâ continentur, & maximè, quia ut prætactum, ad peccatum Domino noſtro Ieſu Chriſto abominatiſſimum, & humano generi pernicioſiſſimum evidentiſſimè vergunt, & Apoſtolicæ Sedis ſanctitati omninò adverſantur, & contrariantur Catholicæ fidei, unicè, filialiter & obedienter non obedio, contradico & rebello. Nec ab hoc poteſt inde veſtra diſcretio, quicquam durum contrà me ſtatuere, quia omnis mea in hâc parte & contradictio & actio, nec contradictio eſt, nec rebellio, ſed filialis divino mandato debita Patri & veſtri honoratio. Breviter autem recolligens dico, Apoſtolicæ Sedis Sanctitas non poteſt, niſi quæ in ædificationem ſunt, & non deſtructionem. Hæc enim eſt poteſtatis plenitudo omnia poſſe in ædificationem. Hæ autem quas vocant proviſiones, non ſunt in ædificationem, ſed in manifeſtiſſimam deſtructionem. Non igitur eas poteſt beata Sedes Apoſtolica acceptare quia caro & ſanguis, quæ regnum Dei non poſſidebunt, eas revelavit, & non Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui eſt in Cœlis.

Hæc cùm ad Domini Papæ audientiam perveniſſent, non ſe capiens præ irâ & indignatione torvo aſpectu, & ſuperbo animo ait: Quis eſt iſte ſenex delirus, ſurdus & abſurdus, qui facta audax, imò temerarius judicat: per Petrum & Paulum niſi moneret nos innata ingenuitas, ipſum in tantam confuſionem præcipitarem, ut toto mundo fabula foret, ſtupor, exemplum & prodigium. Nonne Rex Anglorum noſter eſt vaſſalus, & ut plus dicam, mancipium, qui poteſt eum nutu noſtro incarcerare, & ignominiæ mancipare? & cùm hæc inter Fratres Cardinales recitarentur, vix compeſcentes impetum papæ dixerunt ei: non expediret, Domine, ut aliquid durum contrà ipſum Epiſcopum ſtatueremus: ut enim vera fateamur, vera ſunt quæ dicit. Non poſſumus eum condemnare. Catholicus eſt, imò Sanctiſſimus, nobis religioſior, nobis & ſanctior, excellentior, & excellentioris vitæ, ità ut non credatur inter omnes Prælatos majorem, imò nec parem habere. Novit hoc Gallicana & Anglicana Cleri Vniverſitas, noſtra non prævaleret contradi-

ctio. Hujuſmodi Epiſtolæ veritas, quæ jam fortè multis innotuit, multos contrà nos poterit commovere. Magnus enim habetur Philoſophus, latinis & græcis litteris ad plenum eruditus, zelator juſtitiæ, lector in Theologiæ ſcholis, prædicator in populo, caſtitatis amator, perſecutor ſimonialium. Hæc dixerunt Dominus Ægidius Hiſpanus Cardinalis, & alij, quos propria tangebat conſcientia. Conſilium dederunt Domino Papæ, ut omnia hæc convenientibus oculis ſub diſſimulatione tranſire permitteret.

*Gerſonius de poteſtate Eccleſiaſticâ Conſideratio 8.*

Auctoritas itaque nulla erit ſi ſolus Summus Pontifex omnia velit inferiorum Eccleſiaſticorum uſurpare inſtitutiones, jura, ſtatus, gradus & officia. Meminerit itaque Summus Pontifex datam ſibi à Deo poteſtatem in Eccleſiâ ad ædificationem ejus, proüt ſapiens judicabit. Iudicat autem ſapiens de poteſtatis uſu variabiliter invariabilis exiſtens, ſicut eſt generale Concilium, & hoc pro temporum, locorum, reliquarumque circunſtantiarum diversâ qualitate.

*Nicolaüs de Cuſa de Concordantiâ Catholicâ, lib. 2. cap. 27.*

Deinde ſuperioribus obediendum, dummodò terminos, infrà quos poteſtas cujuſque clauditur non excedant. Videndum primò de poteſtate Romani Pontificis, quia, ut dicit Gregorius 2 quæſt. 7 ſicut (inquit) à capite incipiendum eſt in Concilio reformatorio, hæc ſupraſcriptio conjuncta textui probat. Vnde ſi ità ſit ut omnis poteſtas regulis per univerſalia Concilia traditis in ſuo regimine utatur, neceſſariò optima reformatio ſequitur, ſic enim ſcribit Leo Papa ad Conſtantinum, Audentium, Ruſticum: Iuſta & rationabilis cauſa gaudendi eſt, cùm à Sacerdotibus in tantum ea geſta cognoſcimus, quæ & paternorum Canonum regulis, & Apoſtolicis congruant inſtitutis. Neceſſe eſt enim ut omne corpus Eccleſiæ ſalubri creſcat unguento ſi membra quæ præſunt & vigore excellant auctoritatis & tranquillitate moderaminis: hæc ille. Vnde ſecundùm Leonem Nonum (ut ſuperiùs habetur) membra omnia unius Eccleſiæ & corporis Chriſti myſtici, habent ſua ſingularia officia, in quibus per alia impediri abſque ordinis turbatione non poſſunt 80. di. ſingula. Turbatio autem ordinis eſt totius colligantiæ Eccleſiaſticæ unionis turbatio, & ex illo difformitas, & languor in totum corpus diffunditur 11. q. 1. pervenit. 99. di. nullus, &c. ecce & textus Gregorij ſingula dicit noxium ſimulque turpiſſimum eſt, unum membrum alterius officium uſurpare, & miniſteria ſingulariter non diſtribuere. Igitur nec caput, nec membrum aliud quodcumque uſurpandi poteſtatem alterius membri habet, ſi ſanum & vivax abſque negligentiâ fuerit illud, cujus officium uſurpatur, abſque totius corporis læſivâ turbatione. Quare ſi ſciverimus, quæ cuique membro ex antiquorum regulis conveniunt, videbimus unde corpus Eccleſiæ deformatum exiſtit: non enim deformatum foret, niſi exceſſus & abuſus interveniſſet. Et quia dùm caput ægrotat, cætera membra dolent: hinc integritas præſidentium, ſalus eſt ſubditorum 60. 1 di miramur. 86. di. Inferiorum. Quare nulla major difformitas ab aliquo poterit exoriri, quam ab illo qui ſuæ magnæ poteſtatis intuitu, licere ſibi cuncta credens, in ſubditorum jura prorumpit.

## DE CVRATIS.

Treziéme Propoſition de Iacques de Vernant.

p. 41. I'ay voulu faire cette proteſtation publique & ſolemnelle, pour aſſurer le lecteur que ie ne pretends point les offencer, ny dire aucune choſe contre la dignité de leur eſtat; mais ſeulement de montrer à l'Autheur du Sermon ſupposé & à ſon traducteur, que les Curez ne ſont pas immediatement eſtablis de Ieſus-Chriſt.

p. 46. Il eſt faux que la ſainte Eſcriture enſeigne que l'eſtat des Curez ſoit immediatement eſtably de Ieſus-Chriſt, à cauſe qu'il n'a fait par luy-meſme qu'vn ſeul Curé.

p. 47 Le Fils de Dieu n'a donc étably par luy-meſme qu'une ſeule Cure de toute l'Egliſe.

p. 448. Au temps des Saints Apoſtres, les Preſtres ny les Diacres n'avoient aucune authorité ny aucune adminiſtration; mais elle appartenoit ſeulement aux Eveſques auſquels les ames eſtoient ſoumiſes.

p. 478. L'eſtat des Curez n'eſt pas inſtitué de Ieſus-Chriſt immediatement, mais d'vn Pape.

p. 465. Voila, mon cher Lecteur, une Image naïve de l'Egliſe dans ſa naiſſance, & ſon accroiſſement dans ce tableau, vous ne remarquerez aucun trait de la conduite de Meſſieurs les Curez, aucune authorité pour commander, aucune juriſdiction pour diriger les ames, aucun droit pour gouverner les peuples.

### CENSVRE.

Ces ſix propoſitions entant qu'elles enſeignent ou qu'elles inferent *que la puiſſance de juriſdiction des Curez ne vient pas immediatement de Ieſus-Chriſt, quant à ſa premiere & originaire inſtitution*, ſont fauſſes, & contraires aux decrets de la ſacrée Faculté, ſauf toutefois l'authorité immediate des Eveſques ſur les Prelats inferieurs ou Curez, & ſur le peuple qui leur eſt ſoûmis.

### *CENSVRA.*

*Hæ ſex propoſitiones, quatenùs aſſerunt vel inferunt*, poteſtatem juriſdictionis Curatorum non eſſe immediatè à Chriſto quantum ad inſtitutionem primariam, *falſæ ſunt & Decretis ſacrâ Facultatis contrariæ; ſalvâ ſemper immediatâ Epiſcoporum in Prælatos minores ſeu Curatos & plebem ſubditam authoritate.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Fol. 78. & 79.* Errores Fratris Ioannis de Gorello Ordinis Fratrum Minorum, an. 1408. 2. Ian.

*CVratis non competit vt tales ſunt, prædicare, confeſſare, Extremam-vnctionem dare, ſepulturas dare, decimas recipere; fundatur in hoc, quod Curati non ſunt de inſtitutione Chriſti, & Eccleſiæ primaria, ſed per Dionyſium Papam fuerunt ordinati, &c.*

## *REVOCATIO.*

*Dico nunc ex ordinatione ejuſdem (Facultatis) matris meæ & vltroneâ voluntate, veritates quæ ſequuntur.*

*Prima, Domini Curati, ſunt in Eccleſiâ minores Prælati & Hierarchiæ ex primariâ inſtitutione Chriſti, quibus competit ex ſtatu, jus prædicandi, jus confeſſiones audiendi, jus Sacramenta Eccleſiaſtica, ſecundùm exigentiam ſui ſtatûs & parrochianorum miniſtrandi; jus ſepulturas dandi, jus inſuper decimas & alia jura parrochialia recipiendi, &c. Item quod jus prædicandi & confeſſandi competit Prælatis & Curatis principaliter & eſſentialiter; & Mendicantibus per accidens & ex privilegio, quoniam ſunt introducti vel admiſſi ex commiſſione & beneplacito Dominorum Prælatorum.*

Fol. 78. & 79 *Les erreurs de Frere Iean de Gorelle, de l'Ordre des Freres Mineurs, le 2. Ianvier, 1408.*

IL n'appartient pas aux Curez comme tels, de preſcher, de confeſſer, de donner l'Extreme-onction, de faire les ſepultures, & recevoir les dixmes; & cela eſt fondé en ce que les Curez ne ſont pas établis par Ieſus-Chriſt ny de la premiere & originaire inſtitution de l'Egliſe, mais qu'ils ont eſté ſeulement inſtituez par le Pape Denys, &c.

## REVOCATION.

Ie dis maintenant par l'ordre de la Faculté ma Mere, & de mon bon gré les veritez qui s'enſuivent.

La premiere. Meſſieurs les Curez ſont Prelats & Hierarques inferieurs dans l'Egliſe originairement établis par Ieſus-Chriſt, auſquels il appartient ſelon leur eſtat, le droit de preſcher, le droit d'entendre les Confeſſions, le droit d'adminiſtrer les Sacremens de l'Egliſe ſelon que le requiert leur eſtat & beſoin de leurs Parroiſſiens, le droit de faire les ſepultures, en outre le droit de recevoir les dixmes & autres droits Parroiſſiaux, &c. De plus que le droit de preſcher & de confeſſer appartient principalement & eſſentiellement aux Prelats & Curez, & qu'il n'appartient aux Mendians que par accident & par privilege, puis qu'ils n'ont eſté introduits & admis que par cômiſſion, & ſous le bon plaiſir de Meſſieurs les Prelats.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*De la revocation faite par le commandement & par l'ordre de la Faculté de Theologie de Paris, par Frere Iean Sarrazin de l'Ordre des Freres Preſcheurs.*

Dire que la puiſſance de Iuriſdiction des Prelats inferieurs, ſoit Eveſques, ſoit Curez, vienne immediatement de Dieu, comme la puiſſance du Pape, cela repugne en quelque maniere à la verité.

REVOCATION.

Dire que la puiſſance de Iuriſdiction des Prelats inferieurs, ſoit Eveſques, ſoit Curez, vient immediatement de Dieu, cela eſt conforme à la verité de l'Evangile, & à la doctrine des Apoſtres.

Ex revocatione factâ de mandato Facultatis Theologiæ Pariſienſis per Fratrem Ioannem Sarraſin Prædicatorem.

*Dicere, Inferiorum Prælatorum poteſtatem juriſdictionis ſive ſint Epiſcopi, ſive Curati, eſſe immediatè à Deo, ſicut poteſtatem Papæ, veritati quodammodò repugnat.*

*REVOCATIO.*

*Dicere inferiorem Prælatorum poteſtatem juriſdictionis, ſive ſint Epiſcopi, ſive Curati, eſſe immediatè à Deo, Evangelicæ & Apoſtolicæ conſonat veritati.*

## AVTHORITATE SACRÆ SCRIPTVRÆ, Conciliorum, Sanctorum Patrum Eccleſiæ, & veterum Theologorum confirmatur Cenſuræ veritas.

### *Pro decimâ tertiâ Propoſitione.*

L*Vc. cap.* 10.

Poſt hæc autem deſignavit Dominus & alios ſeptuaginta duos: & miſit illos binos antè faciem ſuam, in omnem Civitatem & locum, quo erat ipſe venturus, & dicebat illis: meſſis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergò Dominum meſſis, ut mittat operarios in meſſem ſuam. Ite: Ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos. Nolite portare ſacculum, neque peram, neque calceamenta, & neminem per viam ſalutaveritis. In quamcumque domum intraveritis, primùm dicite: pax huic domui: & ſi ibi fuerit filius

lius pacis, requieſcet ſuper illum pax veſtra; ſin autem, ad vos revertetur. In eâdem autem domo manete, edentes & bibentes quæ apud illos ſunt: dignus eſt enim operarius mercede ſuâ. Nolite tranſire de domo in domum. Et in quamcumque Civitatem intraveritis, & ſuſceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis & curate infirmos, qui in illâ ſunt, & dicite illis: appropinquavit in vos regum Dei. In quamcumque autem Civitatem intraveritis, & non ſuſceperint vos, ex euntes in plateas ejus, dicite: etiam pulverem qui adhæſit nobis de civitate veſtrâ, extergimus in vos: tamen hoc ſcitote, quia appropinquavit Regnum Dei.

*Actuum Apoſtolorum cap. 15.*

Cùm autem veniſſent Ieroſolymam, ſuſcepti ſunt ab Eccleſiâ, & ab Apoſtolis & ſenioribus, annuntiantes quanta Deus feciſſet cum illis.

Tunc placuit Apoſtolis, & ſenioribus cum omni Eccleſiâ. Apoſtoli & ſeniores fratres, his qui ſunt Antiochiæ & Syriæ, & Ciliciæ, fratribus ex gentibus ſalutem.

*Actuum Apoſt. cap.* 20.

A. Mileto autem mittens Epheſum, vocavit majores natu Eccleſiæ.

Attendite vobis & univerſo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei, quam acquiſivit ſanguine ſuo. Ego ſcio quoniam intrabunt poſt diſceſſionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi.

*Epiſtola 2. B. Pauli ad Timotheum cap. 5.*

Qui benè præſunt Preſbyteri, duplici honore digni habeantur: maximè qui laborant in verbo & doctrinâ. Dicit enim Scriptura: non alligabis os bovi trituranti. Et, dignus eſt operarius mercede ſuâ. Adversùs preſbyterum accuſationem noli recipere, niſi ſub duobus aut tribus teſtibus.

*S. Polycarpi martyris Epiſtola ad Philippenſes.*

Polycarpus & qui cum eo ſunt Preſbyteri, Eccleſiæ Dei quæ eſt Philippis: miſericordia vobis, & pax à Deo Omnipotente, & Ieſu Chriſto Salvatore noſtro abundet.

*Idem. ibid.*

Propter quod abſtineri oportet ab omnibus his. Subjecti eſtote Preſbyteris & Diaconis, ſicut Deo & Chriſto Virgines, immaculatâ & caſtâ conſcientiâ ambulate.

*S. Ignatij Epiſtola ad Epheſios.*

Dignum eſt enim omnimodis vos glorificare Ieſum Chriſtum, qui & vos glorificavit, ut in unâ perfectione perfecti ſitis, in eodem ſenſu, & in eâdem ſcientiâ, ut id ipſum dicatis omnes de eo ipſo; ut ſubjecti Epiſcopo & Preſbyteris, ſecundùm omnia ſanctificati.

*Idem.*

Feſtinate ergò, Dilectiſſimi, ſubditi eſſe Epiſcopo, & Preſbyteris, & Diaconis. Qui enim iſtis ſubditus fuerit, Chriſto obedit, qui eis hoc conceſſit. Qui verò eis non conſenſerit, Ieſu Chriſto non conſentit.

*Ejuſdem Epiſtola ad Magneſianos.*

Quoniam ergò merui videre vos per Deo-dignum Epiſcopum veſtrum Damam, & Deo-dignos Preſbyteros, Baſſum ſcilicet & Apollonium, & convivam meum Zotionem, quem ego nutrivi; quoniam ſubditus eſt Epiſcopo & Preſbyteris in gratiâ Dei, & lege Ieſu Chriſti.

*Idem, ibid.*

Studete itâque confirmari in dogmatibus Domini & Apoſtolorum: ut ex omnibus quæ facitis dirigamini in viam rectam carne & ſpiritu, fide & dilectione; cum honore digno Epiſcopo veſtro, & coronâ digno atque ſpirituali Stephano Preſbytero veſtro, & ſecundùm Deum Diaconis.

*Tertulianus in Apologetico.*

Externi ſumus, & veſtra omnia implevimus, Vrbes, Inſulas, Caſtella, Municipia, Conciliabula, Caſtra ipſa, tribus, decurias, Palatium, Senatum, forum, ſola vobis relinquimus templa.

*Cyprianus Epiſtol. 28.*

Integrè & cum diſciplinâ feciſtis, Fratres Chariſſimi, quod conſilio Collegarum meorum qui præſentes erant, Gaïo Diddenſi Preſbytero, & Diacono ejus cenſuiſtis non communicandum: qui communicando cum lapſis, & offerendo oblationes eorum in pravis erroribus ſuis frequenter deprehenſi, & ſemel, atque iterùm, ſecundùm quod mihi ſcripſiſtis, à Collegis meis moniti ne hoc facerent, in præſumptione & audaciâ ſuâ pertinaciter præſtiterunt, decipientes quoſdam fratres ex plebe noſtrâ.

*Idem Epiſtolâ 35.*

Nuntiandum vobis fuit, Fratres Chariſſimi, quòd pertineat & ad communem lætitiam, & ad Eccleſiæ noſtræ maximam gloriam, nam admonitos nos & inſtructos ſciatis dignatione divinâ, ut Numidicus Preſbyter aſcribatur Preſbyterorum Carthaginenſium numero, & nobiſcum ſedeat in Clero, luce clariſſimâ Confeſſionis illuſtris, & virtutis ac fidei honore ſublimis; qui hortatu ſuo copioſum Martyrum numerum lapidibus & flammis necatum antè ſe miſit.

*Euſebius Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 6. cap. 35.*

Iſtum igitur Lepidum Evangelij patronum, Novatum, omninò præterijt, ſcilicet unum ſolum Epiſcopum oportere eſſe in hâc Eccleſiâ Catholicâ: in quâ tamen non ignorabat (quomodò enim poterat?) Preſbyteros eſſe quadraginta ſex.

*Idem lib. 7. cap. 19.*

Cùm eſſem in loco quodam qui Arſenoites dicitur, ubi ut noſti, jam pridem hoc dogma prodijt in lucem, ſic ut non modò ſchiſmata naſcerentur, ſed integræ Eccleſiæ à fide deficerent: Preſbyteros ejus ſectæ, qui fratribus in ſingulis pagis undique prædicabant verbum Dei, convocavi: eoſque magnoperè cohortatus ſum, ut palàm præſentibus fratribus, audiréque cupientibus, illorum doctrina exquiſitè diſcuteretur.

*Idem lib. 7. cap. 24.*

Aut quid vobis exponamus ea blaſphemiarum genera, quæ Epiſcopos &

Preſbyteros, qui agros & civitates finitimas incolebant, quò illi blandirentur, in concionibus ſuis ad populum habitis, loqui permiſerit.

*Epiphanius adversùs hæreſes lib. 2. tom. 2.*

Poſt ſuperiora illa Meletij ac Petri Alexandrini Epiſcopi tempora Arius Arianique proximè conſequuntur. Ille ſub Alexando Petri ſucceſſore floruit; à quo non ſine magnâ commotione, ingentique coactâ Synodo profligatus eſt. Alexander enim illum ejecit, atque ex Eccleſiâ, & urbe, velut ingens quoddam malum, quod ad humani generis perniciem graſſabatur, exterminavit Ferunt illum ex Libyâ oriundum Alexandriâ, preſbyterum eſſe factùm, qui tunc Baucalenſis cujuſdam Eccleſiæ præfecturam gerebat. Etenim quotquot Alexandriæ Catholicæ Communionis Eccleſiæ ſunt, uni Archiepiſcopo ſubjectæ, ſuus cuique præpoſitus eſt preſbyter, qui Eccleſiaſtica munera adminiſtret, qui circà Eccleſias illas habitant, eorumque Conventicula vici, ſive Lauræ ab Alexandrinis vulgò nominantur.

*Idem.*

Per illud verò tempus preſbyter Arius habebatur, ac multi in unâquâq; Eccleſiâ Collegæ illius erant Preſbyteri. Sanè complures Alexandrinæ Eccleſiæ ſunt, præter eam quæ nuper extructa Cæſarea dicitur. Quæ olim Adrianum, poſteà Licinianum Gymnaſium ſive baſilica fuit. Deinde imperante Conſtantio ædificari in eâ Eccleſiam placuit. Idque opus à Gregorio Meletiano, & Ariano inchoatum à Beato Athanaſio orthodoxæ Religionis parente ad exitum perductum eſt: & ab eodem poſteà, cùm ſub Iuliano deflagraſſet, inſtauratum. Præter hanc verò aliæ ſunt plures, ut diximus, velut Dionyſij Eccleſia Theonæ, Pierij, Serapionis, Perſæ, Diziæ, Mendidij, Anniani, Baucalis, & cæteræ. Harum unam Colluthus adminiſtrabat, aliam Carpones, aliam Sarmatas: ſed & Arius iſte unam ex commemoratis illis Eccleſiam regebat. Cùm autem ſinguli, commiſſum ſibi populum per ſtatos & ſolemnes Conventus publicè docerent, diſſenſiones in vulgus ſparſerunt.

*Concilium Eliberitanum Can. 58.*

Placuit ubique & maximè in eo loco, in quo prima Cathedra conſtituta eſt Epiſcopatûs, ut interrogentur hi, qui communicatorias litteras tradunt, an omnia rectè habeant; ſuo teſtimonio comprobati.

*Athanaſius Apologiâ 1. ad Imperatorem Conſtantium.*

Non Encæniorum feſtum celebravimus, Religioſiſſime Auguſte: id enim celebrare antè tuum decretum prorsùs nefarium fuiſſet, neque de induſtriâ eò devenimus, neque Epiſcopus quiſpiam, aut ullus Clericus eo nomine evocatus eſt, neque ullâ denunciatione ad ſynaxim coitum eſt, ut iſti inde aliquam detrectandi occaſionem rapiant. Sed quid actum eſt norunt omnes: Tu autem, quæſo, pro manſuetudine & longanimitate auſcultâ; feſtum erat Paſchæ, & tanta vis populorum aderat, quantùm Chriſtianorum in urbe eſſe Chriſticolæ Principes optarent. Quùm igitur & Eccleſiæ paucæ parvæque eſſent, magnoque tumultu poſceretur, ut in magnâ Eccleſiâ Conventus celebrarentur, atque ibidem preces pro tuâ ſalute fierent, quod & factum eſt, egóque retinerer adhortationibus, ut rem aliquoúſque differ-

rent, & potiùs quomodocumque liceret, etiam cum compreſſione & afflictione in alijs Eccleſijs cœtus agerent, mihi neutiquam obtemperatum eſt. Quin potiùs urbem egredi parati erant, ut in deſertis locis, & ſub dio Conventus facerent melius eſſe laborem itineris ferre, quàm cum luctu feſtum celebrare: crede mihi, Imperator, & in eam rem teſtē veritatem ipſam accipe, in ſynaxibus Pentecoſtes ob multitudinem populorum, & in locis anguſtis, plurimos pueros, nec paucas puellas, & aniculas complures, & adoleſcentes multos afflictos jacuiſſe, ac domum delatos eſſe, ſed tamen, ut nemo eorum benevolentiâ numinis perierit. Multa igitur omnium admurmuratio in hunc uſum magnam Eccleſiam depoſcentium, neque immeritò: ſi enim prius tanta compreſſio acciderat, quid timendum fuit in tali feſto? omnibus certè modis acerbiora multo, luctuoſioráque accidiſſent, nec erat fas aut honeſtum, triſtitiam pro gaudio, luctum pro lætitiâ in feſto die populis inferri: præſertim quùm non ignorarem iſtiuſmodi exempla apud Patres ſupereſſe. Beatæ ſiquidem memoriæ Alexander, cùm alia loca anguſta eſſent, in Eccleſiâ majore Theone, quam ædificabat, ſynaxes celebrari voluit, id enim jubebat hominum frequentia, nec in cogendo populo reſpexit, eam nondum ædificatam eſſe.

*Athanaſius Apologiâ 2.*

Preſbyter autem qui fingitur adfuiſſe, eſt ille toties rumoribus jactatus Iſchyras, qui neque ab Eccleſiâ electus preſbyter, neque cùm à Meletio conſtitutos Preſbyteros Alexander in Eccleſiâ recipiebat, in eorum numero unquam habitus fuit, aut ab eo creatus: quo pacto igitùr preſbyter Iſchyras? aut quo tandem authore conſtitutus.

Qui ergò per id tempus nullam habuit Eccleſiam, nunc ad compenſationem ſceleris obſequijque in accuſando præſtiti, Eccleſiam accepit, forſitàn etiam Epiſcopatu donandus.

*Idem.*

Hæc non verbis, ſed re conſtare, teſtes ſunt omnes Mareotæ preſbyteri, qui comites Epiſcopo in obequitationibus & itineribus fuêre, & qui tùm contrà Iſchyram ſcripſêre, quibúſque nec tùm quùm Tyrum veniſſent, permiſſum fuit veritatem loqui, neque cùm Mareotæ remanerent, conceſſum fuit, ut Iſchyram calumniatorem refellere liceret. Exemplaria litterarum tùm Alexandriæ preſbyterorum, tùm ipſius Iſchyræ unà miſimus, quibus adjuncta Epiſtola Patris Imperatorum.

*Idem.*

Illud quoque neceſſarium exiſtimavi quod vobis indicaretur, Athanaſium affirmaſſe, Macarium ſub cuſtodiâ militum habitum eſſe, & ſolum accuſatorem unà cum illis qui Mareotem proficiſcebantur, abijſſe, & preſbyteris rogantibus, ut in quæſtione adeſſe liceret, pernegatum, & quæſtionem habitam fuiſſe de Calice & menſâ in præſentiâ Præfecti, & ejus cohortis, aſſiſtentibus tùm ethnicis, tùm Iudæis. Id principio nobis incredibile videbatur, niſi ex ipſis actorum monumentis demonſtratum fuiſſet, certè nobis magnæ fuit admirationi, ut etiamnum vobis eſſe puto, atqui ne preſbyteris qui-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dem adeſſe permittitur in myſterijs, quùm tamen ipſi quoque ſacrorum adminiſtri ſint.

*Idem.*

Mareotis regio quædam Alexandrina eſt, ubi Meletius quondam ſchiſma inducere non potuit. Quùm igitur ibi Eccleſiaſtici certas ſuas ſedes obtinerent, & preſbyteri ſynaxes in Eccleſiâ celebrarent, populúſque in quiete eſſet: Iſchyras quidam, ut nequaquam Clericus, ità moribus improbatiſſimus, conatus eſt ſui pagi incolas decipere, jactans ſeſe Clericum eſſe: id ubi reſciviſſet ejus loci preſbyter, mihi tùm Eccleſias perluſtranti, renuntiavit.

*Athanaſius Apolog. 2.*

Mareotes enim, ut dixi, ager eſt Alexandriæ, quo in loco nunquam Epiſcopus fuit, imò nec Chorëpiſcopus quidem, ſed univerſæ ejus loci Eccleſiæ Epiſcopo Alexandrino ſubjacet, ità tamen ut ſinguli pagi ſuos presbyteros habeant, ſunt autem pagi iſti maximi decem numero aut aliquanti plures, pagus autem ubi habitat Iſchyras minimus eſt & pauciſſimorum hominum, adeò ut non ibi, ſed in proximo pago Eccleſia conſtituta eſt.

*Concilium Neocæſarienſe, Can. 13.*

Preſbyteri ruris in Eccleſiâ civitatis, Epiſcopo præſente, vel preſbyteris urbis ipſius, offerre non poſſunt, nec panem ſanctificatum dare, Calicemque porrigere. Si verò abſentes hi fuerint, & ad dandam orationem vocentur, ſoli dare debebunt.

*Concilium Antioch. Can. 8.*

Preſbyteri qui ſunt in agris, Canonicas Epiſtolas dare non poſſunt, ad ſolos tantùm vicinos Epiſcopos litteras deſtinabunt.

*Concilium Sardicenſe Canon. 6.*

Licentia verò danda non eſt ordinandi Epiſcopum aut in vico aliquo, aut in modicâ civitate, cui ſufficit unus preſbyter, quia non eſt neceſſe ibi Epiſcopum fieri, ne vileſcat nomen Epiſcopi & authoritas. Non debent illic ex aliâ Provinciâ invitati facere Epiſcopum: niſi aut in his civitatibus, quæ Epiſcopos habuerunt, aut ſi qua talis, aut tàm populoſa civitas, quæ meretur habere Epiſcopum. Si hoc omnibus placet: Synodus reſpondit, placet.

*Idem Can. 15.*

Oſius Epiſcopus dixit: quia nihil prætermitti oportet, ſunt quidam fratres & Coëpiſcopi noſtri, qui non in eâ civitate, in quâ videntur Epiſcopi eſſe conſtituti, vel certè parvam rem illic habeant, alibi autem idonea prædia habere cognoſcuntur, vel affectionem proximorum, quibus indulgeant: hactenùs permitti eis oportet, ut accedant ad poſſeſſiones ſuas, & diſponant, vel ordinent fructum laboris ſui, ut poſt tres dominicos, id eſt poſt tres hebdomadas, ſi morari neceſſe eſt, in ſuis potiùs fundis morentur. Aut ſi eſt proxima civitas, in quâ eſt preſbyter, ne ſine Eccleſiâ videatur facere diem Dominicum, illuc accedat: ut neque res domeſticæ per abſentiam ejus detrimentum ſuſtineant, & non frequenter veniendo ad civitatem, in quâ Epiſ-

copus moratur, ſuſpicionem jactantiæ, & ambitionis evadat. Vniverſi dixerunt placere ſibi.

*Concilium Carthaginenſe Canon. 33.*

Item placuit, ut preſbyteri non vendant rem Eccleſiæ, ubi ſunt conſtituti, neſcientibus Epiſcopis ſuis, quomodò & Epiſcopis non licet vendere prædia Eccleſiæ, ignorante Concilio, vel preſbyteris ſuis. Non habente ergò neceſſitatem, nec Epiſcopo liceat matricis Eccleſiæ, nec preſbytero rem tituli ſui uſurpare.

*Innocentius 1. Epiſt. 1. cap. 5.*

De fermento verò, quod die dominicâ per titulos mittimus, ſuperfluè nos conſulere voluiſti, cùm omnes Eccleſiæ noſtræ intrà civitatem ſint conſtitutæ, quarum preſbyteri, quia die ipsâ propter plebem ſibi creditam nobiſcum convenire non poſſunt, idcircò fermentum à nobis confectum per Acolythos accipiunt, ut ſe à noſtrâ Communione maximè illâ die non judicent ſeparatos, quod per Parochias fieri debere non puto, quia non longè portanda ſunt Sacramenta, nec nos Cœmeteria diverſa conſtitutis preſbyteris deſtinamus, & preſbyteri eorum conficiendorum jus habeant, atque licentiam.

*Idem, Epiſt. 8.*

Innocentius Florentio Epiſcopo Tiburtinenſi. Non ſemel, ſed aliquoties clamat ſcriptura divina transferri non oportere terminos à Patribus conſtitutos: quia nefas eſt ſi quod alter ſemper poſſederit, alter invadat, quod tuam bonitatem Frater & Coëpiſcopus noſter Vrſus adſerit perpetraſſe. Nam Nomentanam ſive Felicienſem parochiam ad ſuam diœceſim à majoribus pertinentem invaſiſſe te, atque illic divina celebraſſe myſteria inconſulto eodem, ac neſciente, non ſine dolore conqueſtus eſt. Quòd ſi verum eſt, non leviter te incurriſſe cognoſcas, vnde ſi declinare cupis tantæ uſurpationis invidiam noſtris literis admonitum te convenit abſtinere: certè ſi aliquid tibi credis juſtitiæ ſuffragari integris omnibus, & in priſtino ſtatu manentibus, poſt dies venerabilis paſchæ adeſſe debebis, ut memoratis poſſis intentionibus reſpondere, patribúſque in medio collatis, quid antiquitas, aut veritas habeat inquiramus.

*Theodoretus Epiſtol. 113.*

Et octingentarum Eccleſiarum Paſtoralem Curam ſortitus ſum, tot enim Cyrus habet parœcias, in quibus precum veſtrarum auxilio lolium nullum relictum eſt ſed omnibus hæreticis erroribus grex noſter ereptus eſt.

*Baſilius Epiſtol. ad Amphilochium, can. 10.*

Qui jurant ſe ordinationem non admittere, ejurantes ne cogantur pejerare; etſi enim videatur eſſe aliquis Canon qui eis concedit, experientiâ tamen cognovimus eos qui pejerarunt, non rectâ viâ ingredi. Conſideranda autem ſunt, & verba jusjurandi, & affectio, & res pro quâ jurarunt, & quæ ſubtiliter in verbis facta ſunt additamenta Nam ſi nulla ſit penitùs excuſatio, ij ſunt omninò dimittendi. Severi autem negotium de preſbytero ab eo ordinato, talem mihi videtur habere excuſationem, ſi tibi itidem vi-

detur. Agrum autem Meſthiæ ſubjectum, cui homo renunciatus eſt, jure Maſodis ſubeſſe: ſic enim nec ille pejerabit à loco recedens. Et Longinus habens ſecum Cyriacum, Eccleſiam non deſeret, nec ſuam animam propter ocium damnabit, nec nos videbimur aliquid concedere præter canones Cyriaco, qui ſe in Mindanis quidem permanſurum juravit, tranſlationem autem ſuſcepit.

*Baſilius Epiſtolâ 181. ad Chorëpiſcopos.*

Valdè malè me habet, quod Patrum de cætero defecerunt canones, & omnis accurata diſciplina ex Eccleſiis ejecta eſt, & timeo ne injuriâ & deſpicentiâ hac viâ procedente in omne confuſionis genus res Eccleſiaſticæ redeant, eos qui olim Eccleſiæ miniſtrabant, conſuetudo quæ in Eccleſijs verſabatur, diligentiſſimè & accuratiſſimè probatos admittebat, & omnis eorum vitæ agendæ ratio curioſè inquirebatur, an non eſſent maledici, an non ebrioſi, an non prompti ad pugnas, an ſuam juventutem rectè erudirent, ac caſtigarent, ut poſſent ſanctificationem rectè gerere, ſine quâ nemo Dominum accipiet: Et hæc quidem examinabant Preſbyteri, & Diaconi qui cum eis verſabantur. Referebant autem ad Chorëpiſcopos, qui verè teſtificantibus ſuſceptis ſuffragiis, & eorum admonitis Epiſcopis ità miniſtrum Sacerdotalem numerum cooptabant. Nunc autem nobis primum extruſis, nec ad nos referre in animum inducentes, omnem in ſe auctoritatem transferunt. Deinde re per ſummam ſocordiam tractatâ, Preſbyteris, & Diaconis permiſiſtis, quos voluerint, vitâ eorum non examinatâ ex affectione vel cognationis, vel alicujus alîus amicitiæ indignos in Eccleſiam introducere. Et ideò multi quidem numerantur miniſtri in uno quoque pago, ſed nemo eſt dignus miniſterio altaris, ut vos ipſi teſtificamini, qui hominibus indigetis in electionibus. Quia ergò res deinceps eò proceſſit, ut curari non poſſit, maximè cùm nunc plurimi metu ne in milites referantur, ſeipſos miniſterio ingerant, neceſſariò me contuli ad renovandos Patrum canones, & ſcribo ad vos ut ad me mittatis indicem miniſtrorum uniuſcujuſque pagi, & à quo unuſquiſque introductus ſit, & in quo ſit libro. Habere autem & ipſi apud nos Indicem ut veſtræ litteræ cum ijs quæ apud nos repoſitæ ſunt conferantur: & nemini liceat ſeipſum quandò velit inſcribere. Sic itàque poſt primam indictionem ſi qui à presbyteris introducti ſunt, ad Laïcos rejiciantur. De Integro autem fiat eorum à nobis examinatio, & ſi ſint noſtro quidem digni ſuffragio, ſuſcipiantur. Purgate etiam Eccleſiam, indignos ab eâ expellentes, & deinceps quidem indignos examinate, & ſuſcipite: in numerum autem nec referte, priuſquam ad nos retuleritis, vel ſcitote quod erit Laïcus quod ſine noſtrâ ſententiâ in miniſterium admiſſus eſt.

*Ex Epiſtolâ Theophili Alexandrini apud Balſamonem.*

De Biſte qui in Erebâ conſtitutus eſt presbyter, quærendum eſt, & ſi alicui quidem mulieri ſeparatæ vivente marito vim attulit, non ſinatur eſſe presbyter. Nam nec ut Laïcus quidem debet communicare, cùm eos qui tales ſunt ſeparare conſueverit Eccleſia. Hoc autem nullum affert Epiſcopo Apollini præjudicium, ſi eum per ignorantiam conſtituit, cùm ſancta Sy-

nodus juſſerit, eos qui propter crimen indigni eſſe convincuntur, expelli.

*Ex ejuſdem Theophili Epiſtolâ, ibid.*

Rem juſtam fecerunt presbyteri in Gemino pago, ſi verum dicit, quæ defert litteras Euſtachij. Dicit enim, quòd Cyrodium facientem injuriam, nec ab eo deſiſtere volentem, à Communione ſeparaverunt. Quia ergò inveni quòd ſuo malo curam adhibens vult communicare, fac eà ità ſe comparet, ut injuriam primùm deponat, & pœnitentiam agere in animum inducat, ut ſi ſic intellexeris, quòd lege Dei accedit ſynaxim deſiderans, permittas ei ut cum populis communicet.

*Hieronymus in dialogo adversùs Luciferianos.*

Non quidem abnuo hanc eſſe Eccleſiarum conſuetudinem, ut ad eos qui longè in minoribus urbibus per presbyteros & Diaconos baptizati ſunt, Epiſcopus ad invocationem SanctiSpiritus manum impoſiturus excurrat: ſed quale eſt, ut leges Eccleſiæ ad hæreſim transferas; & Virginis integritatem per meretricum lupanaria patiaris ſpurcari? Epiſcopus ſi imponit manum, ijs imponit, qui in rectâ fide baptizati ſunt, qui in Patre & Filio, & Spiritu Sancto tres perſonas, unam ſubſtantiam crediderunt.

*Concilium Chalcedonenſe Can. decimo ſeptimo.*

Singularum Eccleſias ruſticas Parochias, vel poſſeſſiones manere inconcuſſas illis Epiſcopis, qui eas retinere noſcuntur, & maximè, ſi per trecennium, eas abſque vi obtinentes, ſub diſpenſatione rexerunt: quòd ſi intrà tricennium facta fuerit de his, vel fiat altercatio, licere eis, qui ſe læſos adſerunt, apud ſanctam Synodum Provinciæ de his movere certamen.

*Concilium Carthaginenſe ſextum, Can. 123.*

Si in matricibus Cathedris Epiſcopus negligens fuerit adversùs hæreticos, conveniatur à vicinis Epiſcopis diligentibus, & ei ſua negligentia demonſtretur, ut ſe excuſare non poſſit. Quòd ſi ex die quo convenitur, intrà ſex menſes, ſi in ejus Provinciâ executio fuerit, & non eos ad unitatem catholicam convertendos curaverit: non ei communicetur, donec adimpleat. Si autem executor ad loca non venerit, non adſcribatur Epiſcopo.

*Concilium Toletanum 2. in Epiſtolâ quæ habetur ad finem Concilij.*

Nova namque præſumptio præſidentium vobis presbyterorum, noſtrorum pulſavit auditus: ſi tamen nova tantùm, & non deteſtabilis dici poſſit, quæ ab initio fidei Catholicæ nunquam, præter nunc, ſubrepſiſſe probatur, ut id, quod per manus Summi Pontificis Trinæ divinitatis invocatio ſanctificare conſuevit, presbyter ignarus diſciplinæ conficere ſibi chriſma præſumeret. Hoc ſic ignaviæ eſt, tàm demens Sacerdos eſſe non debuit; ſi præſumptionis eſt, hunc ſchiſmaticum eſſe quis neſciat, qui inauditam rem, & Religioni contrariam, seneſcente jam mundo, talis temeratæ judicat? Revolvatur manibus veſtris, ô Presbyteri, ſacratiſſimus muneri liber, in quo veſtri officii in ſeptuaginta ſeniorum perſonis auſpicatus eſt honor, & invenietis, quorum negotiorum vobis prærogativa conceſſa ſit. Adjutores ſuos Dominus noſtri laboris ſecundo dignitatis gradu eſſe voluit, non temeratores ſacrarum quarumdam rerum permiſit. Sic Nadab, & Abio ignem

ignem afferentes alienum; id eſt, ſui officii non debitum, divinus ignis abſumpſit: ſic Core, Dathan, atque Abiron Moſeo, Dei gratiâ, divinis eloquiis perfruenti invidentibus, ac dicentibus: Non ſoli tibi locutus eſt Dominus; quia omnis congregatio ſancta eſt, novis ſchiſmaticis interitus novæ prædicationis advenit; ut jejuno ore inſatiabiliter terra ſorberet, quos indignatio divina damnaſſet.

An forſitàn Sanctorum Patrum regulas, & conſtitutiones Synodicas ignoratis, quibus præcipiuntur Parochenſes presbyteri, non per viliores perſonas, ſed aut per ſemetipſos, aut per Rectores ſacrariorum, annuis vicibus chriſma à præſidente ſibi Epiſcopo petant? credo, quòd qui petere juſſerunt, poteſtatem conſecrandi pœnitùs abſtulerunt.

*Concilium Braccarenſe 2. Can. 56.*

Foraſticis presbyteris, præſente Epiſcopo, vel presbytero civitatis offerre non liceat, nec miniſtrare in populo; niſi fortè illis abſentibus.

*Idem Concilium C. 31.*

Quicumque presbyter de jure tituli ſui quolibet modo aurum, argentum vel gemmas, veſtes quoque ſi ſunt, vel ſi acceſſerint aliqua mobilia ad ornamenta divina, aliquid in perpetuum alienare tentaverit, donator, alienator, ac venditor honoris ſui amiſſione mulctetur.

*Concilium Toletanum 3. cap. 20.*

Multorum querela hanc conſtitutionem exigit, quia cognovimus, Epiſcopos per Parochias ſuas non ſacerdotaliter, ſed crudeliter deſævire, & dùm ſcriptum ſit: forma eſtote gregi, neque dominantes in Clero, exactiones Diœceſi ſuæ, vel damna intelligunt. Ideóque (excepto quòd veterum conſtitutiones à Parochijs habere jubent Epiſcopos) alia, quæ huc uſque præſumpta ſunt, denegentur; hoc eſt, neque in angarijs presbyteros & Diaconos, neque in aliquibus fatigent indictionibus: ne videantur in Eccleſiâ Dei exactores potiùs, quàm Dei Pontifices nominari. Hi verò Clerici, tàm locales, quàm Diœceſani, qui ſeſe ab Epiſcopo gravari cognoverint, querelas ſuas ad Metropolitanum deferre non differant: qui Metropolitanus non moretur hujuſmodi præſumptiones diſtrictè coërcere.

*Concilium Hiſpalenſe 2. can. 2.*

Secundo examine inter memoratos fratres noſtros, Fulgentium Aſtigitanum, & Honorium Cordubenſem, Epiſcopos, diſcuſſio agitata eſt; propter Parochiam Baſilicæ, quam horum alter Cæleſticenſem, alter Reginenſem adſeruit. Et quia inter utraſque partes hactenùs limitis actio vindicata eſt (cujus, quamvis vetuſta retentio nullum juris præjudicium adferret) ideóque ne in dubium ultrà inter eos noſtra advocaretur ſententia, prolatis Canonibus Synodalia decreta perlecta ſunt; quorum auctoritas præmonet, ità oportere inhiberi cupiditatem, ut ne quis terminos alienos uſurpet. Ob hoc placuit inter alternas partes inſpectionis viros mittendos: itaüt ſic in Diœceſi poſſidentis (ſe tamen baſilicam veteribus ſignis limes præfixus monſtraverit) Eccleſiæ, cujus eſt juſta retentio, æternum dominium. Quòd ſi & limes legitimus eandem Baſilicam non concluder, & tamen longi temporis

probatur objecta præſcriptio, appellatio repetentis Epiſcopi non valebit: quia illi tricennalis objectio ſilentium ponit: hoc enim & ſæcularium Principum edicta præcipiunt, & Præſulum Romanorum decrevit auctoritas. Sin verò infrà metas tricennalis temporis, extrà alienos terminos Baſilicæ injuſta retentio reperitur, repetentis Epiſcopi juri ſine morâ reſtituetur.

*Concilium Toletanum 4. can. 26.*

Quandò presbyteri in Parochijs ordinantur, libellum officialem à Sacerdote ſuo accipiant; ut ad Eccleſias ſibi deputatas inſtructi ſuccedant: ne per ignorantiam etiam divinis Sacramentis offendant; itaùt quandò ad Litanias, vel ad Concilium venerint, rationem Epiſcopo ſuo reddant, qualiter ſuſceptum officium celebrant, vel baptizant.

*Concilium Emeritenſe can. 12.*

Si priorum Canonum ſententia hunc rectè tenet ordinem, ut Epiſcopus ab alio Epiſcopo, ſi indigentiam habuerit, Clericum ad ordinandum petat, & accipiat; cur qui in Diœceſi ſuâ habet eos, quos pro rei officio, & ſuo juvamine dignos repererit, ad ſuam principalem Eccleſiam non perducat & habeat? pro hujus rei causâ hoc elegit unanimitas noſtra, ut omnes Epiſcopos Provinciæ noſtræ, ſi voluerint, de Parochianis presbyteris, atque Diaconibus, Cathedralem ſibi in principali Eccleſiâ, facere, maneat per omnia licentia. Hi tamen, qui fuerint traducti, humilitatem dignam Epiſcopo ſuo teneant; & eo honore & reverentiâ habeantur, & venerentur in Cathedrali Eccleſiâ, ſicut hi, quos conſtat fuiſſe ordinatos in eâ. Et quamvis ab Epiſcopo ſuo, ſtipendij causâ, per bonam obedientiam aliquid accipiant, ab Eccleſijs tamen, in quibus priùs conſecrati ſunt, vel à rebus earum extranei non maneant; ſed Pontificali electione, presbyteri ipſius ordinatione, presbyter alius inſtituatur, qui ſanctum officium peragat, & diſcretione prioris presbyteri victum, & veſtitum rationabiliter illi miniſtretur, ut non egeat: aut ſi quæſierit, qui ordinatur, ſtipendium à ſuo presbytero accipiat, quantùm dignitatis officij eum habere expetat. Clericis verò, vel quos ad ſerviendum ei dederit, per diſcretionis modum, quæ neceſſaria ſunt, miniſtret. Si quis ſententiæ hujus ordinem implere diſtulerit, proüt ratio permiſerit, excommûnicandum ſe eſſe noverit.

*Idem Concilium can. 18.*

Quidquid unanimiter dignè diſponitur in ſanctâ Dei Eccleſiâ, neceſſarium eſt, ut à Parochianis presbyteris cuſtoditum maneat. Sunt enim nonnulli qui Eccleſiarum ſuarum res ad plenitudinem habent, & ſolicitudo illis nulla eſt habendi Clericos, cum quibus omnipotenti Deo laudum debita perſolvant officia. Proinde inſtituit hæc ſancta Synodus, ut omnes Parochiani presbyteri, juxtà ut in rebus ſibi à Deo creditis ſentiunt habere virtutem, de Eccleſiæ ſuæ familiâ Clericos ſibi faciant: quos per bonam voluntatem ità nutriant, ut & officium ſanctum dignè peragant, & ad ſervitium ſuum aptos eos habeant. Hi etiam victum, & veſtitum diſpenſatione presbyteri merebuntur, & Domino, & presbytero ſuo, atque utilitati Eccleſiæ fideles eſſe debent. Quòd ſi inutiles apparuerint, ut culpa patuerit, correptione diſci-

plinæ feriantur. Si quis presbyterorum hanc ſententiam minimè cuſtodierit, & non adimpleverit, ab Epiſcopo ſuo corrigatur; ut pleniſſimè cuſtodiat, quod dignè jubetur.

*Idem Concil. can.* 19.

In Parochijs multæ ſunt Eccleſiæ conſtitutæ, quæ à fidelibus factæ, aut paucum, aut nihil de rebus videntur habere. Sacerdotali ergò decreto preſbytero uni plures extant commiſſæ; unde cavendum eſt, ne occurrente paupertate, ordo ibidem non impleatur Miſſæ. Proinde ſalubri deliberatione cenſemus, ut pro ſingulis quibuſque Eccleſijs, in quibus presbyter juſſus fuerit, per ſui Epiſcopi ordinationem, præeſſe, pro ſingulis diebus dominicis ſacrificium Deo procuret offerre; & eorum nomina, à quibus eas Eccleſias conſtat eſſe conſtructas, vel qui aliquid his ſanctis Eccleſijs videntur, aut viſi ſunt contuliſſe, ſi viventes in corpore ſunt, antè altare recitentur tempore Miſſæ; quòd ſi ab hâc deceſſerunt, aut deceſſerint luce, nomina eorum cum defunctis fidelibus recitentur ſuo in ordine. Si quis hanc inſtitutionem presbyter implere neglexerit, dùm talis cauſa per quemlibet ad aures ſui Epiſcopi pervenerit; presbyter ille excommunicationis ſententiâ feriendus erit.

*Concilium Toletanum 16. can.* 5.

Sed & hoc neceſſariò inſtituendum delegimus, ut plures Eccleſiæ uni nequaquam committantur presbytero: quia ſolus per totas Eccleſias nec officium valet perſolvere, nec populis ſacerdotali jure occurrere; ſed nec rebus earum neceſſariam curam impendere: eâ ſcilicet ratione, ut Eccleſia, quæ uſque ad decem habuerit mancipia, ſuper ſe habeat ſacerdotem; quæ verò minùs decem mancipia habuerit, alijs conjungatur Eccleſijs. Si quis ſanè Epiſcoporum hanc noſtram inſtitutionem parvipenderit, & quippiam exindè temerandam crediderit, duorum menſium ſpatijs ſe noverit excommunicatione multari: ità nempè, ut poſtquam ab hoc excommunicationis interdicto, ad ordinis ſui remeaverit locum, cunctas hujus Canonis ſanctiones modis omnibus ſtudeat adimplere.

*Concilium Vaſenſe* 1. *can.* 3. *anno Chriſti* 442.

Per ſingula territoria presbyteri vel miniſtri, ab Epiſcopis, non proüt libitum fuerit à vicinioribus, ſed à ſuis proprijs, per annos ſingulos chriſma petant, appropinquante ſolemnitate Paſchali: nec per quemcumque Eccleſiaſticum, ſed ſi quæ neceſſitas aut miniſtrorum occupatio eſt, per Subdiaconem: quia inhonorum eſt inferioribus ſumma committi. Optimum autem eſt, ut ipſe ſuſcipiat, qui in tradendo uſurus eſt. Si quid obſtat, ſaltem is, cujus officij eſt ſacrarium diſponere, & Sacramenta ſuſcipere.

*Concilium Agathenſe can.* 22. *ann.* 506.

Et licet ſuperfluum ſit, de re notâ, & antiquis Canonibus prohibitâ, iteratò aliquid definire; attamen quò faciliùs, aut improbitas reprimatur, id ſtatuimus quod omnes Canones jubent, ut Civitatenſes, ſive Diœceſani presbyteri, vel Clerici, ſalvo jure Eccleſiæ, rem Eccleſiæ, ſicut permiſerint Epiſcopi, teneant; vendere autem, aut donare penitùs non præſumant.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quod ſi fecerint, & facta venditio non valebit, & de facultatibus, ſi quas habent proprias, indemnem Eccleſiam reddant, & communione priventur.

*Idem Concilium can. 53.*

Quicquid Parochiarum presbyter de Eccleſiaſtici juris proprietate diſtraxerit, inane habeatur & vacuum, vindicatione comparantis, & actione vendentis.

*Idem can. 54.*

Presbyter, dùm Diœceſim tenere de his quæ emerit ad Eccleſiæ nomen ſcripturam faciat, aut ab ejus quam tenuit, Eccleſiæ ordinatione diſcedat.

*Concilium Epaonenſe can. 7. ann. 517.*

Quidquid Parochiarum presbyteri de Eccleſiaſtici juris poſſeſſione diſtraxerint, inane habeatur, & vacuum, in venditorem comparantis actione vertendâ.

*Idem Concilium can. 8.*

Presbyter dùm Diœceſim tenet, de his quæ emerit, aut Eccleſiæ nomine ſcripturam faciat, aut ab ejus quam tenuit Eccleſiæ ordinatione diſcedat.

*Concilium Vaſenſe 2. can. 1. ann. 529.*

Hoc enim placuit, ut omnes presbyteri, qui ſunt in Parochijs conſtituti, ſecundùm conſuetudinem, quam per totam Italiam ſatis ſalubriter teneri cognovimus, juniores lectores, quantoſcumque ſine uxore habuerint, ſecum in domo, ubi ipſi habitare non videntur, recipiant: & eos quomodò boni Patres ſpiritaliter nutrientes pſalmos parare, divinis lectionibus inſiſtere, & in lege Domini erudire contendant: ut & ſibi dignos ſucceſſores provideant, & à Domino præmia æterna recipiant. Cùm verò ad ætatem perfectam pervenerint, ſi aliquis eorum pro carnis fragilitate uxorem habere voluerit, poteſtas ei ducendi conjugium non negetur.

*Idem Concil. can. 2.*

Hoc etiam pro ædificatione omnium Eccleſiarum, & pro utilitate totius populi nobis placuit, ut non ſolùm in civitatibus, ſed etiam in omnibus Parochijs verbum faciendi daremus presbyteris poteſtatem: itaüt ſi presbyter, aliquâ infirmitate prohibente, per ſeipſum non potuit prædicare, Sanctorum Patrum Homiliæ à Diaconibus recitentur. Si enim digni ſunt Diacones quod Chriſtus in Evangelio locutus eſt, legere; quare indigni judicentur Sanctorum Patrum expoſitiones publicè recitare.

*Concilium Aurelianenſe 4. can. 6. ann. 541.*

Parochiani Clerici à Pontificibus ſuis neceſſaria ſibi ſtatuta Canonum legenda percipiant, ne ſe ipſi, vel populi, quæ pro ſalute eorum decreta ſunt, excuſent poſt modum ignoraſſe,

*Concilium Turonenſe 2. can. 5. ann. 567.*

Vt unaquæque Civitas pauperes & egenos incolas alimentis congruentibus paſcat ſecundùm vires, ut tàm vicani Presbyteri, quàm cives omnes, ſuum pauperem paſcant. quo fiet ut ipſi pauperes per civitates alias non vagentur.

*Concilium Cabilonenſe, can. 7. ann. 650.*

Vt defuncto Presbytero, vel Abbate, nihil ab Epiſcopo auferatur, vel Archidiacono, vel à quocumque de rebus Parochiæ, vel Xenodochij, vel Monaſterij aliquid debeat minuere. Quòd qui fecerit, juxtà ſtatuta Canonum debeat coërceri.

*Beda in Evangelium Lucæ, lib. 3. cap. 10.*

Poſt hæc autem deſignavit Dominus & alios ſeptuaginta duos. Sicut duodecim Apoſtolos, formam Epiſcoporum exhibere ſimul & præmonſtrare, nemo eſt qui dubitet, ſic & hos ſeptuaginta duos figuram Presbyterorum, id eſt ſecundi ordinis Sacerdotum geſſiſſe ſciendum eſt: Tametſi primis Eccleſiæ temporibus, ut Apoſtolica ſcriptura teſtis eſt, utrique Preſbyteri, utrique vocabantur Epiſcopi. Quorum unum ſapientiæ maturitatem, alterum induſtriam Curæ Paſtoralis ſignificat.

*Concilium Liptinenſe, can. 3. ann. 743.*

Decrevimus quoque juxtà Canones Sanctorum, ut unuſquiſque Preſbyter in Parochiâ habitans ſubjectus ſit illi Epiſcopo in cujus Parochiâ habitat; & ſemper in quadrageſimâ rationem & ordinem miniſterii ſui, ſive de Baptiſmo, ſive de fide Catholicâ, ſive de precibus & ordine Miſſarum, ipſi Epiſcopo reddat & oſtendat. Et quandocunque jure Canonico Epiſcopus circumïerit Parochiam ad confirmandos populos, Presbyter ſemper paratus ſit ad ſuſcipiendum Epiſcopum, cum collectione & adjutorio populi qui ibi confirmari debet. Et in Cœnâ Domini ſemper novum Chriſma accipiat ab Epiſcopo. Et ut Epiſcopus teſtis ſit caſtitati, & vitæ & fidei, & doctrinæ.

*Carolus Magnus, lib. 1. capitularium cap. 153.*

Vt nullus Presbyter alterius Parochianum, niſi in itinere fuerit, vel placitum ibi habuerit, ad Miſſam recipiat.

*Idem, cap. 154.*

Vt nullus Presbyter in alterius Parochiâ Miſſam cantare præſumat, niſi in itinere fuerit: nec decimam ad alterum pertinentem audeat recipere.

*Idem, cap. 155.*

Vt terminum habeat unaquæque Eccleſia, de quibus villis decimas recipiat.

*Idem, cap. 160.*

Vt unuſquiſque Presbyter capitula habeat de majoribus vel de minoribus vitiis, per quæ cognoſcere valeat vel prædicare ſubditis ſuis, ut caveant ab inſidiis diaboli.

*Idem C. M. lib. 6. cap. 164.*

Vt nullus Epiſcoporum vel Presbyterorum Parochiam alterius invadat, ſed contentus ſit gubernatione creditæ ſibi plebis.

*Idem in additione 2. cap. 8.*

Sæpè namque in aliis Conciliis, & nunc in noſtris conventibus conſtitutum eſt, ut unaquæque Eccleſia, ſi facultas ſuppetit, proprium habeat Presbyterum; & unuſquiſque Presbyter unâ tantùm ſit contentus Eccleſiâ.

*Theodulphus Epiſcopus Aurelianenſis in Capitulari.*

*Theodulfus fratribus & compreſbyteris noſtris Aurelianenſis Parochiæ Sacerdotibus in Domino ſalutem, cap. 1.*

Obſecro vos, Fratres Dilectiſſimi, ut ergà ſubditarum plebium profectum & emendationem vigilantiſſimâ Curâ laboretis: quatenùs illis viam ſalutis oſtendentes, & eos verbis & exemplis inſtruentes, & vos de eorum profectu, & nos de veſtro, Domino noſtro Ieſu Chriſto auxiliante, fructuoſos illi manipulos reportemus. Obſecro etiam fraternitatem veſtram, ut hæc capitula, quæ ad emendationem vitæ breviter digeſſi, aſſiduè legatis, & memoriæ commendetis: & eorum ſive Sanctarum Scripturarum lectione mores componatis, vitam emendetis, & cum ſubditis plebibus, opitulante Domino, ad regna cœleſtia pergere certetis. Veraciter noſſe debetis, & ſemper meminiſſe, quia nos, quibus regendarum animarum cura commiſſa eſt, pro his qui noſtrâ negligentiâ pereunt, rationem reddituri ſumus: pro his verò quos verbis & exemplis lucrati fuerimus, præmium æternæ vitæ percipiemus. Nobis enim à Domino dictum eſt, vos eſtis ſal terræ, quòd ſi populus fidelis cibus eſt Dei, ejus ſibi condimentum nos ſumus. Scitote veſtrum gradum noſtro gradui ſecundum & penè conjunctum eſſe Sicut enim Epiſcopi Apoſtolorum in Eccleſiâ, ità nimirùm Presbyteri cæterorum Diſcipulorum Domini vicem tenent: & illi tenent gradum Summi Pontificis Aaron, iſti verò filiorum ejus, unde oportet vos ſemper memores eſſe tantæ dignitatis, memores veſtræ conſecrationis, memores ſacræ quam in manibus ſuſcepiſtis unctionis, ut nec ab eâdem dignitate degeneretis, nec veſtram conſecrationem irritam faciatis, nec manus ſacro unguine delibutas peccando polluatis, ſed cordis, & corporis munditiam conſervantes, plebibus exemplum benè vivendi præbentes, his quibus præeſtis ducatum ad cœleſtia regna præbeatis.

*Idem. Vt presbyteri ad docendas plebes ſint parati. c. 28.*

Hortamur vos paratos eſſe ad docendas plebes. Qui Scripturas ſcit, prædicet Scripturas: qui verò neſcit, ſaltem hoc, quod notiſſimum eſt, plebibus dicat, ut declinent à malo, & faciant bonum: inquirant pacem, & ſequantur eam, quia oculi Domini ſuper juſtos, & aures ejus ad preces eorum, &c. Nullus ergò ſe excuſare poterit, quòd non habeat linguam, unde poſſit aliquem ædificare. Mox enim, ut quemlibet errantem viderit, proüt poteſt, & valet, aut arguendo, aut obſecrando, aut increpando ab errore retrahat, & ad peragendum bonum opus hortetur. Cùm verò Domino opitulante, ad Synodum in unum convenerimus, ſciat nobis unuſquiſque dicere, quantùm Domino adjuvante laboraverit, aut quem fructum acquiſierit. Et ſi quis fortè indiget adjutorio, nos cum charitate admoneat, & nos cum charitate nihilominùs ei pro viribus adjutorium ferre non differemus,

*Concilium Arelatenſe anno 813. can. 4.*

Vt Laïci presbyteros, abſque judicio proprij Epiſcopi non ejiciant de Eccleſijs, nec alios immittere præſumant; quia quandò presbyteri ab Epiſco-

pis in Parochijs ordinantur, neceſſe eſt, ut ab ipſis Epiſcopis diligenter inſtructi, Eccleſias ſibi deputatas accipiant, ne per ignorantiam (quod abſit) etiam in ipſis divinis Sacramentis offendant: quia à Sanctis Patribus inſtitutum eſt ut quandò ad Concilium venerint, rationem Epiſcopo ſuo reddant, qualiter ſuſcriptum officium, vel baptiſmum celebrant.

*Item Concilium can. 5.*

Vt Laïci omninò à presbyteris non audeant munera exigere, propter commendationem Eccleſiæ: quia propter cupiditatem plerúmque à Laïcis talibus presbyteris Eccleſiæ dantur: qui ad peragendum ſacerdotale officium ſunt indigni.

*Concilium Turonenſe 3. ann. 813. can. 14.*

De titulo minori ad majorem migrare, nulli presbyteri licitum ſit: ſed in eo permaneat, ad quem ordinatus eſt. Quòd ſi inventus fuerit contrà ſtatuta id facere, eâdem feriatur ſententiâ, quâ Epiſcopus ſi de minore ad majorem tranſmigraverit ſedem.

*Concilium Cabilonenſe 2. ann. 813. can. 15.*

Dictum eſt etiam, quòd in pleriſque locis Archidiaconi ſuper presbyteros Parochianos quandam exerceant dominationem, & ab eis cenſus exigant, quod magis ad Tyrannidem, quàm ad rectitudinis ordinem pertinet. Si enim Epiſcopi juxtà Petri Apoſtoli ſententiam, non debent eſſe dominantes in Clero, ſed forma facti gregis ex animo: multò minùs iſti hoc facere debent, ſed contenti ſint regularibus diſciplinis, & teneant propriam menſuram: & quod eis ab Epiſcopis injungitur, hoc per Parochias ſuas exercere ſtudeant, nihil per cupiditatem & avaritiam præſumentes.

*Idem C. can. 41.*

Presbyter proprio loco dimiſſo, ad alium migrans, nequaquam recipiatur, niſi ſuæ migrationis cauſam dixerit, & ſe innocēter vixiſſe in Parochiâ, in quâ ordinatus eſt, ſub teſtibus probaverit: litteras etiam habebit, in quibus ſint nomina Epiſcopi & Civitatis plumbo impreſſa. Quibus cognitis & talibus inventis, quibus fides adhiberi poſſit, recipiatur.

*Idem C. can. 45.*

Qui verò peccata ſua ſacerdotibus, in quorum ſunt Parochijs, confeſſi ſunt, & ab his agendæ pœnitentiæ Concilium acceperunt, ſi orationibus inſiſtendo, eleemoſynas largiendo, vitam emendando, mores componendo, Apoſtolorum limina vel quorumlibet Sanctorum inviſere deſiderant, horum eſt devotio modis omnibus collaudanda.

*Concilium Pariſienſe ann. 829. can. 29. lib. 1.*

Inter cætera quæ Religioni Chriſtianæ adverſa ſunt, hoc nihilominùs contrarium & periculoſum extat, quod quorumdam Prælatorum temerario auſu qui ſibi licere putant, quod non licet, & expedire quod non expedit. Eccleſiæ ſuis ad tempus viduantur Sacerdotibus: quoniam ſi quid eis in forenſibus negotijs agendum, ſi quid jam in diverſis alijs partibus nunciandum, occaſio neceſſitatis opponit, id potiùs per Sacerdotes Domini currentes & diſcurrentes, quàm per alios effici præcipiunt: non attendentes quòd eorum

abſentia & loca Deo dicata ſibi cultu debito priventur, & homines ſine Confeſſione, & infantes ſine Baptiſmatis regeneratione plerũq; moriantur; quanti autem ſit diſcriminis & perſona mittentis, & ejus quæ mittitur, animarum pericula, quæ ſubindè in hujus rei causâ fiunt, liquido produnt. Proindè omnibus Prælatis cavendum eſt, ne illicitâ ſibi presbyterorum tranſmiſſione, animarum ſuarum habeant damnationem. Presbyteri porrò, qui non ſui Prælati Imperio coacti, ſed potiùs voluptatum ſuarum delectatione immò avaritiæ æſtuatione ſuccenſi, id facere præſumunt, perpendant neceſſe eſt, quàm luctuoſam deſcriptionem Hieremias Propheta Dei, ſub ſignificatione auri, ejusque coloris optimi, lapidumque ſanctuarij perſonam carnalium ſacerdotum deſcribat.

Quiſquis igitur presbyterorum ſe ab his cohibere detrectaverit, dignum eſt ut ab Epiſcopo ſuo rigidâ corripiatur invectione.

*Idem C. can. 49.*

Sicut unicuique Civitati convenit, proprium habere Epiſcopum, ità & unamquamque Baſilicam Deo dicatam decet & oportet proprium habere presbyterum. Avaritia ſanè, quæ eſt idolorum ſervitus, quod non ſine magno pudore proſequimur, quoſdam invaſit presbyteros, ſuiſque retinaculis adeò vinxit, captivoſque effecit, ut inſtàr cæcorum effecti, neſciant, quò eant, neſciantque quid eſſe, vel quid agere debeant. Hi námque ignibus avaritiæ æſtuantes, Sacerdotaliſque dignitatis immemores, curamque Baſilicarum, in quibus promoti ſunt, poſtponentes, datis quibuſdam xenijs aut pollicitis non ſolùm à Clericis, verùm etiam à Laïcis, alias Baſilicas contrà fas, ad Chriſti famulatum peragendum ſuſcipiunt, utrùm conſultis an inconſultis Epiſcopis id faciant necne, ignoratur. Si conſultis id faciunt, eorum tranſgreſſioni ijdem Epiſcopi procul dubio communicant: ſi verò eis inconſultis id facere præſumunt, nihilominùs Epiſcoporum negligentiæ id adſcribendum eſt.

Vix enim quiſpiam presbyterorum in Baſilicâ, in quâ divinæ ſervituti mancipatus eſt, dignè atque ſtrenuè militare invenitur, quantò minùs id in duabus aut tribus, aut eò ampliùs, Baſilicis dignè exequi valet? in quo facto & Religio Chriſtiana fuſcatur, & Sacerdotalis ordo confunditur, immò avaritia Sacerdotum à ſubditis denotatur, locáque Deo dicata cultu ſibi debito privantur, & (ut in ſuperioribus capitulis jam dictum eſt) animarum pericula generantur. Quod ne ulteriùs unuſquiſque Epiſcoporum in Parochiâ ſuâ fieri ſinat, omnes in commune ſtatuimus, decernentes ut ſingulæ Baſilicæ plebes & res, quibus conſiſtere poſſint, habentes, ſingulos habeant presbyteros. Si verò plebes habuerint, & rebus quibus conſiſtere poſſint, caruerint: in arbitrio Epiſcoporum pendet, utrùm ità conſiſtere debeant aut poſſint, necne: hoc tamen ſpecialiter eorum ſolertiæ providendum eſt, ut hâc occaſione nullus presbyter duas aut tres avaritiæ causâ, quibus ſufficere ſeundùm divinum cultum nullatenùs poteſt, habere audeat Baſilicas.

Conci-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Concilium Aquiſgranenſe can. 5. anno 836.*

Presbyterorum verò qui præſunt Eccleſiæ Chriſti, & in confectione divini corporis & ſanguinis conſortes cum Epiſcopis ſunt, miniſterium eſſe videtur, ut in doctrinâ præſint populis, & in officio prædicādi, nec in aliquo deſides inventi appareant. Item ut de omnibus hominibus qui ad eorū Eccleſiam pertinent, per omnia curam gerant, ſcientes ſe pro certo reddituros rationem pro ipſis in die judicij, qui cooperatores oneris noſtri eſſe procul dubio noſcuntur. Quapropter ab ortu nativitatis cujuſque ad ſe pertinentis prædictam curam habeat, ne aliquis eorum abſque venatione ſacri baptiſmatis moriatur. Poſt acceptum autem ſacrum baptiſma, ſine manus impoſitione Epiſcopi non remaneat: ac deinde imbuatur ſcire orationem dominicam, atque ſymbolum. Poſteà verò qualiter vivere debeat doceatur, ſi fortè vitioſus, vel criminoſus apparuerit, qualiter corrigatur, provideat. Si autem infirmitate depreſſus fuerit, ne confeſſione atque oratione Sacerdotali, necnon unctione ſacrificati olei, per ejus negligentiam careat. Denique ſi finem urgentem perſpexerit, commendet animam Chriſtianam Domino Deo ſuo more ſacerdotali, cum acceptione ſacræ Communionis, corpuſque ſepulturæ, non ut mos eſt Gentilium, ſed ſicut Chriſtianorum.

*Idem C. can. 16.*

Communi conſenſu inſuper cenſuimus, ubicumque poſſibile fuerit, unicuique Eccleſiæ ſuus provideatur ab Epiſcopis presbyter, ut per ſe eam tenere poſſit, aut etiam priori presbytero ſubjugatus, miniſterium ſacerdotale perficere poſſit, quia in multis locis pericula presbyterorum imminentia perſpeximus, videlicet in officijs divinis, quanquam Miſſarum celebrationes per omnes Eccleſias ſibi commiſſas agere poſſent, cætera officia, quæ ad divinum cultum pertinent, propter impoſſibilitatem & multitudinem Eccleſiarum quodam modo neglectu elapſa: ſimiliter & prævidentiæ in baptiſmate infirmorum, & in confeſſione quærentium, atque in commune periclitantium, per plura remanſiſſe. Ideóque congruentiùs, ut ſuprà dictum eſt, omnibus videtur, cuique congruere Eccleſiæ proprium habere presbyterum. His itáque ſic ſe habentibus, nunc quia communium ſalutem perſpiciendam atque conſiderandam dignum duximus: petimus inſuper jam quia labor ad ea quæ præpoſita ſunt inquirenda, additus eſt, ut non in tædium auditui vertatur, ſed potiùs ad audiendum aures accommodentur, ſupplici devotione rogamus.

*Concilium Meldenſe can. 48. an. 845.*

Vt nemo presbyterorum baptizare præſumat, niſi in vicis & Eccleſijs baptiſmalibus, atque temporibus conſtitutis, niſi cauſâ ægritudinis vel certæ neceſſitatis, ſicut ſacra Canonum docet authoritas, & vici auctoritatem & privilegia debita & antiqua retineant.

*Ex Homiliâ Leonis Papæ 4. de curâ paſtorali.*

Nullus ſine licentiâ Epiſcopi per poteſtatem ſæcularem Eccleſiam acquirat. Nullus presbyter ſine poteſtate Laïcorum miniſter aut Caſtaldio fiat. Nullus per pecuniā Eccleſiam alterius ſupplantet. Nullus Eccleſiam, ad quam intitu-

latus eſt dimittat, & ad aliam quæſtûs gratiâ ſine licentiâ Epiſcopi migret. Nullus plures Eccleſias teneat ſine adjutorio aliorum presbyterorum. Nullatenùs una Eccleſia inter plures dividatur. Nullus alterius Parochianum, niſi in itinere, ſi ſibi placitum fuerit, ad Miſſam recipiat. Nullus in alterius Parochiâ abſque proprij presbyteri voluntate vel rogatus Miſſas cantet. Nullus decimam ad alium pertinentem recipiat.

*Concilium Valentinum 3. ann.* 855. *can.* 9.

Item quia Parochiales presbyteri graviſſimè & indignè à ſecularibus premuntur, nullâque reverentiâ ſacerdotali gradui ab aliquibus ſervatur, & quia poſſeſſiunculæ vel dotes Baſilicis collatæ irreverenter auferuntur, duriſſimoque ſervitio extenuantur, quod clamor ſacerdotum, & ruinæ etiam Baſilicarum produnt: placuit ut ipſi presbyteri ſub Epiſcopis, quibus adjutores ſunt, maneant, & ſub Matre Eccleſiâ liberi & quieti officium Eccleſiaſticum exequantur. Dotes verò à fidelibus deſignatæ Baſilicis, ad hoc quod ſtatutum eſt ab eis, vendicentur: nullâque redhibitio cenſûs inde à quolibet ſeculari exigatur, ſed quod Canonicè tantùm ordinatum eſt, ſuppleatur.

*Concilium Ticinenſe ann.* 855.

In ſacris Canonibus præfixum eſt, ut decimæ juxtà Epiſcopi diſpoſitionem diſtribuantur. Quidam autem Laïci, qui vel in proprijs, vel in beneficijs ſuas habent Baſilicas, contemptâ Epiſcopi diſpoſitione, non ad Eccleſias, ubi Baptiſmum & prædicationem, & manûs impoſitionem, & alia Chriſti Sacramenta percipiunt, decimas ſuas dant: Sed vel proprijs Baſilicis, vel ſuis Clericis pro ſuo libitu tribuunt. Quod omnimodè divinæ legi & ſacris Canonibus conſtat eſſe contrarium, unde veſtram poteſtatem, ut eos corrigatis, expetimus. Sacra docet auctoritas, ut publicè peccantes publicæ pœnitentiæ ſubjiciantur.

*Ex Herardi Archiepiſcopi Turonenſis capitulis, ann. 858. cap. 9.*

Vt fides prædicetur omnibus fidelibus à presbyteris, Incarnatio, Paſſio, reſurrectio, & Aſcenſio, Spiritûs Sancti datio, peccatorumque remiſſio, quæ fit in eodem Spiritu, & in aquâ Baptiſmatis in gremio ſanctæ matris Eccleſiæ, & vitia maximè quæ criminalia notentur, virtuteſque doceantur.

*cap. 29.*

Vt nullus presbyter alterius Parœcianum, niſi in itinere fuerit, vel placitum ibi habuerit, abſque licentiâ ſui presbyteri ad Miſſam recipiat, vel ſollicitare præſumat.

*cap.* 35.

Vt decimæ & fideliter à populis dentur, & canonicè à presbyteris diſpenſentur, & annis ſingulis rationem ſuæ diſpenſationis Epiſcopo vel ſuis miniſtris reddant: ne fortè damna fraudium ſubigant, aut necatores pauperum ſubtrahendo utilia, quod abſit, exiſtant.

*cap.* 40.

De Manſo integro unicuique Eccleſiæ, abſque cenſu vel temporali ſervitio dando: & quod omnes dotes Eccleſiarum ad jura pertinent Epiſcopi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*cap. 45.*

Vt preſbyteri aquam benedictam cum ſuis populis in circuitu Eccleſiarum deferant : & ut ſcrutinia in locis & temporibus conſtitutis non negligant.

*cap. 47.*

Vt Epiſcopus presbyter de loco ignobili ad nobilem per ambitionem non tranſeat, nec quiſquam inferioris ordinis Clericus.

*cap. 48.*

Si Preſbyter aut Diaconus deſerit Eccleſiam ſuam, deponatur, niſi petitione populi, licentiâque Epiſcopi, & utilitate majori.

*cap. 49.*

Vt preſbyter non ampliùs quàm unam Eccleſiam habeat, ſicut & vir unam uxorem.

*cap. 76.*

Vt omni anno Parochias Epiſcopi gyrent, & ut preſbyteri rationem ſui miniſterij, ac creditorum omnium ipſi reddant.

*Concilium Troſlejanum ann. 909. can. 6.*

Ab antiquo denique tempore, à Sanctis Patribus, & à noſtris eſt majoribus conſtitutum, ut ſicut habet Epiſcopus in ſuâ ordinatione omnem generaliter Parochiam, cum omnibus ruſticanis Parochijs, quas per tricennium inconcusſè poſſidebit : ità & unuſquiſque preſbyter in ſuâ ordinatione ac diſpoſitionis curâ habeat Parochiam ſuam cum dote & decimis Eccleſiæ, videlicet cum ſui Epiſcopi conſilio ac diſpoſitione, ſecundùm regulas antiquitùs & divinitùs conſtitutas : ſicut olim antè Incarnationem Chriſti à Spiritu Sancto per Prophetam prædictum, & poſt ejus Aſcenſionem in Cœlos, eodem Sancto Spiritu per ſanctos Dei homines decretum fuiſſe demonſtrat ſanctus Baſilius exponens verſum Pſalmi : convallem tabernaculorum dimetiar. Convallis, inquit, tabernaculorum dimetietur, hoc eſt univerſus orbis terrarum, qui vallis tabernaculorum pro habitaculis corporum dictus eſt, hic velut quâdam ſorte diviſus atque dimenſus per ſingula loca Eccleſiarum Dei Parochijs & incolatibus dividitur, &c. Hinc iterùm ſcriptum eſt, diſtribuite domos ejus, videlicet univerſalis Eccleſiæ, per cuſtodiarum Parochias prædicando : ut enarretis in progenie alterâ, & reliqua. Quia verò facultatum & dotum ad Eccleſias pertinentium diſpoſitio, ſecundùm Canonum antiquam conſtitutionem, ad Epiſcoporum ſolummodò ordinationem, & ad preſbyterorum diſpoſitionem pertineat.

*Concilium Namnetenſe can. 8.*

Sicut enim Epiſcopus non plùs poteſt habere quàm unam Civitatem, & vir unam uxorem, ità preſbyter unam tantùm Eccleſiam. Itáque nullus presbyter plures præſumat habere Eccleſias : niſi fortè alios preſbyteros ſub ſe in unâquâque habeat, qui nocturnum atque diurnum officium ſolemniter adimpleant, & Miſſarum celebrationes quotidianis expleant ceremonijs.

*Hincmarus in capitulis ad Presbyteros & Archidiaconos ſuæ Diœceſeos cap. 1.*

Inquirendum in quâ villâ, aut cujuſlibet ſancti honore, prætitulatus ſit presbyter, vel à quo fuerit ordinatus.

*cap.* 2.

Si habeat manſum habentem bunnuaria duodecim, præter Cœmeterium, & cortem, ubi Eccleſia & domus ipſius continetur, aut ſi habeat mancipia quatuor.

*cap.* 10.

Si ipſe Preſbyter viſitet infirmos, & inungat oleo ſancto, & communicet per ſe, & non per quemlibet, & ille ipſe communicet populum: nec tradat Communionem cuiquam Laïco ad deferendum in domum ſuam cauſâ cujuſlibet infirmi.

*Hincmarus in capitulis datis anno duodecimo Epiſcopatus cap.* 3.

Vt quia quidam presbyteri præter Eccleſiam in quâ titulati ſunt, etiam Capellas habent, & quidam etiam veteres Eccleſias reſtaurant, aut altaria nova conſtruunt propter loci convenientiam, vel immutant, nemo preſbyterorum in altario ab Epiſcopo non conſecrato antè conſecrationem cantare præſumat. Quapropter ſi neceſſitas popoſcerit, donec Eccleſia vel altaria conſecrentur, & in Capellis etiam quæ conſecrationem non merentur, tabulam quiſque Preſbyter, cui neceſſarium fuerit, de marmore, vel nigrâ petrâ, aut liteo honeſtiſſimo, ſecundùm ſuam poſſibilitatem honeſtè affectatam habeat, & nobis ad conſecrandum offerat, quam ſecum cùm expedierit, deferat, in quâ ſacra myſteria ſecundùm ritum Eccleſiaſticum agere valeat.

*Hincmarus in capitulis datis anno* 874. *cap.* 1.

Egregius Doctor gentium diſcipulis ſuis dicit: Imitatores mei eſtote, & ego Chriſti. Et vos, quandò ruſticanas Parochias vobis commiſſas, vel mecum, vel per vos circuitis, ſicut & ego, non graves ſitis preſbyteris in paratis quærendis; neque ducatis ſuperfluè vobiſcum homines, vel veſtros proprios, vel propinquos veſtros, per quos illos gravetis in cibo, & potu, & fodro ad caballos, Et providete ne homines veſtri, qui vobiſcum ibunt, illos dehonorent, vel hominibus illorum graves ſint. Nec diù in manſionibus ipſorũ preſbyterorum immoremini Et ſi neceſſitas evenerit, ut in aliquo loco immorari debeatis, ſic diſponite victualia veſtra per circummanentes preſbyteros, ut nemini graves ſitis, & non otioſi & infructuoſi ſtipendia Eccleſiaſtica inſumatis, ſicut nec ego gravis ſum preſbyteris, per quos Parochias circumeo.

*Ex Riculſi Sueſſionum Epiſcopi conſtitutione anno* 889.

Ego Riculfus humilis Sueſſionum Epiſcopus, conſideratis Parochiæ divinitùs nobis commiſſæ neceſſitatibus; atque comminiſtris noſtris competenti habitâ ratione, inſpirante pariter & opitulante Domino, quædam, quæ ad ſacerdotum noſtrorum commonitionem, vel vulgaris populi creditionem pertinere videbantur, modeſtè & utiliter pro viribus tractare diſpoſui. Et quãvis totius Chriſtianæ vitæ regulâ divinæ Scripturæ paginis ſatis ſuperquè teneatur inſerta, non incongruum tamen fore putavi, quædam ex his, quæ ſimplicium obſervationi conveniunt, brevibus & lucidis capitulis adnotare, vobiſquè conſacerdotibus, & cooperatoribus noſtris habenda ſimul

& crebriùs legenda committere, ut ſi tanta divinæ & canonicæ authoritatis volumina revoluere non ſufficitis, hæc ſaltem breviſſima & apertiſſima manualiter frequentetis, & commiſſis vobis plebibus ſalubrem vivendi normam his admonitiunculis præmonſtretis. Ità enim cooperante Domino, & periculo miniſterij veſtri vos poteſtis exuere, & cum ſubjectis populis ad cœleſtis regni gaudia properare.

Attendite ergò, quia nobiſcum ſollicitudinem gregis Dominici percepiſtis, & in ſacerdotali miniſterio ſecundi ordinis & dignitatis locum poſſidetis. Et ſicut nos (licet immeriti) Apoſtolorum vices in hâc Eccleſiâ agere debemus, ità & vos quæque ſeptuaginta duorum diſcipulorum nobiſcum miniſterium in hâc plebe Dominicâ exercere oportet. Nam & in veteri lege Moyſes & Aaron locum ſummi Pontificis tenuerunt, & filij quoque Aaron officium ſacerdotale in ſecundo gradu ſortiti ſunt. Ad vos enim plebium pertinet cura & ſollicitudo, & ex vobis pendet eorum ſalus, utilitas, atque animarum profectus. Scriptum namquè eſt de vobis: Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirunt ex ore ejus: quia Angelus Domini exercituum eſt.

*Fulbertus Epiſcopus Carnotenſis Epiſtolâ 2.*

Nam & Epiſcopus qui vices Chriſti tenet, ſacerdotales viros in plebem ſubjectam miſſurus, ſacri corporis Euchariſtiam per quadragenos dies ſumendam diſtribuit, & dùm verbi gratiâ quotidie cœleſtis panis alimoniâ reficiuntur, tempus illud in mentem habeant, quo per quadraginta dies Dominus diſcipulis apparens, & conveſcens deſideratæ viſionis ſatietate refecit.

*Idem in eâdem Epiſt.*

Hoc tantùm quod ad præſens negotium ſpectat ſolvamus, quod quidem nec ſubitis nec novis adinventionibus conſtat expoſitum. Noſti populo Hebræorum ſub Moyſe & manna de cœlo per annos quadraginta ſubminiſtratum: qui Moyſes dux populi ſecundis adjutoribus, ſeptuaginta viris videlicet de eodem populo, ſuſtentabatur per quos forma preſbyterorum exprimitur, qui nunc in Eccleſiâ novitia, pontificale onus inſe ſuſcipientes regendis populis invigilant. Porrò ſumens de ſpiritu Moyſi, illis ſeptuaginta ſenioribus dedit, per quos populum ſibi commiſſum per quadraginta annos judicavit, quia dux noſter Dominus Ieſus Chriſtus diſcipulis, quos ad prædicationis officium miſſurus fuerat in mundum, ſpiritualium dona chariſmatum infudit. Illi poſt immolationem Agni Paſchalis manna cœlitùs miſſo per quadraginta annos ſuſtentati ſunt. Iſti cœleſtis Agni paſſione peractâ per quatuor dies glorificati corporis revelatâ ſpecie tanquam cœleſti ſuavitate refecti ſunt. Quêm cibum cœleſtem, quam civitatem Angelicam non per typicas aut umbratiles figuras, ſed indubitatam unionis veritatem repræſentat ille dominicus cibus, quem per quadraginta dies ſumendum tanquam ſalutis viaticum, Pontifex novis Eccleſiæ cultoribus diſtribuit, quos ſuæ paſtoralis curæ Vicarios adjutores ad erudiendam plebem ſibi commiſſam conſtituit, ut dùm iſtum præ oculis habentes deguſtant, illum mente pertractent, qui de cruce morte triumphatâ ad Patrem aſcendit, dúmquè à ſemetipſis conſecra-

tum corpus percipiunt, illum fidei guſtu experiantur, per quem quotidie Chriſtus nobis moritur, & reſurgit, per quem uſque ad conſummationem ſæculi manere ſe nobiſcum pollicetur.

*Ex Stephani Tornacenſis Epiſcopi Epiſtolâ primâ.*

Si prædicta non ſufficiunt, accipe & hoc. Parochiales Presbyteri obedientiam quam promittunt debent Epiſcopis ſuis, & Sacramentaliter alligati ſunt Eccleſijs, quas tanquam uxoribus propriis. Lege autem communi Canonum, ſine licentiâ Epiſcopi ſuorum quibus obedientes eſſe debent, nec ipſi recedere nec alii recipere eos debent.

*Gerſonius de Poteſtate Eccleſiaſt. Conſid. 12.*

Facit ad hoc determinatio Sacræ Facultatis Theologiæ Pariſienſis nuper edita contrà temeritatem extollentium privilegiatos ſuper Curatos in prædicationibus & Confeſſionibus, ubi ſic dicitur in duobus primis articulis. Domini Curati ſunt in Eccleſiâ minores Prælati & Hierarchiæ ex primariâ inſtitutione Chriſti, quibus competit ex ſtatu jus prædicandi, jus confeſſiones audiendi, jus Sacramenta Eccleſiaſtica ſecundum exigentiam ſui ſtatûs & Parochianorum miniſtrandi, jus ſepulturas dandi, jus inſuper decimas & alia jura Parochialia recipiendi. Secundus articulus quod jus prædicandi & confeſſandi competit Prælatis & Curatis principaliter & eſſentialiter, & mendicantibus de per accidens ex priuilegio, quoniam ſunt introducti vel admiſſi ex Confeſſione & beneplacito Dominorum Prælatorum.

*Gerſonius de ſtatibus Eccleſiaſticis, de Curatorum ſtatu. conſideratione prima.*

Status Curatorum ſuccedit ſtatui 72. Diſcipulorum Chriſti quo ad legem novam, & figuratus eſt in antiquâ lege per Levitas. Ac proindè ſtatus Curatorum eſt, de inſtitutione Chriſti & Apoſtolorum ſuorum à principio fundationis Eccleſiæ, quæ inſtitutio per declarationes Summorum Pontificum & Synodorum tàm generalium, quàm ſpecialium magis ac magis innotuit.

*Conſid. 2.*

Status Curatorum eſt de eſſentiali ac intrinſecæ Eccleſiæ Hi rarchiâ, ſicut ſtatus Prælatorum, quamvis inferior ſit, & pro ſuâ perfectione variabilior. Quâ ratione Curati ſimplices non æquè propriè dicuntur ſponſi ſicut Epiſcopi, liberiùſque permittuntur cedere vel renuntiare Curis ſuis.

*Conſid. 3.*

Status Curatorum inſtitutus eſt ad regimen animarum dirigendarum in finem ultimum per Communionem Sacramentorum & peccatorum remiſſionem, & promotionem ad virtutes.

*Conſid. 4.*

Status Curatorum annexam habet obligationem docendi & publicandi verbum Dei ſuis Parochianis, ſaltem quodam generali tenore legis Evangelicæ quo ad credenda & agenda ſecundùm ſtatum ſuæ ſimplicitatis, ſicut majoribus Prælatis convenit ex obligatione ſcientiæ reddere rationem particulariùs de eâ quæ in eis eſt fide & ſpe, apud omnes tàm qui deforis ſunt, quàm qui intùs, fideles ſcilicet & infideles, hæc enim obligatio conſequitur ad obligationem priorem, quæ eſt de ſpirituali regimine ſubditorum.

*Conſid. 5.*

Status Curatorum eſt ſtatus perfectionis, non ſolùm acquirendæ, ſed etiam exercendæ, cum ſibi competat tàm obligatio quàm authoritas reducendi animas ad Deum, ſecundùm Hierarchicos actus, qui purgare, illuminare, perficere nominantur.

*Conſid. 6.*

Status Curatorum ſuperior eſt Hierarchiæ Eccleſiæ ad ſtatum ſimplicium religioſorum, ſicut Divinus Dionyſ. & Hieronym. in præcedentis conſiderationis determinat ratione.

*Conſid. 7.*

Status Curatorum Eccleſias Parochiales ſibi deputatas habet in tali libertate, quòd nulli alteri Sacerdoti fas eſt ipſis invitis aut ſine eorum licentiâ prædicare in eâdem, præſertim dùm prædicare voluerint ipſi, ſed nec confeſſiones illic audire, nec Sacramenta miniſtrare, ſaluâ ſemper authorite vel rationabili ordinatione ſuperiorum Prælatorum.

*Ioannes Major ex diſtinctione vigeſimâ quartâ, quæſt. 3.*

Idem patet 21. diſt. c.1. in ver. Simpliciter. Vbi dicitur: ſimpliciter verò majorum & minorũ Sacerdotum diſcretio in Novo Teſtamento ab ipſo Chriſto ſumpſit exordium, qui duodecim Apoſtolos tanquã majores Sacerdotes, ſeptuaginta duos Diſcipulos quaſi minores Sacerdotes inſtituit; Petrũ verò quaſi Summum Sacerdotem elegit, &c. prætereà gloſſa marginalis Lucæ 10 dicit: ſicut in Apoſtolis eſt forma Epiſcoporũ, ſic in ſeptuaginta duobus Diſcipulis eſt forma Presbyterorum. Hoc eſt Curatorum, & ex iſtis poteſt iterùm ſic formari argumentum, Presbyteri hoc eſt Curati ſunt ex inſtitutione Chriſti, ergò & Epiſcopi. Ampliùs de ſummâ Trinitate & fide Catholicâ cap. 1. una. Dicitur, quòd Sacramentum Euchariſtiæ nemo poteſt conficere niſi Sacerdos, qui ritè fuerit ordinatus ſecundùm claves Eccleſiæ, quas ipſe conceſſit Apoſtolis eorùmque ſucceſſoribus Ieſus Chriſtus; ſed Sacerdos non ordinatur à clave Sacerdotali, ſed ſolùm Epiſcopali, ergò Chriſtus claves Apoſtolis tradidit Epiſcopales. Rurſùs, dato oppoſito, ſcilicet quod Epiſcopi & Curati non ſunt ex inſtitutione Chriſti, ſed in inſtitutione Summi Pontificis, ità quòd Petrus ſuâ auctoritate inſtituit Apoſtolos Epiſcopos, & Maximi Pontificis auctoritate inſtituuntur alij Epiſcopi, ergò Romanus Pontifex poteſt unumquemque Epiſcopum & Curatum & omnes deſtituere de potentiâ ſuâ abſolutâ, non creando novos, quia quos unus Pontifex ſuâ auctoritate creat, non obligat ſuos poſteriores ſive ſucceſſores continuare; nam par in parem non habet auctoritatem, & omnis res per quaſcumque cauſas oritur, per eaſdem diſſolvitur: de Regul. jur. omnes. Sed hoc concedere non reputo conveniens, igitùr.

*Ex eâdem, diſtinct. 24.*

Prætereà reliquos Apoſtolos Epiſcopos factos à Chriſto diximus poſt reſurrectionem, & per conſequens tàm Epiſcopi quàm Curati ſunt de jure divino, quemadmodum Romanus Pontifex, nec aliquis purus homo poteſt illud jus & illas poteſtates tollere ab Eccleſiâ plus quàm Summum Pon-

tificatum; licet Petrus Paludanus & de Turrecrematâ teneant oppoſitum. Sed hoc quod ipſi tenent cenſuit in fide hæreſim facultas noſtro, & hoc idem aliis rationibus munivimus,

Quatorſiéme propoſition de Iacques de Vernant.

p. 758. Le peuple ne peut en vertu du Concile eſtre contraint par cenſure & peine Eccleſiaſtique d'aller à ſa Parroiſſe aux jours du Dimanche pour entendre la Meſſe.

CENSVRE.

Cette propoſition eſt fauſſe, & contraire aux Decrets du Concile de Trente.

*CENSVRA.*

*Hæc propoſitio eſt falſa, & decreto Concily Trident. contraria.*

# AVTHORITATE SACRÆ SCRIPTVRÆ, Conciliorum, Sanctorum Patrum Eccleſiæ, & veterum Theologorum confirmatur Cenſuræ veritas.

## *Pro decimâ quartâ Propoſitione.*

ACt. *Apoſt. cap. 2.*
Quotidie quòque perdurantes unanimiter in templo, & frangentes circà domos panem, ſumebant cibum cum exultatione, & ſimplicitate cordis, collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem. Dominus autem augebat qui ſalvi fierent quotidie in idipſum.

*Ignatius Epiſt. ad Epheſios.*

State ergò, Fratres, firmi in fide Ieſu Chriſti, & in dilectione ejus, atque reſurrectione. Omnes in omnibus, in gratiâ in ejus nomine congregamini communiter; in unâ fide Dei Patris, & Chriſti Ieſu, filij ejus unigeniti, & primogeniti totius creationis, ſecundùm carnem quidem ex genere David: eruditi à Paracleto, obedientes Epiſcopo & Presbyterio impræváricabili ſenſu: frangentes panem, qui eſt medicamentum immortalitatis, antidotum non moriendi, ſed vivendi in Deo per Ieſum Chriſtum Catharticum expellens malum, ſic in nobis.

*Idem, Epiſt. ad Smyrnenſes.*

Omnes Epiſcopum ſequimini, ſicut Ieſus Chriſtus Patrem, Presbyteros ſicut Apoſtolos: Diaconos autem veneramini, ſicut mandato Dei miniſtrantes. Nemo præter Epiſcopum aliquid agat eorum quæ ad Eccleſiam pertinent. Firma Euchariſtia reputetur, quæ ab Epiſcopo conceſſa fuerit. Vbi

Epiſcopus

Epiſcopus præſens fuerit, illuc & plebs congregetur: ſicuti & ubi Chriſtus eſt, omnis militia cœleſtis adeſt tanquam Principi militiæ virtutis Domini, & ipſe eſt diſpenſator totius intelligibilis naturæ. Propterea non licet ſine Epiſcopo neque offerre, neque ſacrificium immolare, neque Miſſas celebrare: ſed ſi ei viſum fuerit ſecundùm beneplacitum Dei, tunc demùm tutum & firmum erit.

*Iuſtinus Martyr Apologiâ 2.*

Quod namque panis & poculum aquæ, in ſacrificijs ſive re divinâ ejus qui initiatur, ponatur, verbis quibuſdam additis, aut certè ſcitis, aut cognoſcere poteſtis. Nos autem poſt hæc deinceps nobis invicem iſta in memoriam revocamus. Et qui habent, indigentes omnes adjuvant; & aſſiduè alij cum alijs ſumus. Atque in omnibus, quas offerimus orationibus, benedicendo laudamus factorem omnium, per Filium ejus Ieſum Chriſtum & Spiritum Sanctum: & Solis, qui dicitur, die, omnium qui vel in oppidis, vel ruri degunt, in eundem locum conventus fit: & commentaria Apoſtolorum, aut ſcripta Prophetarum, quo ad tempus fert, leguntur. Deinde lectore quieſcente, præſidens orationem, quâ populum inſtruit, & ad imitationem tàm pulchratum rerum cohortatur, habet. Sub hæc conſurgimus communiter, omnes, & precationes profundimus: & ſicuti retulimus, precibus peractis panis offertur & vinum, & aqua: & præpoſitus itidem, quantùm pro virili ſuâ poteſt, preces & gratiarum actiones fundit; & populus fauſtè acclamat, dicens: Amen. Et diſtributio communicatióque fit eorum, in quibus gratiæ ſunt actæ, cuique præſenti: abſentibus autem per Diaconos mittitur. Cæterùm qui copioſiores ſunt & volunt, pro arbitrio quiſque ſuo quod viſum eſt contribuunt: & quod ità colligitur, apud præpoſitum deponitur: atque ille inde opitulatur pupillis & viduis, & his qui propter morbum aut aliquam aliam cauſam egent, quique in vinculis ſunt, & peregrè advenientibus hoſpitibus: &, ut ſimpliciter dicam indigentium is omnium curator eſt. Solis autem die communiter omnes conventum agimus.

*Clemens Alexandrinus lib. 3. pedagogi.*

In Eccleſiam autem venire oportet virum & mulierem, honeſtè indutos, non ſimulato inceſſu, ſilentium amplectentes, charitatem non fictam poſſidentes, caſtos corpore, caſtos corde, ad Deum rogandum aptos: hoc ampliùs habeat mulier.

*Tertulianus in Apologetico. cap. 39.*

Edam jàm nunc ego ipſe negotia Chriſtianæ factionis, ut qui mala refutaverim, bona oſtendam.

Corpus ſumus de conſcientiâ religionis & diſciplinæ unitate, & ſpei fœdere, coïmus in cætum & congregationem, ut ad Deum, quaſi manu factâ precationibus ambiamus orantes. Hæc vis Deo grata eſt. Oramus etiam pro Imperatoribus, pro miniſtris eorum, ac poteſtatibus, pro ſtatu ſæculi pro rerũ quiete, pro morâ finis. Cogimur ad divinarum litterarum commemorationem, ſi quid præſentium temporum qualitas aut præmonere cogit, aut re-

cognoſcere. Certè fidem ſanctis vocibus paſcimus, ſpem erigimus, fiduciam figimus, diſciplinam præceptorum nihilominùs inculcationibus denſamus. Ibidem etiam exhortationes, caſtigationes, & cenſura divina. Nam & judicatur magno cum pondere, ut apud certos de Dei conſpectu: ſummùmque futuri judicij præjudicium eſt, ſi quis ità deliquerit, ut à communicatione orationis & Conventus, & omnis ſancti commercij relegetur.

Præſident probati quique ſeniores honorem iſtum non pretio, ſed teſtimonio adepti; neque enim pretio ulla res Dei conſtat. etiam ſi quod arcæ genus eſt, non de onerariâ ſummâ quaſi redemptæ religionis congregatur. Modicam unuſquiſque ſtipem menſtruâ die, vel cùm velit? & ſi modò poſſit, apponit: nam nemo compellitur, ſed ſponte confert. Hæc quaſi depoſita pietatis ſunt.

*Cyprianus Epiſt. 28.*

Integrè & cum diſciplinâ feciſtis, Fratres Chariſſimi, quod conſilio collegarum meorum qui præſentes erant, Gayo Didentii presbytero, & Diacono ejus cenſuiſtis non communicandum: qui communicando cum lapſis, & offerendo oblationes eorum in pravis erroribus ſuis frequenter deprehenſi, & ſemel, atque iterùm ſecundùm quod mihi ſcripſiſtis, à collegis meis moniti ne hoc facerent, in præſumptione & audaciâ ſuâ pertinaciter præſtiterunt, decipientes quoſdam fratres ex plebe noſtrâ.

*Idem Epiſt. 35.*

Nuntiandum vobis fuit, Fratres Chariſſimi, quod pertineat & ad communem lætitiam, & ad Eccleſiæ noſtræ maximam gloriam. Nam admonitos nos & inſtructos ſciatis dignatione divinâ, ut Numicidus preſbyter aſcribatur preſbyterorum Carthaginenſium numero, & nobiſcum ſedeat in Clero, luce clariſſimâ Confeſſionis illuſtris, & virtutis ac fidei honore ſublimis; qui hortatu ſuo copioſum Martyrum numerum lapidibus & flammis necatum antè ſe miſit.

*Idem Epiſt. 42.*

Honoris etiam communis memores, & gravitatis ſacerdotalis ac ſanctitatis reſpectum tenentes, ea quæ ex diverſo in librum ad nos tranſmiſſum congeſta fuerant acerbationibus criminoſis reſpuimus; conſiderantes pariter & ponderantes, quòd in tanto Fratrum religioſoque Conventu, conſidentibus Dei ſacerdotibus & altari poſito, nec legi debeant, nec audiri.

*Concilium Eliberitanum can. 21.*

Si quis in Civitate poſitus, tres dominicas ad Eccleſiam non acceſſerit, pauco tempore abſtineat, ut correptus eſſe videatur.

*Concilium Gangrenſe Canone 5.*

Si quis docet domum Dei contemptibilem eſſe, & conventus, qui in eâ celebrantur, anathema ſit.

*Idem C. can. 6.*

Si quis extrà Eccleſiam ſeorsùm Conventus celebrat, & deſpiciens Eccleſiam, ea quæ ſunt Eccleſiæ voluerit uſurpare, non conveniente presbytero, juxtà decretum Epiſcopi, anathema ſit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Idem C. can. 7.*

Si quis oblationes Eccleſiæ extravè Eccleſiam accipere, vel dare voluerit præter conſcientiam Epiſcopi, vel ejus, cui hujuſmodi officia commiſſa ſunt nec cum ejus voluerit agere conſilio, anathema ſit.

*Concilium Laodicenum can. 19.*

Quod oporteat ſeorsùm primùm, poſt allocutiones Apoſtolorum, orationem ſuper cathecumenos celebrari, & poſtquam cathecumeni egreſſi fuerint, ſuper eos qui ſunt in pœnitentiâ, precem fieri. His etiam accedentibus ad manum ſacerdotis, & diſcedentibus, tres orationes conſummari fidelium: ità ut prima quidem ſub ſilentio, ſecunda verò & tertia per exclamationes ſolitas expleantur, & ità demùm pacem ſibi invicem dabunt. Et poſteàquam dederit Epiſcopus preſbyteris oſculum pacis, tunc Laïci ſibi tribuunt. E ità ſancta celebrabitur oblatio. Solis autem miniſterio ſacro deditis ad altare ingredi, & communicare ibidem liceat.

*Concilium Sardicenſe can. 14.*

Oſius Epiſcopus dixit: & hoc quoque ſtatuere debetis, ut ex aliâ civitate cùm venerit ad aliam civitatem, vel ex Provinciâ ſuâ ad aliam Provinciam, & ambitioni magis quàm devotioni ſerviens voluerit in alienâ civitate multo tempore reſidere Fortè enim evenit Epiſcopum loci non eſſe tàm inſtructum, neque tàm doctum. Is verò, qui advenit, incipiat contemnere eum, & frequenter facere ſermonem, ut dehoneſtet, & infirmet illius perſonam: ità ut ex hâc occaſione non dubitet relinquere adſignatam ſibi Eccleſiam, & tranſeat ad alienam. Definite ergò tempus, quia & non recipi Epiſcopum inhumanum eſt, & ſi diutiùs reſideat, perniciosum eſt: hoc ergò ne fiat, providendum eſt. Memini autem ſuperiori Concilio fratres noſtros conſtituiſſe: ut ſi quis Laïcus in eâ, in quâ commoratur civitate, tres Dominicos dies, id eſt, per tres ſeptimanas, non celebraſſet Conventum, Communione privaretur. Si hæc circà Laïcos conſtituta ſunt, multò magis Epiſcopo nec licet, nec decet: ſi nulla ſit tàm gravis neceſſitas, quæ detineat, ut ampliùs à ſuprà ſcripto tempore abſens ſit ab Eccleſiâ ſuâ univerſi dixerunt placere ſibi.

*Innocentius primus Epiſt. 1.*

De fermento, quod die dominicâ per titulos mittimus, ſuperfluè nos conſulere voluiſti, cùm omnes Eccleſiæ noſtræ intrà civitatem ſint conſtitutæ, quarum preſbyteri, quia die ipsâ propter plebem ſibi creditam nobiſcum convenire non poſſunt, idcircò fermentum à nobis confectum per Acolythos accipiunt, ut ſe à noſtrâ Communione maximâ illâ die non judicent ſeparatos, quod per Parochias fieri debere non puto, quia non longè portanda ſunt Sacramenta, nec nos per Cœmeteria diverſa conſtitutis preſbyteris deſtinamus, & preſbyteri eorum conficiendorum jus habeant, atque licentiam.

*Athanaſius Apologiâ* 1. *ad Imperat. Conſtantium.*

Ego autem obtrectatorem meum libens iterùm interrogarem, utrobinam verum erat populum ſuis orationibus vacare, in deſertis ne, an in oratorio, nondùm ad plenum exædificato? ubi conveniens erat & ſanctum, ut popu-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lus audiret hanc acclamationem, Amen: in ſolitudine, an in templo, quod jam Dominicum appellabatur? tu autem Religioſiſſime Imperator, ubinam malles populum manus extendere, & pro te orare, ibine, ubi ethnici oberrabant, an in loco tuum nomen titulumque præ ſe ferente, quem jam in præſentiâ, imò etiam tùm temporis, quùm prima fundamenta jacerentur, Dominicum univerſi appellitabant? ſentio tibi tuum locum magis probari, renitendo enim hoc ipſum ſignificas. At hoc ipſum (inquit adverſarius) in Eccleſijs faciendum erat: verùm omnes, ut dixi, parvæ nimis & anguſtæ erant, pro tantâ multitudine populorum; deinde preces faciendæ erant. Quid ergò rectiùs putas particulatim, & diſſociatim, unà cum periculo eliſionis populum ſynaxes facere, an potiùs ut in locum omnium benè capacem conveniat, & unam eandemque ſine diſſonantiâ vocem reddat? certè id rectius eſt, cùm id concordiam unanimis multitudinis oſtendat, & Deum ad exaudiendum promptiorem habeat. Nam ſi pro ipſius Salvatoris pacto in conſenſu duorum, quodcumque petierint, fiet, quid igitur futurum, ubi ex tot tantiſque populis in unum congregatis, una vox reſpondeatur acclamantium, Amen? quis hoc ipſum non admiratione proſequatur: aut non inter fœlicia prædicet? quùm videat tantam multitudinem in unum locum convenire? quid gaudij ibi ex mutuo invicem conſpectu anteà ſoliti in adverſa loca diſpertiri.

*Idem Athanaſ. in Apologiâ de fugâ ſuâ.*

Non erat, multique ex populo ad proximam ſynaxim in orationibus pervigilabant, quùm dux exercitûs Syrianus ingeſſit ſe pluribus quàm quinque millibus, quorum alij arma, alij ſtrictos enſes geſtabant, alij arcus, jacula, fuſtes, quemadmodum priùs dictum eſt, & Eccleſiam militibus propè inter ſe conſertis manibus, ne quiſpiam inde exiret, aut elaberetur, cinxit. Ego autem, quùm in tantâ tribulatione populos deſerere abſurdum putarem, & rectius eſſe, ut pro alijs pericula ſuſciperem, manebam ſedens in cathedrâ meâ, Diacono juſſo, ut pſalmum recitaret: Quoniam in ſæculum miſericordia ejus: & poſt recitationem, quiſque domum abiret. Vbi cùm dux iſtarum cohortium, vi in templum irruiſſet, militeſque ſacrarium ad me intercipiendum obſiderent, quotquot ex clero populove reſidui erant, clamitare, obſecrare, ut me ſubducerem: ego contrà, niſi omnibus ad unum digreſſis, me receſſurum pernegabam, quapropter relictâ cathedrâ, injunctiſque precibus obſecrabam, ut abitum maturarent: melius enim eſſe, ſi ipſe in periculum venirem, quàm ſi quiſpiam illorum acciperet. Digreſſis igitur pleriſque, cæteriſque eos ſubſequentibus, Monachi mei, & nonnulli ex Clericis inter abeundum me ſecum abſtraxerunt.

*Concilium Agathenſe can. 47.*

Miſſas die Dominico à ſæcularibus totas teneri ſpeciali ordinatione præcipimus: ita ut antè benedictionem ſacerdotis egredi populus non præſumat. qui ſi fecerint, ab Epiſcopo publicè confundantur.

*Concilium Aurelianenſe 3. can. 29. ann. 538.*

De Miſſis nullus Laïcorum antè diſcedat, quàm Dominica dicatur oratio:

& ſi Epiſcopus præſens fuerit, ejus benedictio expectetur. Sacrificia verò matutina Miſſarum, ſive veſpertina, ne quis cum armis pertinentibus ad bellorum uſum ſpectet. Quod qui fecerit, in ſacerdotis poteſtate conſiſtat, qualiter ejus diſtrictione debeat caſtigari.

*Carolus Magnus de Parochianis alterius presbyteri, lib. 1. cap. 153.*

Vt nullus presbyter alterius Parochianum, niſi in itinere fuerit, vel placitum ibi habuerit, ad Miſſam recipiat.

*Idem, de Parochiâ alterius presbyteri, lib. 1. cap. 154.*

Vt nullus presbyter in alterius Parochiâ Miſſam cantare præſumat, niſi in itinere fuerit, nec decimam ad alterum pertinentem audeat recipere.

*Idem, lib. 1. cap. 155.*

Vt terminum habeat unaquæque Eccleſia de quibus villis decimas recipiat.

*Idem, lib. 1. cap. 160.*

Vt unuſquiſque presbyter capitula habeat de majoribus vel de minoribus vitijs, per quæ cognoſcere valeat vel prædicare ſubditis ſuis, ut caveant ab inſidijs diaboli.

*Theodulphus. Vt diebus Dominicis populus per Miſſas peculiares à publicis non abſtrahatur, cap. 45.*

Vt Miſſæ quæ per dies Dominicos peculiares à ſacerdotibus fiunt, non ità in publico fiant, ut per eas populus à publicis Miſſarum ſolemnibus, quæ horâ tertiâ canonicè fiunt, abſtrahatur: quia peſſimus uſus eſt apud quoſdam, qui in diebus Dominicis, ſive in quibuſlibet feſtivitatibus, mox ubi Miſſam celebrari, etiamſi pro defunctis ſit, audierint, abſcedunt, ut per totum diem à primo mane ebrietati & comeſſationi potiùs quàm Deo deſerviant.

*Idem. Vt omnes ad Matrem Eccleſiam Miſſarum ſolemnia & Prædicatorem audituri conveniant, neque antè peractum Officium cibum capiant, cap. 46.*

Admonendus eſt populus, ut antè publicum peractum Officium ad cibum non accedat, & omnes ad ſanctam Matrem Eccleſiam Miſſarum ſolemnia, & prædicationem audituri conveniant, & ſacerdotes per oratoria nequaquam Miſſas niſi tàm cautè antè ſecundam horam celebrent, ut populus à publicis ſolemnitatibus non abſtrahatur. Sed ſive ſacerdotes, qui in circuitu urbis, aut in eâdem urbe ſunt, ſive populus, ut prædiximus, in unum ad publicam Miſſarum celebrationem conveniant, exceptis Deo ſacratis fœminis, quibus mos eſt ad publicam non egredi, ſed Clauſtris Monaſterij contineri.

*Concilium Pariſienſe, cap. 47.*

Conſuetudines ad quorumdam libitum repertæ, licet contrà auctoritatem Eccleſiaſticam exiſtant, non facilè tamen correctionem accipiunt: è quibus eſt illud, quòd plerique Preſbyteri, neglectis Baſilicis Deo dicatis, in domibus & hortis Miſſarum celebrationes, contrà divinam auctoritatem & Canonicam inſtitutionem facere præſumunt. Et hoc ſimiliter ad Epiſcoporum culpam pertinere perſpicuum eſt. Proindè neceſſe eſt, ut unuſquiſque Epiſcoporum hujuſcemodi temerariam conſuetudinem à Parochiâ ſuâ penitùs amoveat. Et ſi quis Preſbyterorum abhinc, excepto quandò in itinere pergitur, & locus Baſilicæ procul eſt, & id in altaribus ab Epiſcopo conſecra-

tis fieri neceſſitas compellit, ne populus de ſine Miſſarum celebratione, & corporis & ſanguinis Dominici perceptione maneat, Miſſarum celebrationes in hujuſcemodi illicitis locis, poſt tot tantaſque prohibitiones facere attentaverit, dignum eſt ut gradûs ſui periculum incurrat. Laïcos namque pleroſque meminiſſe oportet pœnæ regis Oziæ, qui pro eo, quod contrà fas Sacerdotale miniſterium arripuit, lepræ immunditiâ illicò mulctari meruit. Et diligenter perpendant, non eſſe ſui officij, ut relictis Baſilicis Deo dicatis, & Epiſcopali auctoritate contemptâ, ad libitum ſuum in hortis & domibus vel certè ædiculis, quas juxtà domos ſuas conſtruunt, & palliis exornant, in quibus altaria erigi faciunt, Miſſarum celebrationes Preſbyteros facere compellant. Satiùs igitur illis eſt, Miſſam non audire, quàm eam, ubi non licet, nec oportet, audire. Sed & Preſbyteri (ſi tamen Preſbyteri vocandi ſunt) qui inconſultis Epiſcopis ſuis altaria in talibus locis erigere præſumunt, juxtà cenſuram canonicam gradûs ſui periculum incurrere merentur. Recenti quippe tempore de celebrandis in talibus locis miſſis, emerſit contrà authoritatem Eccleſiaſticam hæc (ut quibuſdam videtur) religioſa conſuetudo: quæ, quia apertè Eccleſiaſticæ antiquæ traditioni videtur reniti, non debet novâ adinventione, & qualibet pertinaci intentione defendi Quandò enim in itinere pergitur, non induſtria, ſed neceſſitas alicubi, quam in Eccleſiâ, Miſſarum celebrationem fieri urget: quandò verò in domibus & hortis aſque præmiſſâ neceſſitate fit, apertè humana præſumptio & præcepto divino, & authoritati Canonicæ contraïrè comprobatur. Vbi autem Deo Sacrificium offerendum ſit, lex divina docet, Domino docente: non offeras holocauſtum tuum in omni loco, ſed in loco quem elegit Dominus Deus tuus, ibi offeras holocauſtum tuum. Et in Concilio legitur: non oportet, inquit, in domibus oblationes fieri. Quandò ergò quod Dominus prohibet facere, humana præſumptio non metuit, procul dubio præceptum Dei tranſgredi non pertimeſcit. Quapropter neceſſe eſt, ut conſuetudines pravæ poſtponantur, & juſſionibus divinis obtemperando, Eccleſiaſtica auctoritas amplectatur.

*Ex Capitulis Herardi Archiepiſcopi Turonenſis. can. 2*.

Vt nullus Preſbyter alterius Parœcianum, niſi in itinere fuerit, vel placitum ibi habuerit, abſque licentiâ ſui Preſbyteri ad Miſſam recipiat, vel ſollicitare præſumat.

*Idem, can. 53.*

Vt populùs prædicetur, ut oblationes Deo offerant, & ut tertiâ Dominicâ vel quartâ communicent, abſtinentes ſe à luxuriâ propriiſque uxoribus, & reliquis illicitis: niſi fortè criminalibus culpis ſint impliciti.

*Concilium Namnetenſe, can. 1.*

Vt Dominicis & feſtis diebus Preſbyteri, antequam Miſſas celebrent, plebem interrogent, ſi alterius Parochianus in Eccleſiâ ſit, qui proprio contempto Preſbytero, ibi Miſſam velit audire. Quem ſi invenerint, ſtatim ab Eccleſiâ ejiciant, & ad ſuam Parochiam redire compellant. Similiter interrogent, ſi aliqui diſcordantes ſint, qui inter ſe litem implacabilem habeant,

& ſi inventi fuerint, ſtatim reconcilientur. Quòd ſi renuerint pacem ſuſcipere, ab Eccleſiâ ejiciantur, uſquequò ad caritatem redeant. Non enim poſſumus munus vel oblationem ad altare offerre, donec priùs fratri reconciliemur. His ità peractis, Sacerdotes Miſſarum ſolemnia ritè peragant.

*Idem Concil. can. 2.*

Vt nullus Preſbyter alteriùs Parrochianum, niſi in itinere fuerit, vel placitum ibi habuerit, ad Miſſam recipiat.

*Lib. 2. Decretorum Sancti Stephani Regis Hungariæ ad annum 1045. cap. 8.*

A Sacerdotibus verò & Comitibus commendatur omnibus villicis, ità ut ipſorum viſu omnes concurrant die Dominicâ ad Eccleſiam majores & minores, viri & mulieres, exceptis illis qui ignes cuſtodiant. Si quis verò obſtinatus remanebit propter illorum negligentiam vapulent & depilentur.

*Odoricus Raynaldus refert ad annum 1273. Epiſtolam Epiſcopi Omolucenſis ad Gregorium decimum, de rebus examinandis in Concilio Lugdunenſi, in quâ hæc habes.*

Sunt alia verò, in quibus Clerum & Eccleſias ſeculares, conventuales, ſeu Parochiales adeò contingit offendi, quod ſedem Apoſtolicam ab hujuſmodi filiabus jam non oporteat expectare quod creſcant: cùm eos quotidie in rebus & juribus minui, & decreſcere videamus. Illa enim oſtenſio, quæ per Dominum in Evangelio, & per Moyſen in veteri Teſtamento Leproſorum Sacerdotibus debebatur, per quam peccantium Confeſſio intelligitur, eſt de medio ſublata: prædicationis verbum, quod eis in commiſſo ſibi populo competebat audiri, contemnitur ab eiſdem: ipſas conventuales & Parochiales Eccleſias in diebus Dominicis & feſtivis non contingit à populo frequentari; & hoc maximè in civitatibus & oppidis, ubi prædicatores & Minores domicilia ſua habent.

Solent enim dicti fratres primo diluculo dicere Miſſas uſque ad horam tertiam, non ceſſando: præter unam autem, quam dicunt ſolenniter in conventu, legendo breviter continuant plures Miſſas: & quoniam gaudent brevitati moderni, populus quærit potius Miſſas illas, conventualibus & Parochialibus Eccleſijs prætermiſſis. Conſueverunt etiam dictis Miſſis fratres detinere populum per ſermonem, quare alias Eccleſias non viſitant, ut deberent. Conſueverunt etiam dare indulgentiam duorum, trium, quatuor, decem, plurium annorum in diebus ſolemnitatum ſuarum & per octavas earum.

*Ex conſtitutionibus Galonis Cardinalis, anno 1240.*

Præcipitur quod Preſbyteri Parochianos ſuos, qui tribus Dominicis continuis ſe ab Eccleſiâ abſentaverint ſine cauſâ juſtâ & neceſſariâ, interdicant & ad Epiſcopum mittant interdictis.

*Guillielmus Andegav. Epiſc. in Synod. 1314.*

Sanè ſolent pleriſque concedi, quæ tunc fore utilia pro ſalute hominum videbantur, quæ demùm tendere reperiuntur ad noxam, propter quod ea temperare & emendare ſtuduimus in præſenti. Multas enim literas pluribus

perſonis nobilibus & alijs, tàm à prædeceſſoribus noſtris quàm à nobis conceſſas didicimus, quarum auctoritate quibuſcunque diebus Miſſas & alia divina officia poſſent in ſuis domibus facere celebrari: & eo prætextu nedum Parochialibus in juribus earum grandia incommoda imminere noſcantur, ſed etiam in alijs quæ pereunt, pericula animarum: quia morum informatio non metitur, cùm ſermo divinus populo ſeminatur in Eccleſijs Parochialibus, qui abſentibus & non audientibus fructuoſus eſſe non poteſt: ordinatio Eccleſiæ ignoratur, quæ ignorantia omnes ligat. Cùm feſta quæ colenda ſunt in honorem Dei, & Sanctorum, & eorum jejunia publicè ſolent indici, non ſervantur propter ignorantiam ab eiſdem, vel eorum familiâ, qui diſpenſativè ad Parochialem Eccleſiam venire non tenentur, & cum excommunicatis participare non verentur, qui ab alijs evitantur, qui mandatorum executionem noverint; propter quæ & multa alia quæ ad tales gratias modificandas nos inducunt, ſub hac præſenti Synodo S. Lucæ, ſtatuimus quòd nullus de cætero auctoritate talium librorum talem gratiam tàm generalem & tàm latam continentium diebus Dominicis & feſtis novem lectionum Miſſas & alia divina officia in ſuis domibus vel oratorijs faciant celebrari: & hoc ſub pœnâ excommunicationis, quam in contrarium venientes poſt menſem, ne fortè aliqui prætextu ignorantiæ ſe excuſent, ipſo facto volumus incurſuros, & domos ſeu oratoria ſupponi ipſo facto Eccleſiaſtico interdicto. Statutum autem hujuſmodi ad capellas ad matricem Eccleſiam pertinentes trahi non volumus vel extendi.

*Statutum Hugonis Epiſcopi Pariſienſis ann. 1326.*

Hugo permiſſione divinâ Pariſienſis Epiſcopus, univerſis & ſingulis Decanis, Subdecanis, Curatis, Vicarijs, & alijs Eccleſiarum Rectoribus in noſtris Civitate & Diœceſi Pariſienſi conſtitutis ad quos præſentes pervenerint, ſalutem in Domino ſempiternam. Paſtoralis nobis ſuperno commiſſi munere gregis cura nos aſſiduò ſollicitat meditationibus ut quantùm nobis ex alto permittitur ſubditorum ſaluti providere: eorumque damnabilibus incurijs, defectibus & negligentijs occurrere ſalubriter ſtudeamus, efficacibus monitis & mandatis ſanè frequens & veridica nobis innotuit relatio, quod nonnulli noſtrarum Civitatis & Diœceſis Pariſienſis tàm Clerici quàm Laïci, nobiles & ignobiles, contrà jus & tenorem Eccleſiaſticum, quidam per contemptum, alij per negligentiam, nonnulli per incuriam vel rerum occupationem ſæcularium, ſive quarumdam gratiarum prætextu, à nobis vel à prædeceſſoribus noſtris ex causâ quibuſdam factarum, qui in oratorijs ſuis, coràm ipſis & eorum uxoribus & familiâ Miſſas poſſunt facere celebrari, jure Parochiali in omnibus tamen ſalvo, ad Eccleſias ſuas Parochiales maximè diebus Dominicis, & feſtivis ſolemnibus venire non curant, immò vilipendunt, non attendentes, immò ſcire contemptibiliter negligentes quod per ſacras utriuſque tàm teſtamenti, quàm juris paginæ ſanctiones; quod in domo Dei quam decet ſanctitudo? quamvis vota de die in diem reddere, tamen ſpectatiùs ſolemnitatibus & ſabbatis quæ ſub lege gratiæ die Dominicâ celebrantur, fideles tenentur populi convenire orationes & oblationes fundere

&

& offerre & Eccleſiæ mandata per Chriſti miniſtrum audire, & ea in corde quaſi in libro ſcribere teneantur. Sed & conſiderare deberent, per illam clauſam indictis gratijs appoſitam, videlicet ſalvo jure Parochiali, & prædeceſſores noſtros illas concedentes gratias jus Eccleſiæ, immò Chriſti, ſed melius eorum in præmiſſis & omnibus alijs intendere fore ſalvum: verùm quoniam ex præmiſſis necdum inobedientia committatur, ſed noſtra & Summi Pontificis mandata, ſanctæque matris Eccleſiæ, citationes, monitiones, & excommunicationes, nuntiationes, inhibitiones & alia ignorantur, negliguntur. Decus & jura Eccleſiæ in oblationibus, & alijs minuuntur? excommunicati, cum decet, non vitantur; excreſcit in indevotione populus, pullulant hæreſes; infinita animarum pericula generantur, & ſcandala pullulaſcunt. Propter quod nos prædicta cupientes deſiderabiliter in melius reformari, *mandamus vobis & veſtrum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ*, quatenus ſingulis diebus Dominicis & feſtivis ſolennibus, altâ voce & intelligibili efficaciter inducatis & ſpecialiter moneatis firmiter & diſtrictè ſub pœnâ excommunicationis omnes Parochianos veſtros quatenus de cætero, juſto impedimento ceſſante, ſingulis diebus Dominicis & feſtivis duplicibus de qualibet domo ſaltem Dominus & ejus uxor ſi ſit uxoratus, in Eccleſijs ſuis Parochialibus ad Miſſam Parochialem conveniant, & devotè quandiu celebrabitur Miſſa remaneant, divinum officium, verbum Dei cum ibidem proponetur, & mandata Eccleſiæ audituri, & eiſdem efficaciter parituri. Sciturí firmiter quod contra inobedientes aliæ per debitæ actionis acrimoniam procedemus. Referentes ſeu deſcribentes nobis ſeu Officiali noſtro, nomine illorum Parochianorum veſtrorum qui prædicta mandata contempſerint adimplere. Tamen noſtræ intentionis extitit prædictum mandatum ad illos, qui Excellentiſſimi & Potentiſſimi Principis Domini noſtri Philippi Dei Gratiâ Francorum Regis Illuſtris, obſequijs inſiſtunt, vel officijs, non extendi. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus litteris duximus apponendum. Datum anno Domini milleſimo treceenteſimo vigeſimo ſexto, poſt dominicam quâ canitur, Miſericordia Domini.

*Ex ſtatutis Synodalibus Eccleſiæ Rothomagenſis, ann. 1344.*

Præcipimus quod quilibet Sacerdos die Dominicâ Parochianos ſuos ad bonum hortetur, & doceat eos fidem & cognoſcere mortalia peccata. Paulò inferius. Item quod quilibet in Parochiâ ſuâ ſcripta nomina habeat Parochianorum ſuorum: ut cognoſcat extraneos àb ipſis. Item quolibet die Dominico quærant ſi ſint Parochiani extranei inter ſuos & ante Miſſæ ingreſſum ejiciant extraneos diebus prædictis, niſi ſint aliquæ notæ perſonæ tranſeuntes. Item qui nullos habent Parochianos nullos recipient diebus ſolennibus prædictis. Item Parochianus exiſtens in Parochiâ, ſi tribus diebus Dominicis continuis ad Miſſam non venerit, excommunicetur. Et ſic frequenter in Eccleſijs publicetur.

Item inquirat ſpecialiter à pœnitentibus Parochianis ſi venerint diebus Dominicis & feſtivis ad ſuam Matrem Eccleſiam Parochialem, cum ad hoc teneantur tàm de jure divino quàm humano, tàm naturali quàm poſitivo



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& quod non ſint deterioris devotionis quàm Iudæi, & Sarraceni, qui in ſuis ſolennitatibus ſabbatinis, in ſuis conveniunt Synagogis. Quod ſi non venerint, prout tenentur, ipſam taliter in proſperitate contemnendo; debent meritò formidare ne ipſa ſua Parochialis Eccleſia ipſos, vel ſuos liberos deſpiciat in adverſitate, utpote in ſuis infirmitatibus vel in morte. Inferius art. 8.

Item inquiratur diligenter ſi anno præterito fuerint in ſuâ Parochiâ confeſſi; & ſi alibi ex cauſâ, utrum hoc notificaverint curato: & ſi receperint corpus Chriſti. Et utrum alibi quam in ſuâ Parochiali Eccleſiâ. Quod ſi abſque licentiâ Curati fecerint; non abſolvant eos confeſſores, ſed remittant.

Item inquiratur ſi in aliquo impediuntur jura Eccleſiæ ſuæ Parochialis vel publicè vel occultè; & denuncietur eis pœna contra tales.

*Ex Synodo Aymerici Pictav. Epiſc. 1367.*

Prohibemus ne in prioratibus eleemoſynarum, vel capellis, diebus Dominicis & feſtivis annalibus Miſſæ celebrentur, niſi quis coram infirmis voluerit celebrare, donec in Eccleſijs Parochialibus Miſſa prius fuerit celebrata: dum tamen ita tempeſtivè celebretur, quòd in ipſis Prioratibus & Capellis idoneè poſt modum valeat celebrare.

*Ex eadem Synod.*

Item ſub pœna excommunicationis prohibemus ne diebus Dominicis in Capellis, Prioratibus, aut alijs Eccleſijs, aliqui Parochiani ad Miſſarum ſolemniâ admittantur, cùm debeant ad ſuam Matrem Eccleſiam qualibet die Dominicâ accedere, exceptis religioſis, tranſeuntibus & peregrinis.

*Ioan. d'Amboiſe Lingon. Epiſc. in Synod. 1491.*

Quia multas querelas à Curatis, & eorum Vicarijs noſtræ Diœceſis hactenus Officiariis noſtris frequenter factas fuiſſe ſuper perturbatione eis illatâ propter nonnullos Presbyteros notos & ignotos, quo ad celebrationem Miſſarum in ſuis Eccleſijs cognovimus, potiſſimè diebus Dominicis, & ſolemnibus Parochianorum ſuorum devotionis diminutionem, juriumque ipſorum Curatorum ſeu Vicariorum ſubſtractionem, & attenuationem, præſenti ſtatuto perpetuo inhibemus omnibus & ſingulis Preſbyteris in Diœceſi noſtrâ conſtitutis, ac alijs ſupervenientibus & extraneis quibuſcùmque, ne de cætero diebus Dominicis & ſolennibus ante Miſſæ Parochialis celebrationem, potiſſimè antequam præcepta illis diebus fieri ſolita facta fuerint, & offertoria finita, Miſſas peculiares, aut eorum devotionem in dictis Eccleſijs Parochialibus dicere aut celebrare præſumant, abſque Curatorum ſeu Vicariorum licentiâ petitâ & obtentâ: Cùm ſecundum canonicas ſanctiones, nulli liceat Miſſas peculiares ſeu privatas dicere, per quas populus à quatuor publicis Miſſis ſolennibus, quæ horâ debitâ fieri conſueverunt, detrahatur: niſi tamen à caſu aliquæ nobiles, ſpectabiles, aut egregiæ perſonæ ibidem ſupervenerint, propter quarum reverentiam, honorem, ſeu dignitatem, meritò hoc tolerari debeat.

*Ex Synod. Senon. 1524.*

Omnibus Eccleſiarum Parochialium Rectoribus præcipimus, quatenùs

ſuos moneant Parochianos ac exhortentur, ſuam ſingulis diebus Dominicis viſitare Parochiam: ibique Miſſam Parochialem integraliter & devotè audire, & prono aſſiſtere: ut ſic excommunicatorum denuntiationes (quas prædictis ſingulis diebus Dominicis fieri præcipimus) feſtorum & jejuniorum ab Eccleſiâ indictorum, ac præceptorum Eccleſiaſticorum publicationes audiant, & ad ea diligenter advertant. Quòd ſi aliqui legitimo ceſſante impedimento, tribus diebus Dominicis continuis prædictam ſuam Parochialem Eccleſiam viſitare ceſſaverint, Promotoribus noſtris denuncient. Quibus injungimus ut tales ex officio coràm Officiarijs noſtris evocent, pœnam debitam, proüt delicti exegerit qualitas, recepturos.

*Ex Concil. Senon. ſub Ant. à Prato 1528.*

Item ne populus diſtrahatur à Miſsâ Parochiali, & ab auditione mandatorum Dei & Eccleſiæ: prohibemus ne in Capellis ab antiquo etiam Epiſcoporum auctoritate fundatis, aliæ Miſſæ celebrentur: quàm illæ quæ de fundatione extiterint. Et ſi quæ ſint Miſſæ, quæ ex tenore fundationis dici debeant die Dominico: non dicantur niſi poſt Miſſam Parochialem.

*Ex eodem Concil.*

Admonemus inſuper ſuffraganeos noſtros, ut ex cauſis præmiſſis, & præſertim hoc tempore, quo videmus multos adduci ad contemptum præceptorum Eccleſiæ, & miniſtrorum ejuſdem: non facilè admittant fundationes Capellarum, quibus ordinatur celebratio Miſſæ Dominico die, eâ potiſſimum horâ, quâ populus univerſus convenire debet ad audienda divina, præceptáque Dei & Eccleſiæ.

Et ut magis ac magis tollatur occaſio celebrandi Miſſas in locis ac Oratorijs privatis: injungitur ſuffraganeis noſtris, ut non ſint faciles ad conſecranda altaria portatilia. Sed tunc demum ad ea conſecranda accedant: cùm intellexerint ea eſſe requiſita pro Eccleſijs aut alijs locis in quibus licitè celebratur. Et per ſuos Decanos Rurales, aliòſve Officiarios provideant: ne prædicta altaria portatilia retineantur in domibus privatorum.

*Ex Synod. Carnot. 1526.*

Ne populus diſtrahatur à Miſsâ Parochiali, & ab auditione mandatorum Dei, & Eccleſiæ: prohibemus ne in Capellis, etiam ab antiquo prædeceſſorum noſtrorum auctoritate fundatis, leproſarijs, vel domibus Dei Campanis pulſatis Miſſæ dicantur publicè die Dominico, aut feſtivo, antè magnam Miſſam Parochialem, niſi poſt Pronum ejuſdem Miſſæ Parochialis. Non tamen intendimus in hoc comprehendere eos, qui in ſecreto, excluſo populo Parochiali, celebrare voluerint. Volumus ut ſacerdotales Parochiales citent Capellanos, quos invenerint in hoc tranſgreſſores, ſuper contemptu & inobedientiâ reſponſuros coràm nobis ſeu Officiali noſtro: cauſam tamen in relatione ſuâ exprimant.

*Ex Synod. Carnot. 1526.*

Quilibet Chriſtianus Parochialem Miſſam audiat die Dominicâ in ſuâ Parochiâ. Quod ſi quis ſine causâ per tres dies Dominicos immediatè ſequentes Miſſam in ſuâ Parochiâ non audierit, hoc nobis ſeu curiæ noſtræ nuncietur.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Ex Synod. Pariſ. 1557.*

Singulis Dominicis diebus Parochi aut eorum Vicarij Parochianos ſuos moneant & exhortentur, ut legitimo ceſſante impedimento Miſſam Parochialem, tàm Dominicis, quàm alijs diebus feſtis devotè audiant, quòd ſi tribus Dominicis continuis eam audire omiſerint, eos noſtro Promotori denuntient debitam pœnam recepturos.

*Concilium Tridentinum ſeſſ. 22. in decreto de obſervandis & evitandis in celebratione Miſſæ.*

Moneànt etiam (Epiſcopi) populum ut frequenter ad ſuas Parochias ſaltem diebus Dominicis & majoribus feſtis accedant.

*Idem Concil. ſeſſ. 24. cap. 4.*

Moneàtque Epiſcopus populum diligenter, teneri unumquemque Parochiæ ſuæ intereſſe ubi id commodè fieri poteſt ad audiendum verbum Dei.

*Idem Concil ſeſſ. 24. cap. 7.*

Necnon [ Epiſcopi curabunt ] ut inter Miſſarum ſolemnia, aut divinorum celebrationem ſacra eloquia & ſalutis monita eadem, vernaculâ linguâ ſingulis diebus feſtis vel ſolemnibus explanent, eadémque in omnium cordibus poſtpoſitis inutilibus quæſtionibus inſerere, atque eos in lege Domini erudire ſtudeant.

*Ex Concil. Burdigal. 1582.*

Vetus illud decretum identidem Parochi denuntient, quo propoſitâ excommunicationis pœnâ, præcipitur, ne quis tribus continuis Dominicis à Parochialis Miſſæ celebratione abſit: quod ut accuratiùs adhuc obſervetur, ſciſcitentur Confeſſarij à pœnitentibus, an huic officio ſatisfecerint, & peccati gravitatem, ut ab eo inpoſterùm arceantur, ipſis proponant.

*Ex Synod. Rothomag. 1581.*

Quoniam videmus multos adduci ad præceptorum Eccleſiæ, & Miniſtrorum ejuſdem contemptum, non facilè admittantur fundationes & erectiones Capellarum & fraternitatum in quibus ordinatur celebratio Miſſæ Dominico die, eâ potiſſimùm horâ quâ populus univerſus convenire debet ad audienda divina præcepta Dei & Eccleſiæ. In Miſſis verò charitatum atque aliarum fraternitatum ab antiquo eo die conſtitutarum, nec aqua, nec panis benedicantur: & inter illarum Miſſarum ſolemnia moneatur non eſſe prætermittendas Miſſas Parœciales, propter aſſiſtentiam in eâ Miſsâ, quæ ex devotione & Concilio celebratur: quiſquis verò presbyter in aliâ Miſsâ quàm Parœciali, aquam & panem benedixerit, ſit ſuſpenſus à divinis.

*Ex eadem Synod.*

Ne populus diſtrahatur à Miſsâ Parœciali, & ab auditione mandatorum Dei & Eccleſiæ, optamus ne in Capellis ab antiquo, etiam Epiſcoporum authoritate fundatis, aliæ Miſſæ celebrentur, quàm illæ quæ de fundatione extiterint: & ſi quæ ſint Miſſæ quæ ex tenore fundationis dici debeât die Dominico in Eccleſiâ Parœciali, aut ex devotione, non dicantur, niſi antè aut poſt Miſſam Parœcialem, aut ſaltem poſt Communionem factam. Prohibemus quoque in quibuſdam Eccleſijs, quæ ſimul Collegiatæ ſunt & Parœcia-

les, eâdem horâ cantari Miſſas Canonicorum & Parœcianorum : ſed ſub pœnâ excommunicationis ſtari in his judicio Epiſcopi : nec corpora mortuorum Dominicis inferri inter Miſſarum ſolemnia, ſed ſi fieri poteſt poſt Veſperas ſervari.

## DE REGVLARIBVS PRIVILEGIATIS.

p. 547 Voila comme parle ce ſçavant Canoniſte, des paroles duquel nous tirons trois concluſions ; La premiere, que les Religieux peuvent en vertu du droit étably dans la Clementine, *Dudum*, abſoudre de tous les pechez qui ne ſont point reſervez par le droit ſpecialement à Noſſeigneurs. La ſeconde, qu'il faut toûjours avoir égard au temps de la conceſſion du privilege, c'eſt à dire, que les Religieux ont pouvoir d'abſoudre de tous les pechez, deſquels ils pouvoient abſoudre apres le Concile de Vienne. La troiſiéme, que le Pape n'ayant pas eu égard aux conſtitutions des Eveſques, n'a pas ſoûmis à leurs ordonnances le pouvoir & la grace qu'il fait aux Religieux pour abſoudre les fideles de tous les crimes qui ſont hors le droit. Quinziéme propoſition de Iacques de Vernant.

p. 548. La deffenſe faite aux ſuſdits Religieux dans la Clementine (c'eſt à ſçavoir *Dudum*) d'abſoudre des pechez qui ſont dans le droit reſervez aux Eveſques, eſt une permiſſion d'abſoudre de ceux qui ne ſont point reſervez dans le droit, par exemple de ceux qu'ils reſervent par leurs conſtitutions Synodales.

### *CENSVRA.*

*Doctrina his duabus propoſitionibus contenta, eſt falſa, ordinariæ Epiſcoporum juriſdictioni detrahens, juri communi & praxi Eccleſiæ contraria.*

### CENSVRE.

La Doctrine contenuë dans ces deux propoſitions eſt fauſſe, déroge à la juriſdiction ordinaire des Eveſques, eſt contraire au droit commun & à la pratique de l'Egliſe.

# AVTHORITATE CONCILIORVM, Sanctorum Patrum Eccleſiæ, & veterum Theologorum confirmatur Cenſuræ veritas.

## *Pro decimâ quintâ Propoſitione.*

*Clemens quintus in Concilio Viennenſi cap. 2. De ſepulturis.*

Per hujuſmodi autem conceſſionem nequaquam intendimus perſonis ſeu fratribus ipſis ad id taliter deputatis, poteſtatem in hoc impendere ampliorem, quàm in eo Curatis, vel Parœcialibus ſacerdotibus eſt à jure conceſſa: niſi forsàn eis Eccleſiarum Prælati uberiorem in hâc parte gratiam ſpecialiter duc rent faciendam.

*Clemens quint. in Concilio Viennenſi cap. 1. de privilegijs & exceſſibus privilegiatorum.*

Religioſi, qui Clericis aut Laïcis Sacramentum Vnctionis extremæ vel Euchariſtiæ miniſtrare, Matrimoniave ſolemnizare non habita ſuper his Parœcialis Presbyteri licentiâ ſpeciali, aut qui excommunicatos à Canone, præterquàm in caſibus à jure expreſſis, vel privilegijs Sedis Apoſtolicæ conceſſis eiſdem, vel à ſententijs per ſtatuta Provincialia aut Synodalia promulgatis, ſeu (ut verbis eorum utamur) à pœnâ & culpâ abſolvere quemquam præſumpſerint: excommunicationis incurrant ſententiam ipſo facto per Sedem Apoſtolicam duntaxat abſolvendi, quos etiam locorum ordinarij (poſtquam de hoc eis conſtiterit) excommunicatos faciant publicè nunciari, donec de abſolutione ipſorum eis fuerit facta fides, nullo Religioſis eiſdem ſuper hoc exemptionis, vel alio privilegio ſuffragante.

*Richardus Archiepiſcopus Armachanus primus Hiberniæ in defenſorio Curatorum.*

Dictique Fratres, præſertim ad audiendum Confeſſiones, ut dicitur, deputati, aſſerüerunt & aſſerunt ſe habere tantam ſeu majorem poteſtatem & auctoritatem in Confeſſionibus audiendis, pœnitentijs injungendis, & abſolutionibus impendendis in foro pœnitentiali, quantùm habent Epiſcopi ſive Diœceſani etiam in caſibus eis reſervatis in periculoſam deceptionem animarum, & adeò paſſim & ſine delicto à ſententijs & Cenſuris Eccleſiaſticis quibuſcùmque abſolvunt de facto, quod juriſdictio & Cenſura Eccleſiaſtica & nervus Eccleſiaſticæ diſciplinæ parvi penduntur, & non habentur, ſicut deceret, in reverentiâ & honore neque timore, & ſic fuit ut eſt dictum, habitum & reputatum, ac verum & notorium, ac pro vero & notorio habitum & reputatum palàm & notoriè.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Synodus Carnotenſis anno 1526. titul. 7.*

Item omnibus & ſingulis Preſbyteris noſtræ Diœceſis diſtrictè prohibemus, ne de confeſſis eiſdem caſibus, quorum abſolutionem ſedes Apoſtolica noſtrique prædeceſſores ſibi reſpectivè reſervandam fore ſanxerunt, confitentes abſque noſtrâ ſeu Vicariorum noſtrorum, vel dictæ Sedis Apoſtolicæ ſuper hoc eis conceſsâ auctoritate, abſolvere præſumant. Sed eos potiùs ad nos ſeu noſtrum Pœnitentiarium, propter hoc tranſmittant, niſi tales ſint in mortis articulo conſtituti, ſeu tàm vicino mortis periculo abſque fictione impediti, vel ob morbum, vel ob inimici capitalis, aut itineris periculum, quod nos ſeu noſtrum Pœnitentiarium, Sedemve Apoſtolicam adire non valeant.

*Synodus Auguſtana, anno 1548. cap. 19.*

Poſtremò Preſbyteris noſtræ Diœceſis omnibus præcipimus ne poſthac eos qui ſe in Monaſterijs alijque locis in caſibus Sedis Apoſtolicæ, aut nobis tanquàm ordinario ſpecialiter reſervatis, aut ad contentioſi fori indagationem pertinentibus, abſolutos eſſe prætendunt, tanquàm ritè abſolutos admitant aut tolerent: ſed eos ad nos ſeu Pœnitentiarium noſtrum remittant, ut nobis aut Officialibus noſtris de canonicis eorum abſolutionibus fidem faciant legitimam, ſupérque præmiſſis expeditionem ſalubrem recipiant, & quod vel juſtitia ſuaſerit, vel rationis ordo dictaverit, exequantur, donec hi qui ſe abſolvendi poteſtatem hujuſmodi habere aſſerüerunt, privilegia ſua nobis congruo tutóque loco exhibuerint, eàque à nobis fuerint examinata. Quâ tamen in re mendicantium Ordinum fratribus, eorùmque facultatibus, ipſis à Summis Pontificibus conceſſis, nolumus præjudicari: quin ipſi, tàm ut jure Pontificio cautum eſt, quàm ut à nobis prædeceſſoribúſque noſtris eis conceſſum fuit atque conceditur, Chriſti fidelium confeſſiones audire, & eos in caſibus ſibi ut prefertur, conceſſis in foro pœnitentiali abſolvere, pœnitentiâſque ſalutares injungere valeant & poſſint, quemadmodùm Eccleſiarum Rectoribus noſtræ Diœceſis concedere conſuevimus.

*Concil. Trident. ſeſſ. 14. cap. 7.*

Quoniam igitur natura & ratio judicij illud expoſcit, ut ſententia in ſubditos duntaxat feratur, perſuaſum ſemper in Eccleſiâ Dei fuit, & veriſſimum eſſe Synodus hæc confirmat, nullius momenti abſolutionem eam eſſe debere, quam ſacerdos in eum profert, in quem ordinariam aut ſubdelegatam non habet juriſdictionem. Magnoperè verò ad Chriſtiani populi diſciplinam pertinere, ſanctiſſimis Patribus noſtris viſum eſt, ut atrociora quædam & graviora crimina, non à quibuſvis, ſed à ſummis duntaxat Sacerdotibus, abſolverentur. Vnde meritò Pontifices Max. pro ſupremâ poteſtate ſibi in Eccleſiâ universâ traditâ, cauſas aliquas criminum graviores ſuo potuerunt peculiari judicio reſervare. Neque dubitandum eſt, quando omnia quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt, quin hoc idem Epiſcopis omnibus in ſuâ cuique Diœceſi, in ædificationem tamen, non in deſtructionem, liceat, pro illis in ſubditos traditâ ſuprà reliquos inferiores Sacerdotes auctoritate, præſertim quoad illa, quibus excommunicationis cenſura annexa eſt. Hanc

autem delictorum reſervationem, conſonum eſt divinæ auctoritati, non tantùm in externâ politiâ, ſed etiam coràm Deo vim habere. Verùmtamen piè admodùm, ne hâc ipsâ occaſione, aliquis pereat, in eâdem Eccleſiâ Dei cuſtoditum ſemper fuit, ut nulla ſit reſervatio in articulo mortis: Atque ideò omnes ſacerdotes quoſlibet pœnitentes à quibuſvis peccatis & cenſuris abſolvere poſſunt: extrà quem articulum Sacerdotes cùm nihil poſſint in caſibus reſervatis, id unum pœnitentibus perſuadere nitantur, ut ad ſuperiores, & legitimos judices pro beneficio abſolutionis accedant.

*Concilium Mediolanenſe 3. ſub Gregorio 13. an. 1573.*

Ne Confeſſarij regulares eorum peccatorum, quorum abſolutio Epiſcopo reſervata eſt, vinculis irretitos pœnitentes abſolvant, quemadmodùm à Sede Apoſtolicâ declaratum eſt, id eis non licere quâvis privilegiorum ſuorum auctoritate.

*Concilium Mediolanenſe 5. ſub eodem Gregorio 13. an. 1579.*

Ab ijs verò caſibus proximè promulgatis (id eſt reſervatis) ſi quis Confeſſarius cujuſvis Ordinis ſine facultate ſcripto ab Epiſcopo datâ, aliquem abſolvere attentarit, excommunicationis pœnam ipſo facto ſubeat.

Seiziéme propoſition de Iacques de Vernant.

p. *646.* Le Concile prenant en main la cauſe des fideles & des Religieux, ordonne que les ſuſdits Religieux, ainſi preſentez aux Eveſques, & par eux admis, ou meſme injuſtement refuſez, ſatisfont pleinement au precepte de l'Egliſe qui ſe trouve dans la conſtitution, qui commence, *Omnis utriuſque ſexus.*

p. *647.* Enfin cette Bulle eſt imprimée dans le Concile ſeſſ. 11. elle commence, *Dum intra mentis arcana, &c.* I'adjouſte que Meſſieurs du Clergé de France ont bien jugé qu'elle eſt valable, à cauſe qu'ils l'ont fait imprimer l'an *1636.* & *1646.* Apres cela on ne peut douter, qu'elle ne ſoit admiſe en France.

## CENSVRE.

La Doctrine contenuë dans ces propoſitions, ſelon le ſens que l'Autheur pretend par ces paroles, *ou meſme injuſtement refuſez*, eſt fauſſe, & met les fideles dans le peril de leur ſalut.

## *CENSVRA.*

*Doctrina his propoſitionibus contenta, juxtà ſenſum his verbis*, ou meſme injuſtement refuſez, *ab authore intentum, eſt falſa, & fideles in periculum ſalutis inducens.*

'p. *669.* Des paroles du Saint Pere nous tirons quatre concluſions. La premiere, que Meſſieurs les Curez ne peuvent ſans ſcandale, & ſans offenſer la verité, publier qu'il eſt deffendu aux fideles ſeculiers de ſe confeſſer à Paſques aux Religieux. La ſeconde, que les meſmes Religieux ne ſont point blaſmez de preſcher le contraire, & enſeigner publiquement que ceux qu'ils confeſſent ſatisfont au precepte de la confeſſion, &c. Dix-ſeptiéme propoſition de Iacques de Vernant.

*CENSVRA.*

*Hæc propoſitio quoad primam partem eſt ſcandaloſa & Curatis injurioſa; quantum ad ſecundam, pacis Eccleſiæ perturbativa.*

CENSVRE.

Cette propoſition quant à ſa premiere partie eſt ſcandaleuſe & injurieuſe aux Curez; & quant à la ſeconde, elle trouble la paix de l'Egliſe.

---

## DECLARATIO IX. Cellotij.

Lib. 5. Cap. 24.

*Non debent nec poſſunt Regulares Secularium Confeſſiones audire, niſi approbationem ab Epiſcopo obtinuerint.*

*Aliud quidem dixi, Authores aliquos ſecutus, nunc autem volens ac lubens probo & amplector ſcriptum illud quod anno 1633. die 19. Febr. tùm ex Ordinibus alijs, tùm è Societate noſtra Superiores aliqui, Eminentiſſimo Cardinali Duci Richelio dederunt, nominibus Syngraphiſque ſuis conſignatum, atque inferiùs expreſſum; quod quidem ſcriptum nondum mihi innotuerat cum meos de Hierarchia libros ſcripſi.*

## *LA IX. DECLARATION de Cellot.*

*Livre 5. Chapitre 24.*

Les Reguliers ne doivent & ne peuvent entendre les confeſſions des ſeculiers, s'ils n'ont eſté approuvez par l'Eveſque.

A la verité i'ay dit le contraire, ſuivant en cela quelques Autheurs, mais maintenant de mon bon gré, j'approuve & j'embraſſe l'Ecrit que pluſieurs Superieurs, tant des autres Ordres, que de noſtre Societé, ont preſenté à Monſeigneur l'Eminentiſſime Cardinal Duc de Richelieu, le dix-neuviéme Fevrier l'an 1633. ſigné de leurs mains, cy-deſſous exprimé, lequel écrit n'eſtoit point venu à ma connoiſſance quand j'ay écrit mes Livres de la Hierarchie.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fol. 166. & 167. *Quelques articles preſchez à Beauvais publiquement, par Frere Claude Couſin, de l'Ordre des F. Preſcheurs, &c. condamnez par la Sacrée Faculté, le 2. Iuin* 1516.

3 Propoſition. LEs Freres Preſcheurs preſentez à l'Eveſque, ſoient admis ou non par iceluy, ſont les propres Preſtres & vrays Curez, & ſont à preferer aux Curez Parroiſſiaux: car ils ont leur faculté & inſtitution du Pape par privilege, & les Curez l'ont de l'Eveſque ſeulement.

QVALIFICATION.

Quoy qu'il en ſoit de la premiere partie, à cauſe de l'équivoque de ce terme, *propres,* toutefois la Faculté dit que la propoſition priſe en elle meſme, & quant à toutes ſes autres parties, & quant à la preuve de la derniere partie, dans laquelle il eſt dit, que les Curez Parroiſſiaux ont leur faculté *de l'Eveſque ſeulement*, eſt ſcandaleuſe, erronée en la Foy, détruit l'ordre Hierarchique, & doit eſtre publiquement revoquée pour la conſervation du meſme ordre.

*QVALIFICATIO.*

*Quidquid ſit de primâ parte propter æquivocationem hujus termini,* proprij, *dicit tamen Facultas, quod propoſitio in ſe, & quoad omnes reliquas partes & probationem partis ultimæ, in qua dicitur, quod Curati parochiales habẽt ſuam facultatem* ab Epiſcopo duntaxat, *eſt ſcandaloſa, in fide erronea, Hierarchici ordinis deſtructiva, & pro conſervatione ejuſdem ordinis publicè revocanda.*

4. Propoſition. Leſdits Freres, par privilege, ont puiſſance d'abſoudre de pluſieurs cas, dequoy ne peuvent abſoudre les Curez.

QVALIFICATION.

Cette propoſition doit eſtre eſtimée fauſſe, & contraire au droit commun, & eſt ſcandaleuſe, & partant ne doit nullement eſtre preſchée.

*QVALIFICATIO.*

*Iſta propoſitio cenſenda eſt falſa & juri communi contraria, & eſt ſcandaloſa, & ideò nullatenus prædicanda.*

Ex Cenſura ſacræ Facultatis Theologiæ Pariſienſis latâ in propoſitiones Ioannis Angeli Ordinis Fratrum Minorum, an. 1482. 5. *Fev.*

*Quelques erreurs de Iean Angeli de l'Ordre des Freres Mineurs, & la Cenſure des meſmes erreurs faite par la Sacrée Faculté, le 5. Fevrier 1482.*

*1. art. Fratres Minores, præſentati Epiſcopo & admiſſi, ſunt proprij Sacerdotes & veri Curati, & meliùs quàm Preſbyteri Parochiales, quia facultatem ſuam habent à Summo Pontifice, & dicti Preſbyteri ab Epiſcopo duntaxat.*

1. art. Les Freres Mineurs preſentez à l'Eveſque & admis, ſont les propres Preſtres & vrays Curez, & mieux que les Preſtres Paroiſſiaux, parce qu'ils ont leur faculté du Pape, & les ſuſdits Preſtres l'ont de l'Eveſque ſeulement.

*CENSVRA.*

CENSVRE.

*Quidquid ſit de primâ parte, propter æquivocationem illius termini,* proprij, *dicit tamen Facultas, quod propoſitio in ſe, & quoad omnes reliquas partes & probationem partis ultimæ, in quâ dicitur,* ab Epiſcopo duntaxat; *eſt ſcandaloſa, in fide erroneâ, Hierarchici Ordinis deſtructiva, & pro conſervatione ejuſdem Ordinis, publicè revocanda & abjuranda.*

Quoy qu'il en ſoit de la premiere partie à cauſe de ce terme, *propres*, la Faculté neanmoins dit que la propoſition en elle-meſme & quant à toutes ſes autres parties, & quant à la preuve de la derniere partie dans laquelle il eſt dit (*de l'Eveſque ſeulement*) eſt ſcandaleuſe, erronée en la foy, détruit l'ordre Hierarchique, & pour la conſervation du meſme Ordre doit eſtre publiquement revoquée & abjurée.

*2. art. Parochianus confeſſus dictis Fratribus, ſatisfecit decretali,* Omnis utriuſque ſexûs. de Pœnit. & remiſ. *Nec tenetur confiteri proprio ſuo Curato ſemel in anno, nec ab eo petere licentiam.*

2. art. Vn Parroiſſien qui s'eſt confeſſé auſdits Freres, a ſatisfait à la decretale, *Omnis utriuſque ſexûs. de pœnit. & remiſſ.* Et il n'eſt point obligé de ſe confeſſer une fois l'année à ſon propre Curé, ny de luy demander permiſſion.

*CENSVRA.*

CENSVRE.

*Hæc propoſitio, ut jacet, eſt ſcandaloſa, & juri communi contraria; pro ſubditorum ad Prælatos debitæ obedientiæ & reverentiæ obſer-*

Cette propoſition, comme elle eſt couchée, eſt ſcandaleuſe & contraire au droit commun, & pour conſerver l'honneur, le reſpect & l'obeyſſance que les ſujets

doivent avoir pour leurs Prelats, elle doit eſtre publiquement revoquée.

3. art. Si un Curé refuſe d'adminiſtrer le Sacrement de l'Euchariſtie à un Parroiſſien qui ſe ſera ainſi confeſſé aux meſmes Freres, que ce Parroiſſien vienne au Frere qui l'aura entendu, & il le luy adminiſtrera.

## CENSVRE.

Cette propoſition, dans la forme qu'elle eſt couchée, eſt fauſſe, fort ſuſpecte d'hereſie, contraire au droit commun, & doit eſtre publiquement revoquée.

4. art. Le Curé Paroiſſial ne doit rien recevoir de ſes Parroiſſiens pour la Confeſſion & pour l'adminiſtration des Sacremens, mais il n'en eſt pas de meſme des Mendians.

## CENSVRE.

Cette propoſition eſt contre la diſpoſition expreſſe du droit naturel & divin, & partant fauſſe & notoirement heretique.

5. art. Le Curé qui enſeigne que ſes Parroiſſiens ſont obligez ſous peine de peché mortel de ſe confeſſer une fois l'année à luy, eſt excommunié, & s'il arrive qu'il celebre la Meſſe en cét état, il encourt irregularité.

## CENSVRE.

Cette propoſition eſt fauſſe & injurieuſe.

*vantia publice revocanda.*

*3. art. Si Curatus recuſet Sacramentum Euchariſtiæ miniſtrare Parochiano eiſdem Fratribus ſic confeſſo, veniat ille Parochianus ad Fratrem qui eum audivit, & ipſe ſibi adminiſtrabit.*

## *CENSVRA.*

*Hæc propoſitio, in formâ in quâ jacet, eſt falſa, & de hæreſi vehementer ſuſpecta, juri communi contraria, & publicè revocanda.*

*4. art. Curatus Parochialis nihil debet recipere à Parochianis ſuis pro Confeſſione & Sacramentorum adminiſtratione, ſecùs eſt de Mendicantibus.*

## *CENSVRA.*

*Hæc propoſitio eſt contrà diſpoſitionem juris naturalis & divini expreſſam; ideò falſa & notoriè hæretica.*

*5. art. Curatus aſſerens Parochianos ſuos obligari ut ſibi confiteantur ſemel in anno ſub pœnâ peccati mortalis, eſt excommunicatus, & ſi celebret, irregularitatem incurrit.*

## *CENSVRA.*

*Hæc propoſitio eſt falſa & injurioſa.*

Ex Cenſura Propoſitionum ex Hibernia delatarum. anno 1630. menſe Decemb.

Tit. de Hierarchiâ & Regularibus, Ex cap. 5. §. 2. num. 11.

*IN Eccleſiâ ſub Chriſto vivente in terrâ ſeptuaginta duo Diſcipuli proximi erant Apoſtolis, ideóque qui propriè ſuccedunt ſeptuaginta duobus Diſcipulis, & illis ſimillimi ſunt; ſunt in Eccleſiâ in proximo gradu ad Epiſcopos, qui ſuccedunt loco Apoſtolorum. Hi ſunt Regulares ut S. Thomas probat, &c.* Et paulò poſt, *Regulares ſunt ſimillimi ſeptuaginta duobus Diſcipulis, ac ita propriſſimè ſuccedunt eorum loco, & conſequenter præferendi ſunt illis, quorum labores & munera ſunt ſub juſſu particularis Epiſcopi, & ex ſtatu & vocatione aſſignantur uni parvulæ particulæ particularis Eccleſiæ.*

*CENSVRA.*

*Iſta propoſitio, in quantùm ad miniſteria Eccleſiaſtica Regulares, ratione ſtatus Religioſi, propriſſimè ſeptuaginta duobus Diſcipulis ſuccedere aſſerit, eſt nova, falſa, temeraria, præſumptuosè aſſerta, contrà communem Conciliorum & Patrum doctrinam, & imponit S. Thomæ: in quantùm verò authoritate proximo gradu Regulares Epiſcopis ſubjungit, falſa eſt, temeraria,*

*Quelques propoſitions apportées d'Hibernies l'an 1630. au mois de Decembre, & Cenſurées par la Faculté le 15. Fevrier 1631.*

*Au Titre de la Hierarchie & des Reguliers, du chap. 5. Paragrap. 2. n. 11.*

PEndãt que I. C. vivoit ſur la terre, les ſeptante deux Diſciples eſtoient dans l'Ordre Hierarchique immediatement apres les Apoſtres, & partant ceux qui ſuccedent propremẽt aux ſeptante deux Diſciples, & qui leur ſont tres-ſemblables, ſont ceux qui dans l'Ordre Hierarchique de l'Egliſe ſont immediatement apres les Eveſques leſquels ont ſuccedé à la place des Apoſtres, & ceux là ſont meſme les Reguliers, &c.... *Et un peu apres.* Les Reguliers ſont tres-ſemblables aux ſeptante deux Diſciples, & ainſi ils ſuccedent tres-proprement en leur place, & partant ils doivent eſtre preferez à ceux qui ne travaillent & qui n'ont charge que par le commandement d'un Eueſque particulier, & qui par leur eſtat & par leur vocation ne ſont deſtinez que pour une petite partie d'une Egliſe particuliere,

CENSVRE.

Cette propoſition, entant qu'elle ſoſtient que les Reguliers, à raiſon de leur eſtat Religieux, ſuccedent tres-proprement aux ſeptante deux Diſciples, quant aux Miniſteres Eccleſiaſtiques, eſt nouvelle, fauſſe, temeraire, preſomptueuſement ſoûtenuë contre la doctrine commune & entant qu'elle attribuë aux Reguliers l'authorité, qui, dans l'ordre Hierarchique, ſuit immediatement celle des Eveſques, elle eſt fauſſe, temeraire, er-

ronée, & détruit l'Ordre Hierarchique.

*erronea, & Ordinis Hierarchici deſtructiva.*

---

*L'Acte de revocation faite par Frere Iean Adé Iacobin, touchant quelques erreurs qu'il avoit preſchées, condamnées autrefois par l'Eveſque de Paris & la Faculté de Theologie, &c. le vintiéme Aouſt mil trois cens quatre vint neuf.*

Inſtrumentum revocationis factæ, per Fratrem Ioannem Adæ Iacobitam, de quibuſdam erroribus per ipſum prædicatis, aliàs per Epiſcopum Pariſienſem & Facultatem Theolog. condemnatis, &c. anno 1389. 20. Aug.

ITem, I'ay dit, ſoûtenu, & preſché, que ſi quelqu'un avoit un Curé contre lequel il eut quelque rancune, ou qu'il creut n'eſtre pas propre & ſuffiſant, il pourroit de ſa propre authorité aller en un autre, & qu'il ſeroit bien meilleur pour les Preſtres qui confeſſent dans l'Egliſe de Saint Iacques de la Boucherie, d'aller au ſermon, que de confeſſer dans ladite Egliſe où je preſchois.

*ITem dixi, & aſſerüi, & prædicavi, quod ſi quis haberet Curatum contra quem haberet rancorem, vel quod crederet eum non eſſe idoneum, quod auctoritate propriâ ire poſſet ad alium, & quod meliùs eſſet Sacerdotibus confitentibus in Eccleſiâ S. Iacobi de Carnificeriâ, quod irent ad Sermonem, quàm confiteri illos, quos confitebantur in dictâ Eccleſiâ ubi ego prædicabam.*

Quant à ce que j'ay dit, que dans tels ou ſemblables cas il pourroit de ſa propre authorité aller à un autre: je dis que c'eſt mépriſer & avilir l'authorité des Superieurs, ſans la permiſſion deſquels, en tels ou ſemblables cas, il n'eſt pas permis d'aller à un autre. Et je m'explique, que s'il va à un Religieux notoirement approuvé du Pape & de l'Eveſque, ce n'eſt plus de ſa propre authorité, mais de celle de ſon Superieur qui luy aura eſté accordée comme il a eſté dit cy-deſſus. Ie dis auſſi que ny la rancune, ny la trop legere croyance de l'inſuffiſance de ſon Curé, ne ſont pas des raiſons ſuffiſantes pour abandonner ſon Curé, au contraire il fait mal en conſervant cette

*Quoad illud quod dixi, quod auctoritate propriâ, in caſibus ſupradictis, ire poteſt ad alium: dico quod illud eſt contemnere & vilipendere auctoritatem Superiorum, ſine quorum licentiâ, in talibus aut ſimilibus caſibus, non licet ad alium ire; & expono, quod ſi vadat ad Religioſum per Papam & Epiſcopum notoriè approbatum; illud non eſt auctoritate propriâ, ſed Superioris, ut præmittitur, ſibi conceſſâ. Dico etiam quod, nec rancor, nec credulitas de non idoneitate, ſunt ſufficientes cauſæ de vitando Curatum ſuum, imò malè facit tenendo rancorem, & propriâ auctoritate*

*credendo Curatum non eſſe idoneum.*

*Item dixi & aſſerui quod Fratres Prædicatores erant Curati, & Papa & Epiſcopus; & quod ſi Curati illorum, quorum audierant confeſſiones, nollent ipſis miniſtrare Euchariſtiam, ex eo quod ipſi non eſſent confeſſi ipſis Curatis, ſeu commiſſis ab ipſis; quod ſi ipſi venirent ad ipſos Religioſos, quod ipſi miniſtrarent eis Euchariſtiam, quia majorem poteſtatem habebant quàm Curati: illud revoco, & dico me falſè & malè dixiſſe, Fratres Iacobitas ordinis mei eſſe Curatos. Quoad illud de adminiſtratione Euchariſtiæ dico, quod ſi in tali prædicto caſu Religioſi miniſtrarent, eſſent excommunicati; & per ampliùs dico quod in materiâ ſubjectâ, non habent majorem auctoritatem quàm Curati; & per hoc dico, me malè & falsè dixiſſe in prædictis.*

rancune, & en croyant trop legerement de ſon authorité privée que ſon Curé n'eſt pas propre & ſuffiſant.

Item, j'ay dit & ſoûtenu que les Freres Preſcheurs eſtoient les Curez, & le Pape & l'Eveſque; & que ſi les Curez de ceux dont ils n'auroient pas entendu les Confeſſions, refuſoient de leur adminiſtrer l'Euchariſtie, parce qu'ils ne ſe ſeroient pas confeſſez aux meſmes Curez, ou à des Preſtres commis par eux, que s'ils venoient aux Religieux ils leur pourroient adminiſtrer le Sacrement de l'Euchariſtie, parce que les Religieux ont une plus grande puiſſance que les Curez; je le revoque, & je dis que j'ay mal & fauſſement avoüé que les Freres Iacobins de mon Ordre ſont Curez. Quant à ce qui touche l'adminiſtration de l'Euchariſtie, je dis que ſi les Religieux l'adminiſtroient en tel ou ſemblable cas, ils ſeroient excommuniez; en outre je dis que dans cette matiere les Religieux n'ont point plus d'authorité que les Curez, & par là je dis que j'ay fauſſement & mal dit dans toutes les choſes que j'ay avancées cy deſſus.

# AVTHORITATE CONCILIORVM, Sanctorum Patrum Eccleſiæ, & veterum Theologorum confirmatur Cenſuræ veritas.

## *Pro decimâ ſeptimâ Propoſitione.*

CONcilium Lateranenſe ſub Innocentio 3. cap. 21. anno. 1215.

Omnis utriuſque ſexûs fidelis, poſtquam ad annos diſcretionis pervenerit omnia ſua ſolus peccata cõfiteatur fideliter ſaltem ſemel in anno proprio Sacerdoti, & injunctam ſibi pœnitentiam ſtudeat pro viribus adimplere, ſuſcipiens reverenter ad minùs in Paſchâ Euchariſtiæ Sacramentum, niſi fortè de conſilio proprij ſacerdotis, ob aliquam rationabilem cauſam ad tempus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ab ejus perceptione duxerint abſtinendum: Alioquin & vivens ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, & moriens Chriſtianâ careat ſepulturâ. Vnde hoc ſalutare ſtatutum frequenter in Eccleſijs publicetur, ne quiſquam ignorantiæ cæcitate velamen excuſationis aſſumat. Si quis autem alieno Sacerdoti voluerit juſtâ de causâ ſua confiteri peccata, licentiam priùs poſtulet & obtineat à proprio Sacerdote, cùm aliter ille ipſe non poſſit ſolvere vel ligare.

*Concil. Lateran. ſub Innocent. 3. ann. 1215. cap. 32.*

Qui verò Parochialem habet Eccleſiam, non per Vicarium, ſed per ſeipſum illi deſerviat in ordine, quem ipſius Eccleſiæ cura requirit, niſi fortè præbendæ, vel dignitati Parochialis Eccleſia ſit annexa: in quo caſu concedimus, ut is qui talem habet Præbendam, vel dignitatem, cùm oporteat eum in majori Eccleſiâ deſervire, in ipsâ Parochiali Eccleſiâ idoneum & perpetuum ſtudeat habere Vicarium canonicè inſtitutum, qui (ut prædictum eſt) congruentem habeat de ipſius Eccleſiæ proventibus portionem: alioquin illa ſe ſciat hujus decreti auctoritate privatum, alij liberè conferenda, qui velit, & poſſit, quod prædictum eſt adimplere. Illud autem penitùs interdicimus, ne quis in fraudem de proventibus Eccleſiæ, quæ curam proprij ſacerdotis debet habere penſionem alij quaſi pro beneficio conferre præſumat.

*Concil. Toloſanum. anno* 1228.

Omnes autem utriúſque ſexûs poſtquam ad annos diſcretionis pervenerint, Confeſſionem peccatorum faciant ter in anno proprio Sacerdoti, vel alij de voluntate ipſius & mandato, injunctam ſibi pœnitentiam humiliter impleturi pro viribus ſuis, & ter in anno, in Natali Domini, Paſchâ & Pentecoſte, Sacramētum Euchariſtiæ cum omni reverentiâ recepturi: ità quòd Confeſſio Communionem præcedat, niſi fortè ob aliquam cauſam rationabilem ad tempus ab ejus perceptione abſtinuerint de conſilio proprij Sacerdotis. Sollicitì itáque ſint Preſbyteri circà iſta, ut ex nominum inſpectione cognoſcant (ſicut ſuperiùs eſt expreſſum) utrùm ſint aliqui qui communicare ſubterfugiant; nam ſi qui à Communione, niſi de conſilio proprij Sacerdotis abſtinuerint, ſuſpecti de hæreſi habeantur.

*Concil. Narbonenſe anno 1235.*

Præterea præſens Concilium decrevit, ut nomina omnium qui peccata confitebuntur, ſcribantur à Confeſſoribus, ut habeant unde laudabile reddant teſtimonium de eorum Confeſſione. Et hi qui habentes quatuordecim annos renuent peccata confiteri ſaltem ſemel in anno, ſi vivi ſint, illis occludatur aditus in Eccleſiam uſque ad condignam ſatisfactionem: Et ſi defuncti ſint, ijs Eccleſiaſticâ interdicatur ſepulturâ, Confeſſoréſque non in ſecretis locis, ſed in aperto Confeſſiones excipiant.

*Concil. Senonenſe anno 1269. can. 4.*

Item ſtatutum Concilij generalis de viventibus arcendis ab ingreſſu Eccleſiæ & morientibus qui Chriſtianâ debent ſepulturâ carere, niſi ſaltem ſemel in anno omnia peccata ſua fideliter confeſſi fuerint proprio Sacerdoti, & ad minùs in Paſchâ ſuſceperint reverenter Euchariſtiæ Sacramentum, niſi fortè de proprio ſacerdotis conſilio ob aliquam rationabilem cauſam ab ejus per-

ceptione

ceptione ad tempus abſtinendum duxerint, obſervetur firmiter, & frequenter in Eccleſijs publicetur. Caveant Sacerdotes ne ad Communionem altaris aliquem admittant, niſi ſibi vel alij idoneo de ſuâ licentiâ omnia peccata ſua ſit confeſſus.

*Eberardus Archidiaconus Ratiſponenſis in Chronico ad annum* 1287.

Item eodem anno mota eſt diſcordia inter omnes Archiepiſcopos, Epiſcopos, Prælatos, & Totum Clerum Regni Franciæ ex unâ parte, & Fratres Prædicatores & Minores ex alterâ, ſuper privilegia data eis à Domino Papâ Martino cujus tenor talis eſt. Martinus Epiſcopus Servus Servorum Dei, ad fructus uberes quos in agro Dominico prædicando pariter & exemplo, Confeſſiones audiendo, & per alia virtutum exercitia, ſatis Ordo veſter & humiles ipſius Ordinis profeſſores produxerunt hactenùs, & ſperantur in futurum Deo auſpice producturi, attentæ conſiderationis aciem convertentes ut Fratres ejuſdem Ordinis Prædicationes, & audiendi Confeſſiones officia eò liberiùs & efficaciùs exequi valeant, quò citiùs de ipſorum circà eadem, de Authoritate Apoſtolicâ cõſtabit tibi ſoli Miniſtro Generali, per te verò vobis Provincialibus Miniſtris cum deffinitoribus in Provincialibus veſtris Capitulis congregatis committendi Authoritate Apoſtolicâ Fratribus ejuſdem Ordinis ſacrâ paginâ eruditis, examinatis & adprobatis à vobis, prædicationis officium, audiendi verò Confeſſiones, abſolvendi Pœnitentes, ſalutares eis injungendi pœnitentias & Fratribus alias idoneis concedendi eiſdem quòque ſæpefati Ordinis quibus dicta officia per vos taliter conceſſa ſeu commiſſa fuerint, quod eadem liberè valeant exercere plenam damus & concedimus authoritate præſentium facultatem, diſtrictiùs inhibentes ne quis Fratres ipſius Ordinis quibus dicta officia taliter concedenda duxeritis, ut præmittitur, ſive etiam committenda, in exercitio, ſive executione officiorum ipſorum audeat quomodolibet impedire. Volumus autem quòd hi qui Fratribus confitebuntur eiſdem ſuis Parochialibus Presbyteris confiteri ſaltem ſemel in anno proüt ſtatuit Generale Concilium, teneantur. Quódque ijdem Fratres eoſdem ad hoc diligenter & efficaciter ſecundùm datam eis gratiam à Domino exhortentur. Nulli ergò hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis & inhibitionis infringere, vel ei auſu temerario contraïre. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dicebant enim ipſi Prædicatores & Minores, quòd confeſſi ipſis non tenerentur ſuis Parochialibus Presbyteris eadem peccata in numero iterùm confiri, cujus tamen contrarium Archiepiſcopi & Epiſcopi aſſerebant per idem Privilegium, & per decretalem extrà de Pœnitentiâ & remiſ. Omnis utriuſque ſexûs. Cujus in eodem privilegio mentio facta fuit. Quæ quæſtio per Doctores ſeu Magiſtros Theologiæ & juris Canonici multipliciter fuit Pariſijs diſputata: & validiſſimis oſtenſum rationibus, præcipuè tamen per Magiſtrum Henricum de Gandavo, quod eadem peccata in numero quæ aliquis confeſſus fuerit Prædicatori vel Minori, vel aliàs privilegiato, teneretur iterare confiteri ſemel in anno ſuo proprio Sacerdoti. Cujus tamen contrarium cùm Fra-

tres multis rationibus niterentur oſtendere, tale conſilium dederunt Magiſtri & Sapientes Pariſijs à ſcholaribus requiſiti, quòd quandiù hæc quæſtio eſſet dubia Pariſijs ubi magis quàm alibi in mundo eſt copia peritorum, tandiù deberent confiteri ſuis Parochialibus Preſbyteris: de quorum certâ authoritate nulli Sacræ Scripturæ vel Canonum ſapientes dubitaverunt hactenùs, qui in locum ſeptuaginta Diſcipulorum, ſicut Epiſcopi in locum Apoſtolorum certiſſimè ſucceſſerunt, tandem ſuper eâdem quæſtione, omnes Archiepiſcopi & Totus Clerus Regni Franciæ ſolemnes nuncios cum alijs viris ſapientibus ad Sedem Apoſtolicam tranſmiſerunt, & quilibet eorum centeſimam omnium redditruum & proventuum Eccleſiaſticorum contribuit eiſdem Nuncijs pro expenſis. Sed Dominus Nicolaus Papa quamvis aſſumptus eſſet de Ordine Minorum Fratrum, eandem quæſtionem pro neutrâ parte voluit terminare, unde remanet uſque hodie in ſuſpenſo.

*Concil. apud Beatam Mariam de Prato in Provinciâ Rothomag. ann.* 1299.

Cæterùm animarum ſaluti conſulere ac earum periculo obviare volentes ſtatuimus quod Prælati Fratribus Prædicatoribus aut Minoribus alijſve Religioſis quibuſlibet poteſtatem abſolvendi ſubditos à peccatis ſuis de cætero non committant, in caſibus qui de jure vel conſuetudine reſervantur eiſdem niſi certis perſonis & notis duntaxat quarum Prælati induſtriam duxerint eligendam in cunctis caſibus qui in conceſſione vel commiſſione eis factâ ſpecialiter inſerantur: ipſa commiſſio ad caſus in quibus tenetur Catholicus quilibet confiteri ſemel in anno peccata ſua proprio Sacerdoti nullatenùs extendatur, niſi ipſius Sacerdotis habitâ ſuper hoc voluntate.

*Matth. Pariſ. Hiſtor. Angl. ad ann.* 1235.

Eodem quóque tempore, quidam de Fratribus Minorum: necnon & aliqui de Ordine Prædicatorum impudenter nimis ſuæ Profeſſionis & Ordinis immemores, in territoria aliquorum nobilium Cœnobiorum ſe clàm ingeſſerunt: ſub prætextu officij ſui adimplendi, & velut poſt craſtinam prædicationem receſſuri. Sed vel infirmitatem, vel quippiam aliud ſimulantes, manſerunt: & fabricato ex ligno altari, ſuperpoſitóque altariolo lapideo benedicto ſecum allato, Miſſas clandeſtinas demiſsâ voce celebrarunt, Confeſſiones multorum receperunt etiam Parochialium, in præjudicium Preſbyterorum. Dicebant námque, ſe talem à Domino Papâ ſuſcepiſſe poteſtatem: ut eis ſcilicet fideles, quæ ſuo erubeſcunt Sacerdoti confiteri, vel dedignantur, quia conſimili peccato conſtringuntur, vel timent, quia temulento confiteantur: quibus injungant MINORES pœnitentias, & abſolvant. Interim ad Romanam Curiam miſſo Procuratore feſtino & diligenti, contrà Religioſos, in quorum degebant territorio, conceſſam impetrarunt, cum aliquo adjuncto Beneficio manſionem. Quòd ſi fortè adhuc eis ſatisfieri non videretur, in verba, contumelioſa & comminatoria proruperunt: ordinem alium quàm ſuum reprobantes, alióſque de numero fore damnandorum aſſerentes: nec parcere callo plantarum ſuarum, donec theſauros adverſariorum ſuorum licet multos exhauſiſſent. Vnde in multis cedebant eis Religioſi, deferentes propter ſcandalum, & propter potentum offendiculum. Erant enim Ma-

gnatum Conſiliatores & Nuntij, etiam Domini Papæ Secretarij, nimis in hoc gratiam ſibi ſæcularem comparantes. Aliqui tamen in curiâ Romanâ contradictores invenientes, obvijs rationibus refrænati, confuſi receſſerunt. Dicente eis torvo vultu Summo Pontifice: Quid eſt hoc, Fratres? quo prorumpitis? Nonne profeſſi eſtis paupertatem ſpontaneam, ut diſcalceati & inglorij peragrantes vicos & Caſtella & loca remotiora, proüt opus exigit, verbum Dêi humiliter ſeminetis? præſumitis jam invitis Dominis feudorum manſiones vobis uſurpare? Iam videtur in magnâ ſui parte Religio veſtra expirare, & doctrina refutari. Hoc audito recedentes, modeſtiùs ſe habere cœperunt, qui priùs multiplicaverunt loqui ſublimia gloriantes: & infrà ſepta alterius, arbitrio alieno morari & detineri recuſantes.

*Idem ad ann.* 1246.

Eodemque tempore, Fratres Prædicatores, limites paupertatis, quam profeſſi ſunt nuper, jam ad ſuperos gradus aſcendere, venerari, & teneri à Prælatis Eccleſiaſticis affectabant, & non jam tantùm Prædicatores, ſed etiam eſſe Confeſſores contendebant, uſurpantes ſibi officium ordinariorum & haberi eoſdem contemptu procurantes, quaſi ſcientiâ & poteſtate inſufficientes populum Dei regere, & Eccleſiæ lora moderari. Vnde multis diſcretis videbantur, ordinem Vniverſalis Eccleſiæ per ſanctos Apoſtolos & Sacros Doctores Noſtros Anteceſſores, de quorum ſanctitate toti mundo conſtat ſancitum nimis enormiter perturbare. Teſtificatum eſt etiam, quòd Ordo S. Benedicti, vel Ordinis B. Avgvstini, per multorum ſpatium ſæculorum tantùm non deliravit, quantùm, eorum, qui nondùm in Anglia, per triginta annorum ſpatium, radicum propagines tranſplantavit. Impetrato igitur à Papa Gregorio, qui ſpecialiter eorum fautor erat, paucis evolutis annis inaudito privilegio: hoc etiam his temporibus novum, ad primum roborandum, non ſine ordinariorum jacturâ & præjudicio, à Domino Papâ ſunt adepti.

*Gregorius Epiſcopus, ſervus, &c.*

*Innocentius 4. Epiſc. ſervus ſervorum Dei, &c.*

His igitur lætificati & magnificati Prædicatores, varios Eccleſiarum Prælatos, Epiſcopos, Archidiaconos, in Synodis ſuis præſidentes, ubi multi & magni viri, videlicet Decani, Presbyteri, Vicarij, necnon in Eccleſiarum Rectores cum Clericis convenerant, procaciter alloquentes, indulta ſibi talia privilegia in propatulo demonſtrarunt, erectâ cervice ea exigentes recitari, & in eorum Eccleſijs veneranter recipi & commendari, & ad prædicandum populo, ſine aliquâ contradictione, vel in Synodis, vel in Eccleſiâ Parochianis, quaſi Legatos, vel etiam Dei Angelos admitti: & ſe ingerentes minùs impudenter, rogitabant, ſingulos etiam ſæpè viros Religioſos, eſne confeſſus: quibus ſi reſponſum fuiſſet: etiam; à quo? à Sacerdote meo. Et quis ille idiota? nunquam Theologiam audivit nunquam in decretis vigilavit, nunquam unam quæſtionem didicit enodare. Cæci ſunt & duces cæcorum; ad nos accedite, qui novimus lepram à leprâ diſtinguere: quibus ardua, quibus difficilia, quibus Dei ſecreta patuerunt. Nobis confitemini im-

perterriti, quibus tanta, ut jam videtis & auditis conceſſa eſt poteſtas. Multi igitur præcipuè nobiles & nobilium uxores, ſpretis proprijs Sacerdotibus & Prælatis, ipſis PRÆDICATORIBUS confitebantur: unde non mediocriter viluit ordinariorum dignitas & conditio, & de tanto ſui contemptu, non ſine magnâ confuſione, doluerunt, nec ſine evidenti causâ. Videbant enim ordinem Eccleſiæ jam enormiter perturbari, quam conſtat longis retrò actis temporibus, in Deo placita ſimplicitate ambulantem, multos è ſæculo migrantes Deo præſentaſſe ſanctos, de quorum ſanctitate nefarium judico dubitare. Videbant inſuper Parochianos ſuos audacter jam peccare & impudenter, ſcientes ſe coràm Presbytero proprio non erubeſcere, ſua enormia peccata confitendo, quod magnum reputatur periculum, cùm rubor & confuſio in Confeſſione pars ſit maxima & potiſſima pœnitentiæ. Dicebantque ſuſurrantes peccaturi adinvicem: perpetremus quæ nobis voluptuoſa videntur & placentia: aliquibus enim PRÆDICATORUM vel MINORUM per nos tranſitum facientibus, quos nunquam vidimus, vel nunquam viſuri ſumus, cùm conſummatum fuerit quod deſideramus, ſine aliquâ modeſtiâ confitebimur. Et ſic contemptis ordinarijs & eorum diſciplinis, peccatum copioſiùs exuberavit. Et dùm mundus more marino talibus æſtuabat ebullitionibus, contigit quoſdam Prædicatores, ſuis armatos privilegijs, aſſumptis cornibus, Eccleſiam S. Albani (ubi ſicut moris eſt Archidiaconus Eccleſiæ ipſius ritè Synodum celebravit) ingredi, & monſtrantes ſua privilegia, ſeſe novis & inauditis poteſtatibus & dignitatibus communiri. Et dùm unus eorum, qui videbatur alteri præeſſe, ſilentium prædicaturo ſibi dari imperioſè poſtulaſſet, reſpondit Archidiaconus, Moderatiùs te Frater habe, expecta pauliſper, donec diſcretioni veſtræ quæ ſentio demonſtraverim. Miramur nos ſimplices & veteribus atque approbatis aſſueti conſuetudinibus de hâc novitate repentinâ. Nec mirum, ſi inaudita novitas admirationem generet cum ſtupore. Vt quid inſufficientes vel indignos officio nobis deputato, tàm procaciter reputatis. Creditis vos ſolos de numero fore ſalvandorum, cùm dicat Apoſtolus: *Neſcit homo ſi ſit dignus odio vel amore*: ingeritis vos jam non tantùm ad prædicandum ut PRÆDICATORES dicamini, ſed ad Confeſſiones recipiendas, imò potiùs extorquendas, ut jam FRATRES CONFESSORES accumulato titulo teneamini: Fratres, non ſanum arbitror à certo recedere propter incertum; ab ritè uſitato, ad inuſitatum, ſine majoris conſilio deliberationis & Prioris veſtri conſultatione: vos nequaquam vel ad prædicandum, vel ad Confeſſionum receptionem eorum, quibus Abbatis præcepto præſum adhuc recipio. Conſtat enim Vniverſali Eccleſiæ, hæc quæ vobis & omnibus hic circumſedentibus eminùs demonſtrabo, à Generali Concilio, imò Generaliſſimo, ſub INNOCENTIO 3. celebrato, anno gratiæ 1215. ubi præſentes fuerunt ex totius Chriſtianitatis Vniverſitate Primates, Archiepiſcopi 61. Epiſcopi 400. & 12. Abbates verò & Priores 800. fuiſſe ſtatuta & confirmata, omnibus mundi temporibus irrefragabiliter conſervanda Et librum aperiens monſtravit & legi fecit iſtam ſuper hoc decretalem. Omnis utriuſque ſexus.

*Gerſonius de Poteſtate Eccleſiaſticâ Conſiderat. 10.*

Non licuit præterea facere tot & tales non obſtantias eorum quæ conſtituta ſunt in Generalibus Concilijs, quot & qualibus non obſtantijs uti ſolet paſſim in Bullis ſuis, adeò quidem ut Alexander quintus inductus ſit in prætenſis quibuſdam Bullis ponere non obſtantiam hujus ſaluberrimi ac celebriter obſervati ſtatuti. Omnis utriuſque ſexus.

*Decretum Vniverſitatis Pariſienſis anno 1456.*

Noverint Vniverſi, quod anno 1456. die Sabbati 22. Menſis Maij Alma Vniverſitate ſtudij Pariſienſis apud S. Mathurinum ſolemniter congregata, & ſpecialiter convocata ad audiendum lecturam copiæ cujuſdam Bullæ per quoſdam Fratres de Ordine Carmelitarum Officiali Pariſienſi præſenaæ, inter cætera concluſum extitit unanimiter, ipſis auditis, quòd diſplicebat impetratio hujuſmodi Bullæ, ut videtur quòd ſit ſcandaloſa, turbativa pacis & concordiæ, ſubverſiva ordinis Hierarchici Eccleſiæ, ac ſubreptitia: Placet formare appellationem, præſertim in quantùm derogat hujuſmodi Bulla juri communi, decretali omnis utriuſque ſexus, & Clementinæ dudum de ſepulturis.

p. 630. Les antireguliers croyent avoir beaucoup avancé, lors qu'ils ont dit, que les Religieux ne ſont pas de la Hierarchie; mais je ſoûtiens que les Religieux ſont employez dés la primitive Egliſe, à exercer les fonctions Hierarchiques qu'ils pratiquent aujourd'huy; car deslors que Noſſeigneurs les Eveſques ne purent confeſſer tous les fideles qui avoient recours à eux, partie à cauſe du grand nombre de Penitens qui ſe preſentoient tous les jours, partie parce qu'ils eſtoient trop fatiguez de ce travail; ils appellerent les Religieux à leur ſecours, & les employerent à confeſſer les fideles..... Dix-huitiéme Propoſition de Iacques de Vernant.

p. 631. Les Religieux s'acquitterent ſi ſaintement de cette commiſſion, & travaillerent ſi utilement au ſalut des ames, que les Eveſques jugerent à propos de n'employer que les Moynes pour adminiſtrer au peuple Chrétien le Sacrement de Penitence; cela continua juſques à la fin du douziéme ſiecle.

p. 710. Avant le Concile de Vienne, les Religieux eſtoient employez à preſcher & confeſſer par la ſeule nomination de leurs Generaux, ou des Provinciaux, avec leurs Definiteurs; & cela ſans dependance des Eveſques.

| CENSVRA. | CENSVRE. |
|---|---|
| *Hæ propoſitiones ſunt falſæ, & manifeſtam Auctoris imperitiam produnt.* | Ces propoſitions ſont fauſſes, & monſtrent l'ignorance manifeſte de l'Autheur. |



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# AVTHORITATE CONCILIORVM, Sanctorum Patrum Eccleſiæ, & veterum Theologorum confirmatur Cenſuræ veritas.

## *Pro decimâ octavâ Propoſitione.*

EPiphanius adverſus Hæreſes, lib. 3.

Præterea nullus eſt Dei Famulus, qui non ad obtinendam juſtitiam manibus ſuis opus exerceat, quò in egentes beneficus eſſe poſſit. Quod in unoquoque Monaſterio, tam in Ægypto, quàm in alijs Provincijs fieri cernimus: ubi juſtitiæ gratia ſic ad opus incumbunt omnes, tanquam apes quædam, quæ coràm pedibus, ſtillas mellis ore comportantes, communem univerſorum Dominum, pro ſenſu ſuo, atque captu, quodam velut vocis cantu, ac prædicatione celebrant, proüt teſtatur Salamon: Sapientiam, inquit, honorans provecta eſt. Nec aliter Servi illi Dei in ſolidâ veritatis Petrâ, velut fundamento ſtabiliti, ac domum ſuam firmam, atque inconcuſſam extruentes, pro eâ, quam profitentur, arte, minutiſſimas quaſque operas ſinguli manibus ſuis exercent.

Iidem verò univerſam pœnè ſcripturam ore pronunciant: impigrè, ac ſtrenuè aut orando, aut pſalmos emodulando pervigilant: ſolemnes de more conventus, ac quotannis conſtitutos obeunt: ſtatas horas, & alternis ſpatiis continuò deſcriptas perpetuis ad Deum fundendis precibus, ſummâ cum abjectione animi, ac laborioſis gemitibus, tranſigunt: Cum intereà propriis, uti dixi, manibus, adjunctâ ſpiritali exercitatione, opus inſtituant, ne aut inopiâ laborent, aut in humanas ſimulationes incidant; ſicut impiis liberè veritatem eloqui non audeant; neque ab eorum hominum, qui per nefas, ac pauperum injuriam locupletati ſunt, contagione ac maculis vindicare ſeſe poſſint: nec illorum denique cibariis carere, quod juſtis laboribus quotidianum ſibi victum comparare nequeant; ſed ob inopiam ex otio, & inertia derivatam ad Beatorum menſas confugere cogantur.

*Sozomenus ex Hiſtoria Eccleſiaſtica, lib. 6. cap. 28.*

Per id temporis inter Monachos longè Illuſtriſſimi Patres erant, Iſidorus, Serapion, & Dioſcorus, Iſidorus Monaſterium undique cinxit muro: & ſedulò providit, ne quiſquam eorum qui intus erant, egrederetur, res tamen omnes haberet ad vitam neceſſarias. Serapion propè Arſenoïtem vitam egit, & Monachis circiter decem millibus præfuit: quos omnes ſic inſtituit, ut propriis laboribus res neceſſarias tum pararent ſibi, tum aliis egentibus ſuppeditarent. Tempore verò æatis mercede conducti, ſolebant fruges demetere, inducti ſatis frumenti & ſibi reponebant, & aliis

Monachis impertiebantur. Dioſcoro autem non plures quàm centum fuere in diſciplinam traditi.

*Idem, cap. 30.*

Iſtum locum appellant Nitriam, propterea quod eſt pagus finitimus, in quo nitrum colligunt. Non exigua quidem hominum multitudo ibi Monaſticam diſciplinam exercebat. Erant namque Monaſteria circiter quinquaginta contigua, quorum pars conventus, pars homines ſeparatim ab aliis vitam degentes habuêre. Porrò autem cum iter facias in interiorem ſolitudinem, ibi eſt alius locus, qui à Nitria abeſt ſtadia ferè ſeptuaginta, cui nomen erat Cellia: in eo ſunt Cellæ Monachorum permultæ ſparſim poſitæ, quâ de cauſâ hoc nomen habuit. Tantum interſe diſtant, ut qui in ipſis habitant, neque videre ſe inter ipſos, neque omninò audire poſſint. Conveniunt omnes in unum, & primo Hebdomadæ ac poſtremo die conventus celebrant. Quòd ſi quis fortè abſit, eum abeſſe planè invitu conſtat, vel afflictatione aliquâ, vel morbo præpeditum: ad quem viſendum curandúmque non omnes ſtatim eunt, ſed variis temporibus ſinguli, quicquid habent ad morbum levandum accommodatum ſecum deferunt. Hac causâ exceptâ, non colloquuntur inter ſe, niſi quo ſermonem vel ad cognitionem Dei, vel ad animæ utilitatem pertinentem, conferant: idque cum aliquis veniat, quò aliquid ab eò qui idipſum explicare norit, perdiſcat.

*S. Baſilius in Lib. Regularum fuſius diſputatarum.*

Verum enim quia ſunt nonnulli, qui oratorium prætextu, pſalmodiæve neceſſarios in exercendis artificiis labores defugiunt: illud eſt intelligendum, certis quidem aliis quibuſdam in rebus eſſe certam unicuique temporis tempeſtivitatem, ut eſt apud Eccleſiaſten, qui omni negotio ſuum eſſe tempus dicit: orationi verò, & pſalmorum modulationi, ſicut in aliis etiam pleriſque nullum non eſſe tempus idoneum, ita videlicet, ut vel in eos ipſo, dum manibus opus tractamus, & lingua non nunquam (quandocúnque id fieri poteſt, aut expedit potiùs, & ad fidei ædificationem conducit) munere hoc fungi poſſimus: ſin id minus, corde certè in pſalmis & hymnis, & canticis ſpiritualibus Deum collaudemus, ſicut ſcriptum eſt, atque ita orationi ſatisfaciamus: interim dum laboramus, gratias agentes Deo, qui ad opera facienda manuum vires nobis ſuppeditaverit: itemque ad percipiendam artium ſingularum cognitionem, ingenium largitus ſit: materiàmque donaverit, ex qua inſtrumenta conficerentur, tum eam etiam, quæ artibus iis eſſet ſubjecta, quam in manibus habeamus operantes: ſimúlque etiam ipſum orantes, ut opera manuum noſtrarum dirigantur ad eum finem, ut ipſi placeamus.

*Hieronymus ad Heliodorum, Epiſtolâ primâ.*

Abſit ut de his quidquam ſiniſtrum loquar, qui Apoſtolico gradui ſuccedentes, Chriſti corpus ſacro ore conficiunt, per quos & nos Chriſtiani ſumus: qui Claves Regni Cœlorum habentes, quodam modo ante judicii diem judicant: qui ſponſam Domini ſobriâ caſtitate conſervant.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Idem, Epiſt. 4. ad Ruſticum.*

Hæc dico, ut, etiam ſi Clericatus te titillat deſiderium, diſcas quod poſſis docere, & rationabilem Hoſtiam offeras Chriſto, ne miles ante, quam tyro, ne priùs magiſter ſis, quàm diſcipulus. Non eſt humilitatis meæ, neque menſuræ, judicare de Clericis, & de Miniſtris Eccleſiarum ſiniſtrum quippiam dicere. Habeant illi ordinem, & gradum ſuum: quem ſi tenueris, quomodo tibi in eo vivendum ſit, editus ad Nepotianum liber docere te poterit. Nunc Monachi incunabula, moreſque diſcutimus, & ejus Monachi, qui, liberalibus ſtudiis eruditus in adoleſcentiâ, jugum Chriſti collo ſuo impoſuit. Primúmque tractandum eſt, utrùm ſolus, an cum aliis in Monaſterio vivere debeas.

*Idem, Epiſt. 4.*

Facito aliquid operis; ut te ſemper Diabolus inveniat occupatum. Si Apoſtoli, habemus poteſtatem de Evangelio vivere, laborabant manibus ſuis, ne quem gravarent; & aliis tribuebant refrigeria, quorum pro ſpiritualibus debebant mittere carnalia: cur tu in uſus tuos ceſſura non præpares? vel fiſcellam texe junco, vel caniſtrum lentis plecte viminibus: ſarriatur humus: areolæ æquo limite dividantur: in quibus cum olerum jacta fuerint ſemina, vel plantæ per ordinem poſitæ, aquæ ducantur irriguæ; ut pulcherrimorum verſuum ſpectator aſſiſtas. Ecce ſupercilio clivoſi tramitis undam elicit: illa cadens raucum per læuia murmur ſaxa ciet, ſcatebriſque arentia temperat arva. Inſerantur infructuoſæ arbores vel gemmis, vel ſurculis: ut parvo poſt tempore laboris tui dulcia poma decerpas. Apum fabricare alvearia, ad quas te mittunt Salomonis Proverbia, & Monaſteriorum ordinem, ac regiam Diſciplinam, in parvis diſce corporibus. Texantur & lina capiendis piſcibus: ſcribantur libri: ut & manus operetur cibum, & animus lectione ſaturetur. In deſideriis eſt omnis otioſus. Ægyptiorum Monaſteria hunc morem tenent, ut nullum abſque operis labore ſuſcipiant, non tàm propter victus neceſſitatem, quàm propter animæ ſalutem.

*Idem, Epiſt. 4.*

Ad quod & ante reſpondi, & nunc breviter reſpondeo; me in præſenti opuſculo non de Clericis diſputare, ſed Monachum inſtituere. Sancti ſunt Clerici, & omnium vita laudabilis. Ita ergò age, & vive in Monaſterio, ut Clericus eſſe merearis; ut adoleſcentiam tuam nullâ ſorde commacules; ut ad altare Chriſti, quaſi de Thalamo Virgo, procedas; & habeas de foris bonum teſtimonium; feminæque nomen tuum noverint, & vultum tuum neſciant. Cum ad perfectam ætatem veneris; ſi tamen vita Comes fuerit; & te vel Populus, vel Pontifex Civitatis in Clerum elegerit: agito, quæ Clerici ſunt; & inter ipſos ſectare meliores, quia in omni conditione, & gradu optimis mixta ſunt peſſima.

*Idem ad Paulinum de inſtitutione Monachi, Epiſt. 13.*

Quod loquor, non de Epiſcopis, non de Presbyteris, non de Clericis loquor, quorum aliud officium eſt; ſed de Monacho & Monacho quondam apud ſæculum nobili: qui idcircò pretium poſſeſſionum ſuarum ad pedes Apoſto-

Apoſtolorum poſuit, docens pecuniam eſſe calcandam, ut humiliter & ſecretò victitans, ſemper contemnat, quod ſemel contempſit. Si Crucis & Reſurrectionis loca non eſſent in urbe celeberrimâ, in quâ Curiâ, in aulâ militum, in quâ ſcortâ, mimi, ſcurræ, & omnia ſunt, quæ ſolent eſſe in cæteris urbibus; vel ſi Monachorum turbis ſolummodò frequentaretur; expetendum reverâ hujuſcemodi cunctis Monachis eſſet habitaculum : nunc verò ſummæ ſtultitiæ eſt renunciare ſæculo, dimittere patriam, urbes deſerere, Monachum profiteri, & inter majores populos periculoſiùs vivere, quàm eras victurus in patriâ. De toto huc orbe concurritur. Plena eſt Civitas univerſi generis hominum : & tanta utriuſque ſexûs conſtipatio, ut, quod alibi ex parte fugiebas, hic totum ſuſtinere cogaris. Quia igitur fraternè interrogas, per quam viam incedere debeas; revelatâ tecum facie loquar. Si officium vis exercere Preſbyteri; ſi Epiſcopatus te vel opus, vel honor fortè delectat; vive in urbibus, & Caſtellis, & aliorum ſalutem fac lucrum animæ tuæ. Sin autem cupis, eſſe quod diceris Monachus, id eſt, ſolus : quid facis in urbibus, quæ utique non ſunt ſolorum habitacula, ſed multorum? habet unumquodque propoſitum Principes ſuos. Romani Duces imitentur Camillos, Fabricios, Regulos, Scipiones, Philoſophi proponant ſibi Pythagoram, Socratem, Platonem, Ariſtotelem. Poëtæ æmulentur Homerum, Virgilium, Menandrum, Terentium : Hiſtorici Thucydidem, Salluſtium, Herodotum, Livium : Oratores Lyſiam, Gracchos, Demoſthenem, Tullium, &c. Vt ad noſtra veniamus, Epiſcopi & Preſbyteri habeant in exemplum Apoſtolos, & Apoſtolicos viros : quorum honorem poſſidentes, habere nitantur, & meritum. Nos autem habeamus propoſiti noſtri Principes, Paulos, Antonios, Iulianos, Hilariones, Macarios, &c. Vt ad Scripturarum authoritatem redeam, noſter Princeps Helias, noſter Heliſæus, noſtri Duces filij Prophetarum, qui habitabant in agris & ſolicitudinibus, & faciebant ſibi tabernacula propè fluenta Iordanis.

*Idem. Epiſt. 16. ad Principiam Virginem.*

Nulla eo tempore nobilium fæminarum noverat Roma propoſitum Monachorum; nec audebat propter rei novitatem, ignominioſum, ut tunc putabatur, & vile in populis nomen aſſumere. Hæc ab Alexandrinis priùs Sacerdotibus, Papâque Athanaſio, & poſteà Petro, qui perſecutionem Arianæ hæreſæos declinantes, quaſi ad tutiſſimum Communionis ſuæ portum Romam confugerant, vitam B. Antonij, adhuc tunc viventis, Monaſteriorumque in Thebaïde Pachumij, & Virginum ac Viduarum didicit diſciplinam.

*Idem, Epiſt. 22. ad Euſtochium.*

Et quoniam Monachorum fecimus mentionem, à te ſcio libenter audire, quæ ſancta ſunt; aurem pauliſper accommoda. Tria ſunt in Ægypto genera Monachorum. Primùm Cœnobitæ quod illi Sauſes Gentili linguâ vocant; nos in communi viventes, poſſumus appellare. Secundùm Anachoritæ, qui ſoli habitant per deſerta, & ab eo, quod procul ab hominibus receſſerint, nuncupatur. Tertium genus eſt, quod Remoloth dicunt, deterrimum, atque neglectum, & quòd in noſtrâ Provinciâ aut ſolum, aut primum eſt. Hi

bini vel terni, nec multo plures ſimul habitant, ſuo arbitratu ac dictione viventes; & de eo, quod laboraverint, in medium partes conferunt, ut habeant alimenta communia.

Veniamus ad eos qui plures ſunt, & in commune habitant, id eſt, quos vocari Cœnobitas diximus. Prima apud eos cõfederatio eſt, obedire majoribus, & quidquid juſſerint, facere. Diviſi ſunt per decurias atque centurias, itaut novem hominibus decimus præſit; & verſus decem Præpoſitos ſub ſe centeſimus habeat. Manent ſeparati, ſed junctis cellulis. Vſque ad horam nonam, ut inſtitutum eſt, nemo pergit ad alium, exceptis his decanis, quos diximus; ut, ſi cogitationibus fortè qui fluctuat, illius conſoletur alloquiis. Poſt horam nonam in commune concurritur: pſalmi reſonant, ſcripturæ recitantur ex more. A completis orationibus, cunctiſque reſidentibus, medius, quem Patrem vocant, incipit diſputare: quo loquente tantum ſilentium fit, ut nemo alium reſpicere, nemo audeat excreare. Dicentis laus in fletu eſt audientium. Tacitæ voluuntur per ora lacrymæ, & ne in ſingultus quidem dolor. Cum verò de Regno Chriſti, & de futurâ beatitudine, & de gloriâ cœperit annunciare ventura; videas cunctos, moderato ſuſpirio, & oculis ad cœlum levatis, intra ſe dicere: quis dabit mihi pennas ſicut columbæ; & volabo, & requieſcam. Poſt hæc Concilium ſoluitur, & unaquæque decuria cum ſuo parente pergit ad menſam, quibus per ſingulas hebdomadas viciſſim miniſtrant. Nullus in cibo ſtrepitus eſt: nemo comedens loquitur. Vivitur pane, leguminibus, & oleribus, quæ ſale ſolo condiuntur: vinum tantum ſenes accipiunt, quibus à paruulis ſæpè fit prandium; ut aliorum feſſa ſuſtẽtetur ætas, aliorum non frangatur incipiens Dehinc conſurgunt pariter, & hymno dicto, ad præſepia redeunt ibi uſque ad veſperam cum ſuis unuſquiſque loquitur, & dicit: vidiſtis illum & illum? quanto in ipſo ſit gratia? quantum ſilentium quàm moderatus inceſſus? ſi infirmum viderint, conſolantur; ſi in Dei amore ferventes, cohortantur ad ſtudium, & quia nocte extra orationes publicas in ſuo cubili unuſquiſque vigilat, circumeunt cellulas ſingulorum, & aure appoſitâ, quid faciant, diligenter explorant, quem tardiorem deprehenderint, non increpant; ſed, diſſimulato quod norunt, cum ſæpius viſitant, & prius incipientes, provocant magis orare, quàm cogunt. Opus diei ſtatutum eſt: quod decano redditum, fertur ad œconomum: qui & ipſe per ſingulos menſes patri omnium cum magno tremore reddit rationem: à quo etiam cibi, cum facti fuerint, prægustantur; & quia non licet dicere cuiquam: Tunicam, & ſagum, Textâque juncis ſtrata non habeo: ille ita univerſa moderatur, ut nemo quid poſtulet, nemo non habeat. Si quis verò cœperit ægrotare, transfertur ad exedram latiorem; & tanto ſenum miniſterio confovetur, ut nec delicias urbium, nec matris quærat affectum Dominicis diebus orationi tantum & lectionibus vacant: quod quidem & omni tempore, completis opuſculis faciunt. Quotidie aliquid de ſcripturis diſcitur. Iejunium totius anni æquale eſt, exceptâ quadrageſimâ, in quâ ſolâ conceditur diſtrictiùs vivere. A Paſchâ ad Pentecoſten cœnæ mutan-

tur in prandia; quo & traditioni Eccleſiaſticæ ſatisfaciat, & ventrem cibo non onerent duplicato.

*Idem Hieron. adverſus Vigilantium.*

Nec à ſuo ſtudio Monachi deterrendi ſunt à te linguâ vipereâ, & morſu ſæviſſimo, de quibus argumentaris, & dicis: ſi omnes ſe clauſerint, & fuerint in ſolitudine, quis celebrabit Eccleſias? quis ſæculares homines lucrifaciet? quis peccantes ad virtutes poterit cohortari? hoc enim modo, ſi omnes tecum fatui ſint, ſapiens quis eſſe poterit? & virginitas non erit approbanda. Si enim omnes Virgines fuerint, nuptiæ non erunt; interibit humanum genus; infantes in cunis non vagient; obſtetrices abſque mercedibus mendicabunt; &, graviſſimo frigore, ſolus, atque contractus Dormitantius vigilabit in lectulo. Rara eſt virtus, nec à pluribus appetitur. Atque utinam hoc omnes eſſent, quod pauci ſunt, de quibus dicitur: Multi vocati, pauci autem electi, vacui eſſent carceres. Monachus autem non Doctoris, ſed plangentis habet officium: qui vel ſe, vel mundum lugeat, & Domini pavidus præſtoletur adventum: qui ſciens imbecillitatem ſuam, & vas fragile, quod portat, timet offendere, ne impingat, corruat, atque frangatur.

*D. Ambroſ. Epiſt. 82.*

Namque hæc duo in attentione Chriſtianorum devotione præſtantiora eſſe quis ambigat, Clericorum officia, & Monachorum inſtituta? iſta ad comitatem & moralitatem diſciplina, illa ad abſtinentiam aſſuefacta atque patientiam. Hæc velut in quodam theatro, illa in ſecreto. Spectatur iſta, illa abſconditur. Ideò bonus Athleta ait, ſpectaculum facti ſumus huic mundo: dignus ſanè qui ſpectaretur ab Angelis cùm luctaretur: ut ad Chriſti bravium perveniret, cùm certaret ut in terris vitam Angelorum inſtitueret, in cœlo nequitiam Angelorum refelleret. Colluctabatur enim nequitijs ſpiritualibus. Meritò mundus eum ſpectabat, ut mundus imitaretur. Hæc ergò vita in ſtadio, illâ in ſpeluncâ. Hæc adverſum confuſionem ſæculi, illa adversùs carnis appetentiam. Hæc ſubjiciens, illa refugiens corporis voluptates. Hæc gratior, illa tutior. Hæc ſeipſam regens, illa ſemetipſam coërcens. Vtràque tamen ſe abnegans, ut fiat Chriſti, quia perfectis dictum eſt: Qui vult poſt me venire, abneget ſeipſum ſibi, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Sequitur ergo Chriſtum qui poteſt dicere: Vivo autem jam non ego, vivit verò in me Chriſtus. Negabat ſe Paulus, cùm ſciens, quia vincula & tribulationes eum manerent, in Hieruſalem voluntarius ſe offerret periculis dicens: nec facio animam cariorem mihi, dummodò conſummem curſum meum & miniſterium verbi quod accepi à Domino Ieſu. Denique circumſtantibus plurimis plorantibus & obſecrantibus, non reflexit animum. Ità fides prompta dura ſui cenſor eſt. Hæc ergò dimicat, illa ſe removet. Hæc illecebras vincit, illa refugit. Huic mundus triumphatur, illi exultat. Huic mundus crucifigitur, vel ipſa mundo, illi ignoratur. Huic plura tentamenta, & ideò major victoria: illi infrequentior lapſus, facilior cuſtodia.

*S. Auguſtinus Libro de Moribus Eccleſ. Cathol. cap. 31.*

Sed ſi hoc excedit noſtram tolerantiam, quis non illos miretur & prædi-
cet, qui contemptis atque deſertis mundi hujus illecebris, in communem
vitam caſtiſſimam ſanctiſſimàmque congregati, ſimul ætatem agunt, viven-
tes in orationibus, in lectionibus, in diſputationibus: nullâ ſuperbiâ tumidi,
nullâ pervicaciâ turbulenti, nullâ invidentiâ lividi: ſed modeſti, verecun-
di, pacati concordiſſimam vitam & intentiſſimam in Deum, gratiſſimum
munus ipſi offerunt, à quo iſta poſſe meruerunt. Nemo quicquam poſſidet
proprium, nemo cuiquam oneroſus eſt. Operantur manibus ea, quibus &
corpus paſci poſſit, & à Deo mens impediri non poſſit. Opus autem ſuum
tradunt eis quos Decanos vocant, eo quòd ſint denis præpoſiti, ut neminem
illorum cura ſui corporis tangat, neque in cibo, neque in veſtimento, ne-
que ſi quid aliud opus eſt vel quotidianæ neceſſitati, vel mutatæ, ut aſſolet
valetudini. Illi autem Decani cum magnâ ſolicitudine omnia diſponentes,
& præſto facientes quicquid illa vita propter imbecillitatem corporis poſtu-
lat, traditionem tamen etiam ipſi reddunt uni, quem Patrem vocant. Hi ve-
rò Patres non ſolùm ſanctiſſimi moribus, ſed etiam divinâ doctrinâ excellen-
tiſſimi, omnibus rebus excelli, nullâ ſuperbiâ conſulunt ijs quos filios vo-
cant, magnâ ſuâ in jubendo authoritate, magnâ illorum in obtemperando
voluntate. Cõveniunt autem diei tempore extremo de ſuis quiſque habitacu-
lis, dùm adhuc jejuni ſunt ad audiendum illum Patrem, & conveniunt ad
ſingulos Patres terna, ut minimum, hominum millia: nam etiam multò
numeroſiores ſub uno agunt. Audiũt autem incredibili ſtudio, ſummo ſilẽtio,
affectiones animorum ſuorum: proüt eos pepulerit differentis oratio, vel ge-
mitu, vel fletu, ſed modeſto & clamore vacuo gaudium ſignificantes. Cor-
pus deinde reficitur, quantùm ſaluti & ſalubritati ſateſt, coërcete unoquo-
que concupiſcentiam, ne ſe profundat vel in eâ ipsâ quùm præſto ſunt par-
ca & viliſſima. Ità non ſolùm à carnibus & vino abſtinent pro ſufficentiâ do-
mandarum libidinum, ſed ab ijs etiam quæ tantò concitatiùs ventris & gut-
turis provocant appetitum, quanto quaſi mundiora nonnullis videntur:
Quo nomine ſolet turpe deſiderium exquiſitorum ciborum, quod à carnibus
alienum eſt: ridicule turpiterque defendi. Sanè quicquid neceſſario victui
redundat: nam redundat plurimum ex operibus manuum, & epularum re-
ſtrictione: tantâ curâ egentibus diſtribuitur, quanta non ab ipſis qui diſtri-
buunt comparatum eſt. Nullo modo namque ſatagunt ut hæc ſibi abundent,
ſed omnimo doagunt, ut non apud ſe remaneat quod abundaverit, uſque
adeò ut oneratas etiam naves in ea loca mittant, quæ inopes incolunt.

*S. Auguſtinus Epiſtolà 76.*

Nunc verò legi Epiſtolam benignitatis tuæ de Donato & Fratre ejus, &
quid reſponderem diù fluctuavi. Sed tamen etiam atque etiam cogitanti quid
ſit utile ſaluti eorum quibus in Chriſto nutriendis ſervimus, nihil mi-
hi aliud occurrere potuit, niſi non eſſe iſtam viam dandam ſervis Dei, ut ſe
faciliùs putent eligi ad aliquid meliùs, ſi facti fuerint deteriores. Et ipſis
enim facilis lapſus, & Ordini Clericorum fit indigniſſima injuria, ſi deſerto-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

res Monaſteriorum ad militiam Clericatus eligantur, cùm ex ijs quæ in Monaſterio permanent: non tamen niſi probatiores atque meliores in Clerum aſſumere ſoleamus: niſi fortè, ſicut vulgares dicunt: malus choraula bonus ſymphoniacus eſt: ità ijdem ipſi vulgares de nobis jocabuntur dicentes: malus Monachus bonus Clericus eſt. Nimis dolendum, ſi ad tam ruinoſam ſuperbiam Monachos ſurrigamus, & tam gravi contumeliâ Clericos dignos putemus, in quorum numero ſumus, cùm aliquandò etiam bonus Monacus vix bonum Clericum faciat, ſi adſit ei ſufficiens continentia, & tamen deſit inſtructio neceſſaria, aut perſonæ regularis integritas. Sed de iſtis credo arbitrata ſit Beatitudo Tua, quod noſtrâ voluntate, ut ſuis potiùs Corregionalibus utiles eſſent, de Monaſterio receſſiſſent. Sed falſum eſt, ſponte abierunt, ſponte deſerüerunt, nobis, quantum potuimus, pro eorum ſalute renitentibus.

*Idem, de Opere Monachorum, cap. 17.*

Quid enim agant qui operari corporaliter nolunt, cui rei vacent ſcire deſidero. Orationibus inquiunt, & pſalmis & lectioni & verbo Dei. Sancta planè vita & in Chriſti ſuavitate laudabilis: ſed ſi ab his avocandi non ſumus, nec manducandum eſt, nec ipſæ eſcæ quotidiè præparandæ, ut poſſint apponi & aſſumi. Si autem ad iſta vacare Servos Dei certis intervallis temporum ipſius infirmitatis neceſſitas cogit, cur & Apoſtolicis præceptis obſervandis aliquas partes temporum putamus? Citiùs enim exauditur una obedientis oratio, quàm decem millia contemptoris. Cantica verò divina cantare, etiam manibus operantes, facile poſſunt, & ipſum laborem tanquam divino Celeümate conſolari. An ignoramus opifices, quibus vanitatibus & plerumque etiam turpitudinibus Theatricarum fabularum donent corda & linguas ſuas cùm manus ab opere non recedant? Quid ergò impedit Servum Dei manibus operantem in lege Domini meditari & pſallere nomini Domini Altiſſimi: ità ſanè ut ad ea diſcenda, quæ memoriter recolat, habeat ſepoſita tempora? Ad hoc enim & illa bona opera fidelium, ſubſidio ſupplendorum neceſſariorum deeſſe non debent, ut horæ quibus ad erudiendum animum ità vacatur, ut illa opera corporalia geri non poſſint, non opprimant egeſtate. Qui autem ſi dicunt vacare lectioni, nonne illîc inveniunt quod præcipit Apoſtolus? Quæ eſt iſta ergò perverſitas lectioni nolle obtemperare, dùm vult ei vacare, & ut quod bonum eſt diutiùs legatur, ideò facere nolle quod legitur? Quis enim neſciat tantò citiùs quemque proficere cùm bona legit, quantò citiùs facit quod legit.

*Idem cap. 18.*

Si autem alicui ſermo erogãdus eſt, & ità occupatur ut manibus operari non vacet, nunquid hoc omnes in Monaſterio poſſunt, venientibus ad ſe ex alio genere vitæ fratribus, vel divinas lectiones exponere, vel de aliquibus lectionibus ſalubriter diſputare? Quandò ergò non omnes poſſunt, cur ſub hoc obtentu omnes vacare volunt: quanquam etſi omnes poſſent, viciſſim facere deberent, non ſolùm ne cæteri à neceſſarijs operibus occuparentur, ſed etiam quia ſufficit ut audientibus pluribus unus loquatur. Deinde ipſi

Apoſtolo quomodò vacaret operari manibus ſuis, niſi ad erogandum verbum Dei certa tempora conſtitueret.

*Idem, cap. 21.*

Iſti autem Fratres noſtri temerè ſibi arrogant quantùm exiſtimo, quòd ejuſmodi habeant poteſtatem. Si enim Evangeliſtæ ſunt, fateor habent: ſi Miniſtri altaris, diſpenſatores Sacramentorum, benè ſibi iſtam non arrogant, ſed planè vendicant poteſtatem.

*Chryſoſtomus de Sacerdotio lib. 6. cap. 5.*

Verùm ſi conferre quis volet inſtituti illius ſudores, cum rectè adminiſtrato Sacerdotio, certè tantum eſſe inter illa duo diſcrimen comperiet, quantum eſt privatum inter & Regem intervallum. Nam illîc quicquam magnoperè laborandum, tamen labor concertatióque hujuſmodi corporis, atque animi communis eſt, ſeu, ut veriùs dicam, labor hujuſmodi, majori quidem ex parte corporis conſtitutione abſolvitur. Quod quidem niſi valens fuerit, animi promptitudo in ſeipsâ vertitur, ac veluti ſolivaga & jejuna manet, non habens quemadmodum in opus exeat. Quippe contento ſtudio jejunare, humi decubare, advigilare, illoto eſſe corpore, multùm ſudare, & cætera id genus, quæ Monachi ad durandum affligendumque corpus ſibi exercenda proponunt, ſtatim omnia depereunt, niſi corpus quod ad caſtigandum eſt, ſufferendis afflictionibus illis par fuerit. Hîc verò nudâ ſimplicis animi arte opus eſt, ac certè tali quæ corporis habitudine nihil indigeat, ut ſuam ipſius virtutem prodat. Quid enim nobis præſidij corporis robur ad id conferre poſſit, ut neque præfracti, neque iracundi, neque procaces ſimus, ſed ſobrij potiùs, caſti, honeſti, alijſque animi virtutibus inſtructi, per quas Beatus Paulus optimi Sacerdotis imaginem numeris ſuis omnibus abſolutam eſſe voluit? quod ipſum itidem dicere non poſſis de eâ virtute quam Monachus præſtare debet.

*Concilium Chalcedonenſe, can. 2.*

Si quis verò mediator tam turpibus, & nefandis datis, vel acceptis extiterit: ſiquidem Clericus fuerit, proprio gradu decidat; ſi verò Laïcus, aut Monachus, anathematizetur.

*Idem, Conc. can. 8.*

Qui verò audent evertere hujuſcemodi formam quocumque modo, nec proprio ſubjiciuntur Epiſcopo: ſiquidem Clerici ſunt, canonum correptionibus ſubjacebunt; ſi verò Laïci, vel Monachi fuerint, communione priventur.

*Siricius Papa, Epiſt. 1.*

Monachos quoque, quos tamen morum gravitas, & vitæ, ac fidei inſtitutio ſancta commendat, Clericorum officiis aggregari & optamus, & volumus: ita ut qui intra triceſimum ætatis annum ſunt, in minoribus per gradus ſingulos creſcente tempore promoveantur ordinibus, & ſic ad diaconatûs, vel Preſbyterij inſignia maturæ ætatis conſecratione perveniant, nec ſtatim ſaltu ad Epiſcopatûs culmen aſcendant, niſi in his eadem, quæ ſingulis dignitatibus ſuperiùs præfiximus, tempora fuerint cuſtodita.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Innocentius Primus, Epiſt. 17.*

De Monachis, qui diù morantes in Monaſteriis poſteà ad Clericatûs ordinem pervenerint, non debere eos à priore propoſito deviare. Aut enim ſicut in Monaſterio fuit, & quod diù ſervavit, in meliori gradu poſitus amittere non debet. Aut ſi corruptus poſteà baptizatus in Monaſterio ſedens, & ad Clericatûs ordinem accedere voluerit, uxorem omninò habere non poterit: quia nec bene dici cum ſponsâ poteſt jam antè corruptus. Quæ forma ſervatur in Clericis maximè, cùm vetus regula hoc habeat, vt quiſque corruptus baptizatus Clericus eſſe voluiſſet, ſponderet ſe uxorem omninò non ducere.

*Leo Papa, Epiſt. 62.*

Illud quoque dilectionem tuam convenit præcavere, ut præter eos, qui ſunt Domini Sacerdotes, nullus ſibi jus docendi & prædicandi audeat vindicare: ſive ſit ille Monachus, ſive ſit Laïcus, qui alicujus ſcientiæ nomine glorietur. Quia etſi optandum eſt, ut omnes Eccleſiæ filij quæ recta & ſana ſunt, ſapiant: non tamen permittendum eſt, ut quiſquam extrà Sacerdotalem ordinem conſtitutus, gradum ſibi prædicatoris aſſumat, cùm in Eccleſiâ Dei omnia ordinata eſſe conveniat, ut in uno Chriſti corpore & excellentiora membra ſuum officium impleant, & inferiora ſuperioribus non reſultent.

*Idem, Epiſt. 63.*

Adjicientes & illud quod nobis propter improbitatem Monachorum quorumdam religionis veſtræ verbo mandaſtis per Vicarios Noſtros, & hoc ſpecialiter ſtatuentes, ut præter Domini Sacerdotes nullus audeat prædicare, ſeu Monachus, ſive ille ſit Laïcus, cui cujuſlibet ſcientiæ nomine glorietur. Quas tamen litteras, pro utilitate univerſalis Eccleſiæ, per prædictum fratrem & Coëpiſcopum noſtrum Maximum, ad omnium volumus pervenire notitiam: & ob hoc hic nolumus earum exemplar adjicere, quia quæ prædicto fratri injunximus, non dubitamus implenda.

*Idem, Epiſtolâ 82.*

Vt autem imperialis eſt (ut diximus) poteſtatis, tumultus publicos ac ſeditiones ſacrilegas ſeveriùs coërcere: ita auctoritatis eſt Sacerdotalis, Monachis prædicandi aliquam contra fidem licentiam non præbere; & omni virtute reſiſtere, ne ea, quæ ad Sacerdotes pertinent, ſibi audeant vindicare. Vnde miramur, Fratrem Thalaſium Epiſcopum, quod Georgio neſcio cui qui præſumendo illicita, & propoſitum Monachi & nomen amiſit, ſcribendi vel prædicandi aliquam permiſerit facultatem. Ad quem Epiſcopum (ſi dilectioni tuæ viſum fuerit) ex hac parte competentia ſcripta mittamus.

*Gelaſius Papa, Epiſt. 2.*

Priſcis igitùr pro ſui reverentiâ manentibus conſtitutis, quæ ubi nulla vel rerum, vel temporum perurget anguſtia, regulariter convenit cuſtodiri, eatenùs Eccleſiis, quæ vel cunctis ſunt privatæ miniſtris, vel ſufficientibus uſquè adeò diſpoliatæ ſervitijs, ut plebibus ad ſe pertinentibus divina mu-

nera ſupplere non valeant, tàm inſtituendi, quàm promovendi Clericalis officij ſic ſpatia diſpenſanda concedimus, ut ſi quis etiam de religioſo propoſito, & diſciplinis Monaſterialibus eruditus ad Clericale munus accedat, inprimis ejus vita præteritis acta temporibus inquiratur, vel ſi nullo gravi facinore probatur infectus, ſi ſecundam non habuit fortaſſis uxorem, nec à marito relictam ſortitus oſtenditur, ſi pœnitentiam publicam fortaſſis non geſſit, nec vllâ corporis parte vitiatus apparet, ſi ſervili, aut originariæ non eſt conditioni obnoxius, ſi curiæ jam probatur nixibus abſolutus, ſi aſſecutus eſt literas, ſine quibus vix fortaſſis oſtiarij poſſit implere miniſterium, ut ſi his omnibus, quæ ſunt prædicta, fulcitur, continuo Lector, vel notarius, aut certè defenſor effectus poſt tres menſes exiſtat Acolytus, maximè ſi huic ætas etiam ſuffragatur, ſexto menſe Subdiaconi nomen accipiat, ac ſi modeſtæ converſationis, honeſtæque voluntatis exiſtit, nono menſe ſit Diaconus, completóque anno ſit Preſbyter, cui tamen quod annorum fuerunt interſtitia conlatura, ſancti propoſiti ſponte ſuſcepta doceatur præſtitiſſe devotio.

*Ex Regula S. Benedicti, cap. 62.*

Si quis Abbas ſibi Preſbyterum vel Diaconum ordinare petierit, de ſuis eligat, qui dignus ſit Sacerdotio fungi. Ordinatus autem caveat elationem, aut ſuperbiam: nec quidquam præſumat, niſi quod ei ab Abbate præcipitur; ſciens ſe multò magis diſciplinæ regulari ſubditum: nec occaſione Sacerdotij obliviſcatur regulæ obedientiam & diſciplinam; ſed magis ac magis in Deum proficiat. Locum verò illum ſemper attendat, quo ingreſſus eſt Monaſterio, præter officium altaris: & ſi fortè electio congregationis, & voluntas Abbatis, pro vitæ merito eum promovere voluerit. Qui tamen regulam à Decanis vel præpoſitis conſtitutam ſibi ſervandam ſciat; quod ſi aliter præſumpſerit, non ut Sacerdos, ſed ut rebellis judicetur. Et ſæpè admonitus, ſi non correxerit etiam, Epiſcopus adhibeatur in teſtimonium. Quod ſi nec ſic emendaverit, clareſcentibus culpis projiciatur de Monaſterio: ſi tamen talis fuerit ejus contumacia, ut ſubdi aut obedire regulæ nolit.

*Ex Regula S. Aureliani. cap. 46.*

Nullus honorem Preſbyterij aut Diaconatus accipiat, præter Abbatem ſi voluerit ordinari Preſbyterum, & unum Diaconem, & Subdiaconem, quos ipſe voluerit, & quando voluerit, ordinandi habeat poteſtatem. Si verò Deo propitio ita proficeretis, ut aliquis ex vobis ad Epiſcopatum expetatur, ipſe ſolus egrediatur.

*S. Gregorius, Epiſt. 61. lib. 4.*

Omnipotenti Deo reus eſt, qui Sereniſſimis Dominis in omne quod agit, & loquitur, purus non eſt. Ego autem indignus pietatis veſtræ famulus, in hac ſuggeſtione neque ut Epiſcopus, neque ut ſervus jure rei publicæ, ſed jure privato loquor: quia Sereniſſime Domine, ex illo jam tempore Dominus meus fuiſti, quando adhuc Dominus omnium non eras. Longino viro clariſſimo ſtratore veniente Dominorum legem ſuſcepi, ad quam fatigatus tunc

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tunc ægritudine corporis, & reſpondere nihil valui, in quâ Dominorum pietas ſanxit, ut quiſquis publicis adminiſtrationibus fuerit implicatus, ei ad Eccleſiaſticum officium venire non liceat. Quod valdè laudavi, evidentiſſimè ſciens: quia qui ſæcularem habitum deſerens, ad Eccleſiaſtica officia venire feſtinat, mutare vult ſæculum, non relinquere. Quòd verò in eâdem lege dicitur, ut ei in Monaſterio converti non liceat; omninò miratus ſum, dum & rationes ejus poſſint per Monaſterium fieri: & agi poteſt ut ab eo loco in quo ſuſcipitur, ejus quòque debita ſolvantur. Nam etſi quiſquam devotâ mente converti voluiſſet, priùs res malè ablatas redderet, & de ſuâ animâ tantò veriùs, quantò expeditior cogitaret.

*Idem. Epiſt. 27. lib. 5.*

Indicavit nobis Fraternitas Tua ſe non habere Presbyteros, & ex causâ neceſſitatem non modicam ſuſtinere. Et quia in quibuſdam Monaſterijs in ſuâ Parœciâ conſtitutis quoſdam eſſe Monachos perhibet, qui ad hoc apti poſſint eſſe officium, & eos ſecum noſtrâ auctoritate ad hunc poſtulat ordinem promoveri: propterea præſentibus vobis licentiam damus Epiſtolis, Monachos de Monaſterijs in tuâ Parœciâ poſitis cum conſenſu Abbatis ſui tollere, & Presbyteros ordinare. Sed illud præ omnibus eſtote ſolliciti, ut vitam actùſque horum qui in hoc ſunt officio conſtituendi, ſubtiliter debeatis inquirere, & tunc eos, ſi digni fuerint, ordinare. Si verò aliqua in eis culpa cælaverit, quæ hos ad hunc ordinem Canonicâ prohibitione provehi non permittat, nullius vobis ſupplicatio aut gratia perſonæ ſurrepat, ut talibus debeatis manum imponere, ne, quod abſit, hic honor, & illis pœna, & vobis incipiat eſſe peccatum.

*Concilium Cabilonenſe 2. ad ann. 813. cap. 22.*

De Abbatibus verò & Monachis idcircò hîc pauca ſcribimus, quia penè omnia Monaſteria regularia in his regionibus conſtituta, ſecundùm regulam S. Benedicti ſe vivere fatentur. Quæ B. Benedicti documenta per omnia demonſtrant qualiter eis vivendum ſit. Inquiratur ergò diligenter, ubi ſecundùm ipſum ordinem vivitur, & ubi ab ipſo ordine digreſſum eſt, ut juxtà ejuſdem Beati Viri inſtitutionem vivere certent, qui ſe, ut ità viverent, cum atteſtatione profeſſi ſunt.

*Concilium Moguntinum can. 11.*

Abbates autem cenſuimus ità cum Monachis ſuis pleniter vivere, ſicut ipſi qui in præſenti Synodo aderant, palàm nobis omnibus promiſerunt, id eſt, ſecundùm doctrinam Sanctæ Regulæ Benedicti, quantùm humana permittit fragilitas.

*Idem C. can. 12.*

Ac deinde decrevimus, ſicut Sancta Regula dicit, ut Monaſterium, ubi fieri poſſit, per Decanos ordinetur: quia illi præpoſiti ſæpè in elationem incedunt, & in laqueum Diaboli. Hoc tamen omninò volumus, ut Monachi ad ſæcularia placita nullatenùs veniant, neque ipſe Abbas ſine conſilio Epiſcopi ſui: & cum neceſſitas exigit, tunc per juſſionem & conſilium Epiſcopi illuc vadat; nequaquam tamen contentiones aut lites aliquas ibi movere

præſumat : ſed quicquid quærendum , vel etiam reſpondendum ſit , per Advocatos ſuos hoc faciat. Abbates & Monachi uſque ad interrogationem ſilentium habeant : & cùm interrogantur cum humilitate & reverentiâ reſpondeant : alias quærelas omninò devitent : in eorum Clauſtro permaneant, nullùſque ex eis foràs vadat, niſi per neceſſitatem ab Abbate mittatur in obedientiam. Nec foràs manducent , neque bibant ſinè permiſſione Abbatis , nec ad convivia ſæcularia vadant.

*Ex vitâ S. Nili Monachi apud Baronium ad annum 991.*

Venit itàque Beatus Nilus ad Palatium Aloaræ. Quæ cùm illum vidiſſet, tremens facta, procedit ad pedes ejus , errorem ſuum confitendo , ut veniam obtineret. Ille verò cùm ipſam ſublevaſſet : ne facias hoc , dixit , quoniam ego etiam homo ſum peccator , nec habeo facultatem ligandi & ſolvendi : vade ad Epiſcopos , qui hæc judicare poſſunt , & quodcùnque tibi dixerint illi facito. Illa verò reſpondit : Epiſcopis peccatum meum confeſſa ſum , & illi præceperunt mihi , ut Pſalterium legem ter in hebdomadâ , & eleemoſynas facerem indigentibus.

*Yvo Carnot. Epiſt. 36.*

Ad hoc enim prædictus Abbas modis omnibus nitebatur , ut prædictæ Eccleſiæ Prioratus ei à Domino Papâ concederetur. Quod Dominus Papa nobis reclamantibus, & libertatem Clericorum pro poſſe noſtro defendentibus, facere noluit : præcavens , ſicut ipſe dicebat, ne ſub hâc occaſione prædictus Abbas Clericos moliretur excludere , & Monachos ſuos intrudere. Clericorum autem ordini publicam infertis injuriam , qui Monachorum Ordinem ad tàm ruïnoſam ſuperbiam erigitis,ut Clericos eis ſubjugare ſtudeatis : quorum tanta debet eſſe excellentia , ut ſecundùm B. Auguſtinum , vix etiam bonus Monachus bonum Clericum faciat. Sed quia Clericus iſta dixit de Clericis, audiamus Monachum dicentem de Monachis. Dicit enim Hieronymus : Monachus non docentis , ſed dolentis habet officium. Et alibi : Clerici oves paſcunt , ego paſcor. Et alibi : ſi cupis eſſe quod diceris Monachus, id eſt ſolus , quid facias in urbibus ? quæ utique non ſunt ſolorum habitacula, ſed multorum. Habet unumquòdque propoſitum Principes ſuos. Et ut ad noſtra veniamus, Epiſcopi & Preſbyteri habeant ad exemplum Apoſtolos & Apoſtolicos viros , quorum honorem poſſidentes habere nitantur & meritum. Nos autem habeamus propoſiti noſtri Principes Paulos , Antonios, Iulianos ; Hilarios , Macharios. Et alibi : Mihi oppidum carcer , & ſolitudo Paradiſus eſt. Quid deſideramus urbium frequentiam , qui de ſingularitate cenſemur ? poſſemus in hunc mundum multa colligere de privilegio Clericorum , & ſubjectione Monachorum , niſi vitaremus prolixitatem Epiſtolæ. Nec tamen iſta dicendo , Monachorum Religioni detrahimus : immò ut veri Monachi ſint , id eſt , ut verè ſingularem ſectentur vitam , totâ mente deſideramus. Laudamus quidem eos , & Beatos eſſe profitemur , ſi non tranſgrediantur terminos à Patribus ſuis poſitos : & tunc magis eſſe Beatos , cùm ſubeſſe magis ſtuduerint quàm præeſſe, cùm humilitas & obedientia ſit eorum ſumma provectio , ambitio verò & ſuperbia lamentabilis dejectio.

*Bernard. Epiſt. 61.*

Peccatori huic, quem ad nos peccatores ob animæ ſuæ conſilium, veſtra, ut ipſe perhibuit, dirigere curavit dignatio, nihil ad præſens ſanius conſulere in prōptu habuimus, quàm ut ad ſinum paternæ pietatis rediret, & ex ore Sacerdotis legem requireret. Nos enim noſtræ parvitatis & officij menſuram attendentes, nec nos ultrà nos extendentes, dare pœnitentiam maximè in criminalibus nulli hominum præſumere omninò ſolemus, niſi ſolis quos in noſtram curam ſuſcepimus. Quânamque temeritate tractanda Epiſcoporum negotia, & hujuſmodi negotia peccatores & imperiti ſuſcipiemus, qui ipſi quòque ſicut & cæteri hominum quotiens gravior aliqua cauſa inter nos oboritur, quam per nos diffinire aut neſcimus, aut nequimus, aut non audemus: Epiſcopali ut dignum eſt, ſententiæ reſervamus: & niſi ſummi priùs Sacerdotis vel judicio, vel conſilio, confirmati, ſecuri non ſumus? Provideatur igitur morbida novi à proprio Paſtore, & tali Paſtore, qui Canones non ignorat, congruâ pœnitentiæ medicinâ: ne ſi in peccato, quod abſit, anima pro quâ Chriſtus mortuus eſt moriatur, ſanguinem ejus de manu veſtrâ Summus Paſtor requirat. Verùm nos Deo illi inſpirante mundum relinquere perſuaſimus: ſi tamen homo ſenex & pauper in aliquo ſe recipi intrà Diœceſim veſtram Sanctorum Conventu, veſtro obtinere potuerit interventu. Plenum vos dierum ſuſcipiat dies una illa melior in atrijs Domini ſuper millia, Sancte ac Venerabilis Pater.

*DES DROITS DV ROY ET DV Royaume, des Libertez & des Immunitez de l'Egliſe Gallicane.*

DE REGIS AC REGNI juribus, libertatibus ac immunitatibus Eccleſiæ Gallicanæ.

*Epiſt. Dedic.*

Dix-neuviéme Propoſition de Iacques de Vernant.

D'Ou vient que ſi les Roys de la terre ſont bien ſouvent foibles d'eux-meſmes : Le Souverain Pontife eſt dans cét état, qu'ayant une puiſſance veritablement divine, le grand nombre des fideles ne l'augmente point, comme le petit nombre ne diminuë rien de ſa grandeur, &c.

*VNde ſi Reges terreni, ex ſe ipſis plerùmque imbecilles ſunt: Pontifex maximus ut potentiâ certè divinâ pollens, ita ſe habet, ut ex fidelium multitudine vix amplificetur; vix & minuatur ex paucitate, &c.*

p. 370. Voila donc l'authorité du Pape ſi clairement prouvée ſur le ſujet que nous traitons, que les Eſprits raiſonnables ſeroient perſuadez de la verité, ſi les ennemis du Siege Apoſtolique ne taſchoient d'intereſſer les Princes, publiant que le Souverain Pontife doit proceder en France ſelon les droits & les Privileges de l'Egliſe Gallicane. Ces bons perſonnages qui paroiſſent ſi zelez, ne pretendent rien moins que maintenir l'authorité du Roy & les privileges du Royaume ; mais ils veulent jetter la pomme de diſcorde entre les deux Princes, oppoſans la Monarchie temporelle à la ſpirituelle, pour ruiner la Religion ſous le faux pretexte de conſerver l'Eſtat ; lequel n'eſt point offencé: & aprés ils voudront renverſer le gouvernement de l'Eſtat ſous ombre de rétablir la Religion, & ainſi faiſant profit de ſa diviſion, ils ſe retireront de la dépendance du Pape & du Roy.

p. 120. Sur tout ce diſcours je fais quatre briéves reflexiōs, la premiere, &c. la ſeconde, &c. & la troiſiéme, &c. Si Ieſus-Chriſt nous parle par la bouche (*de noſtre S. Pere le Pape*) nous devons écouter ſa voix avec le reſpect & la ſoûmiſſion que nous rendrions à Noſtre Seigneur, s'il vivoit parmy nous. Enfin que nous devons obeïr à ce qu'il commande ſans demander raiſon de ce qu'il fait & de ce qu'il ordonne, croyant pour certain qu'il ne peut nous tromper, ny eſtre trompé, puis qu'il eſt conduit par l'Eſprit de Dieu.

CENSVRE.

Ces propoſitions ſont reſpectivement injurieuſes aux Roys, ſeditieuſes & contraires aux veritables libertez de l'Egliſe Gallicane.

*CENSVRA.*

*Hæ propoſitiones ſunt reſpectivè Regibus injurioſæ, ſeditioſæ, & Germanis Eccleſiæ Gallicanæ Libertatibus contrariæ.*

# AVTHORITATE SACRÆ SCRIPTVRÆ, Conciliorum, Sanctorum Patrum Eccleſiæ, & veterum Theologorum confirmatur Cenſuræ veritas.

## *Pro decimâ nonâ Propoſitione.*

*Sanctus Paulus, Epiſt. ad Rom. cap. 13.*

Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: non eſt enim poteſtas niſi à Deo: quæ autem ſunt, à Deo ordinatæ ſunt. Itàque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt. Ideò neceſſitate ſubjecti eſtote, non ſolùm propter iram, ſed etiam propter conſcientiam: ideò enim tributa præſtatis, Miniſtri enim Dei ſunt, in hoc ipſum ſervientes.

*S. Petrus, Epiſt. 1. cap. 2.*

Subjecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſive Regi, quaſi præcellenti; ſive Ducibus tanquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum: quaſi liberi, & non quaſi velamen habentes militiæ libertatem, ſed ſicut ſervi Dei. Regem honorificate, ſervi ſubditi eſtote in omni timore Dominis, non tantùm bonis & modeſtis, ſed etiam diſcolis.

*Athenagoras in Apologia pro Chriſtianis ad Imp. Aurelium Antoninum & L. Aurelium Commodum.*

Neque idola redarguere ego mihi propoſui: ſed ut calumnias refellam, religionis noſtræ rationes expono. Vos quidem in ſummâ Imperij Majeſtate, adeò conjunctis animis orbem gubernatis, ut indè cœleſtis etiam Regni contemplationem clariùs animo quis complecti queat. Vt vobis enim Patri & Filio in poteſtate ſunt omnia *Regno divinitùs in vos collato ( Regis enim anima, inquit Spiritus Propheticus, in manu Dei eſt)* ſic uni Deo & Filio ejus, hoc eſt verbo inſeparabili, ſubjecta ſunt omnia.

*S. Theophilus Patriarcha Antiochenus contrà Chriſtianæ Religionis Calumniatores ad Autholycum.*

Quæ cum ita ſint magis honorabo *Regem, ſive Cæſarem*, non tamen eum adorando, verùm *pro eo orando Deum*, qui verè verus Deus eſt, adorabo, *ſciens Cæſarem ab ipſo eſſe ordinatum.* Dices ergò mihi: quare Regem, ſive Cæſarem adorare recuſas? *Quia non ad id inſtitutus eſt ut adoretur, ſed ut legitimo, qui ipſi congruit, honoretur honore.* Rex enim, ſive Cæſar, Deus non eſt; ſed meminerit ſe eſſe hominem à Deo in hanc dignitatem promo-

tum, non ut adoretur, ſed ut juſtè, *quemadmodum juſtitia exigit*, judicet. Nam Regnum ſive Imperium, rerùmque adminiſtratio ipſi à Deo commiſſa & demandata eſt. *Hinc Cæſar ſive Rex, neminem ſubjectorum aut Regem aut Cæſarem appellari vult.* Regium enim ſive Cæſareum nomen *ipſi ſoli* competit, nec alius id vendicare audet... Regem quidem ſive Cæſarem honora, honora, inquam, magnâ cum benevolentiâ, *ſubjectus ei exiſtens, & orans pro eo.* Hæc enim faciens, Dei voluntatem exequeris. Nam divinæ legis hic tenor eſt: honora fili mi Deum & Regem, *nec cuiquam* eorum inobediens ſis. Subitò enim hoſtes ſuos ulciſcentur.

*Iuſtinus Martyr Apologiâ 2.*

Cæterùm eos qui minùs conſentaneam præceptis ejus agunt vitam, Chriſtianique tantummodò dicuntur, à vobis quòque puniri rogamus. Vectigalia ſanè & collatiònes eis qui à vobis ſunt ordinati exactoribus, præ omnibus ubique inferre contendimus: quemadmodùm ab eo ſumus inſtituti. Illo nàmque tempore accedentes quidam, percunctati ſunt ex illo, an Cæſari vectigalia pendere oporteat? qui reſponſum hoc ab eo retulere: dicite (inquit) mihi, cujus imaginem nummus habet? qui ubi dixiſſent, Cæſaris: Reddite igitur, aït, quæ Cæſaris ſunt, Cæſari: & quæ Dei, Deo. Proinde nos ſolum Deum adoramus, & vobis in rebus alijs læti inſervimus; Imperatores ac Principes hominum eſſe profitentes; & ſimùl peccantes, ut cum Imperiali poteſtate ſanam quòque mentem obtinere comperiamini. Quod ſi nos hæc ità precantes, atque omnia noſtra in propatulum proferentes, non curaveritis, aut reſpexeritis: nihil nos quidem capiemus detrimenti, credentes, ac potiùs certò perſuaſum habentes, unum pro ſe quémque pro factorum ſuorum meritis pœnas per ignem perpetuum daturum, juxtáque analogiam & comparationem acceptæ à Deo poteſtatis, rationem ab eo exactum iri, ſicuti Chriſtus indicavit dicens: Cui plus contulit Deus, plus etiam repoſcet ab eo.

*S. Irenæus adverſus hæreſes, lib. 5. cap. 24.*

De diaboli perpetuo mendacio. Poteſtatibus, quibus non parere oportet, atque imperiis terrenis, quatenùs à Deo, non autem à Diabolo conſtituantur, *cap. 24.* Sicut ergò in principio mentitus eſt, ita & in fide mentiebatur, dicens: Hæc omnia mihi tradita ſunt, & cui volo, do ea, non enim ipſe determinavit hujus ſæculi regna, ſed Deus. *Regis enim cor, in manu Dei.* Et per Salomonem autem ait verbum; Per me Reges regnant, & poteſtates tenent juſtitiam. Per me Principes exaltantur, & Tyranni terræ. Et Paulus Apoſtolus hoc ipſum ait, Omnibus poteſtatibus ſublimioribus ſubjecti eſtote: non eſt enim poteſtas niſi à Deo. Quæ autem ſunt, à Deo diſpoſitæ ſunt. Et iterùm de ipſis ait; Non enim ſine cauſâ gladium portat, Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei qui malè operatur. Quoniam hæc autem non de Angelicis poteſtatibus, nec de inviſibilibus Principibus dixit, quomodo quidem audent exponere, *ſed de his quæ ſunt ſecundùm homines poteſtates,* ait: propter hæc enim & tributa præſtatis, *miniſtri enim Dei ſunt*, in hoc ipſum ſervientes. Hoc autem Dominus confirmavit, non faciens quidem quod à diabolo ſuadebatur: tributorum autem exactoribus, jubens pro ſe,

& pro Petro dare tributum. Quoniam miniſtri Dei ſunt, in hoc ipſum deſervientes Quoniam enim abſiſtens à Deo homo, in tantum efferavit, ut etiam conſanguineum, hoſtem ſibi putaret, & in omni inquietudine, & homicidio, & avaritia ſive timore verſaretur, impoſuit ille Deus humanum timorem, (non enim cognoſcebant timorem Domini) ut poteſtati hominum ſubjecti, & lege eorum aſtricti, aliquid aſſequantur juſtitiæ, & moderentur ad invicem in manifeſto poſitum gladium timentes, ſicut Apoſtolus ait. Non enim ſine cauſâ gladium portat: Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei qui malé operatur. Et propter hoc & *ipſi magiſtratus indumentum juſtitiæ leges habentes:* Quæcùmque juſtè & legitimè fecerint, de his non interrogabuntur, neque pœnas dabunt. Quæcùmque autem ad everſionem juſti, inique & impiè contra legem, & more Tyrannico exercuerint, in his & peribunt juſto judicio Dei, ad omnes æqualiter perveniente, & in nullo deficiente. Ad utilitatem ergò Gentilium, *terrenum regnum poſitum eſt à Deo,* ſed non à Diabolo, qui nunquam omninò quietus eſt, imò qui nec ipſas quidem gentes *vult in tranquillo agere,* ut timentes regnum humanum, *non ſe alterutrum homines vice piſcium conſumant,* ſed per legum poſitiones repercutiant multiplicem gentilium injuſtitiam. Et ſecundùm hoc *Miniſtri Dei ſunt,* qui tributa exigunt à nobis, *in hoc ipſum ſervientes, quæ ſunt poteſtates, à Deo ordinatæ ſunt. Manifeſtum eſt quoniam mentitur Diabolus, dicens; Mihi tradita ſunt, & qui volo, do ea. Cujus enim juſſu homines naſcuntur, hujus juſſu & Reges conſtituuntur, apti his qui in illo tempore ab ipſis regantur.*

*Tertulianus lib. ad Scapulam, cap. 1.*

Sic & circà Majeſtatem Imperatoris infamamur, tamen nunquam Albiniani, nec Nigriani, vel Caſſiani inveniri potuerunt Chriſtiani: ſed ijdem ipſi qui per genios eorum in pridie uſque juraverant, qui pro ſalute eorum hoſtias & fecerant & voverant, qui Chriſtianos ſæpe damnaverant, hoſtes eorum ſunt reperti. Chriſtianus nullius eſt hoſtis, nedum Imperatoris: quem ſciens à Deo ſuo conſtitui, neceſſe eſt ut & ipſum diligat, & revereatur, & honoret, & ſalvum velit, cum toto Romano imperio, quouſque ſæculum ſtabit, tamdiù enim ſtabit. Colimus ergò & Imperatorem ſic, quomodo & nobis licet, & ipſi expedit, ut hominem à Deō ſecundum, & quicquid eſt, à Deo conſecutum, ſolo Deo minorem. Hoc & ipſe volet. Sic enim omnibus major eſt, dum ſolo vero Deo minor eſt. Sic & ipſis diis major eſt, dum & ipſi in poteſtate ſunt ejus. Itàque & ſacrificamus pro ſalute Imperatoris, ſed Deo noſtro & ipſius: ſed quo præcepit Deus, purâ prece. Non enim eget Deus conditor univerſitatis odoris, aut ſanguinis alicujus.

*Ejuſdem in Apologetico adversùs Gentes, cap. 29. & 30.*

Ideò ergò committimus in majeſtatem Imperatorum, quia illos non ſubjicimus rebus ſuis? quia non ludimus de officio ſalutis ipſorũ, qui eam non putamus in manibus eſſe plumbatis? ſed vos Religioſi qui eam quæritis ubi non eſt, petitis à quibus dari non poteſt, præterito eo, in cujus poteſtate eſt. Inſuper eos debellatis qui eam ſciunt petere, qui etiam poſſint impetrare, dùm ſciunt petere. Nos enim pro ſalute Imperatorum Deum invocamus æternum,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Deum verum Deum vivum, quem & ipſi Imperatores propitium ſibi præter cæteros malunt. Sciunt quis illis dederit Imperium, ſciunt quà homines, quis & animam, ſentiunt eum Deum eſſe ſolum, in cujus ſolius poteſtate ſunt, à quo ſunt ſecundi, poſt quem primi, ante omnes, & ſuper omnes Deos. Quidni? cum ſuper omnes homines, qui utique vivunt & mortuis antiſtant. Recogitant quouſque vires Imperij ſui valeant, & ita Deum intelligunt, adversùs quem valere non poſſunt, per eum valere ſe cognoſcunt. Cœlum denique debellet Imperator, Cœlum captivum triumpho ſuo invehat, cœlo mittat excubias: cœlò vectigalia imponat. Non poteſt: ideò magnus eſt, quia cœlo minor eſt. Illius enim eſt ipſe, cujus & Cœlum eſt, & omnis creatura. Inde eſt Imperator, unde & homo antequam Imperator, inde poteſtas illi, unde & Spiritus.

*Idem, cap. 31.*

Adulati nunc ſumus Imperatori, & mentiti vota quæ diximus ad evadendam ſcilicet vim. Planè proficit iſta fallacia. Admittitis enim nos probare quodcùmque defendimus. Qui ergo putaveris nihil nos de ſalute Cæſarum curare, inſpice Dei voces, litteras noſtras, quas neque ipſi ſupprimimus, & plerique caſus ad extraneos transferunt. Scito ex illis præceptum eſſe nobis, ad redundantiam benignitatis etiam pro inimicis Deum orare, & perſecutoribus noſtris bona precari. Qui magis inimici & perſecutores Chriſtianorum, quàm de quorum majeſtate convenimur in crimen? ſed etiam nominatim atque manifeſtè, orate, inquit, pro Regibus, & pro Principibus, & Poteſtatibus, ut omnia tranquilla ſint vobis. Cum enim concutitur Imperium; concuſſis etiam cæteris membris ejus utique & nos (licet extranei à turbis) in aliquo loco caſus invenimur.

*Idem, cap. 32.*

Nos judicium Dei ſuſcipimus in Imperatoribus qui gentibus illos præfecit; Id in eis ſcimus eſſe, quod Deus voluit, ideòque & ſalvum volumus eſſe quod Deus voluit, & pro magno id juramento habemus.

*Idem, cap. 33.*

Sed quid ego ampliùs de Religione atq; pietate Chriſtianâ in Imperatoré? quem neceſſe eſt ſuſcipiamus, ut eum quem Dominus noſter elegit. Vt meritò dixerim, Noſter eſt magis Cæſar, ut à noſtro Deo conſtitutus, itàque in eo plus ego illi operor in ſalutem, quod non ſolùm ab eo poſtulo eam, qui poteſt præſtare, aut quod talis poſtulo, qui merear impetrare, ſed etiã quod tẽperans majeſtatem Cæſaris infrà Deum, magis illum cõmendo Deo, cui ſoli ſubjicio; ſubjicio autem, cui non adæquo. Non enim Deum Imperatorem dicam, vel quia mẽtiri neſcio, vel quia illũ deridere non audeo, vel quia nec ipſe ſe Deum volet dici, ſi homo ſit. Intereſt hominis, Deo cedere. Satis habeat appellari Imperator. Grande & hoc nomen eſt quod à Deo traditur. Negat illum Imperatorem, qui Deum dicit: niſi homo ſit, non eſt Imperator. Hominem ſe eſſe etiam triumphans in illo ſublimiſſimo curru admonetur. Suggeritur enim ei à tergo, Reſpice poſt te, hominem memento te. Et utique hoc magis gaudet tantâ ſe gloriâ coruſcare, ut illi admonitio conditionis ſuæ ſit neceſ-

ſaria. Minor erat, ſi tunc Deus diceretur, quia non verè diceretur. Major eſt qui revocatur, ne ſe Deum exiſtimet.

*Tertullianus ad Scapulam cap. 1.*

Chriſtianus nullius eſt hoſtis *Nedum Imperatoris:* quem *ſciens à Deo ſuo* cõſtitui, neceſſe eſt, ut & ipſum diligat & revereatur, & honoret, & ſalvum velit, cum toto Romano Imperio, quouſque ſæculum ſtabit; tãdiu enim ſtabit. Colimus ergò & Imperatorem ſic, quomodo & nobis licet, & ipſi expedit, ut *hominem à Deo ſecundum, & quicquid eſt à Deo cõſecutum, & ſolo Deo minorem.* Hoc & ipſe volet Sic enim omnibus major eſt, dùm *ſolo vero Deo minor eſt.*

*Origenes in Epiſt. ad Romanos cap. 13. lib. 9.*

Si verò nondum tales ſumus, ſed communis adhuc anima eſt in nobis quæ habeat aliquid hujus mundi, quæ ſit in aliquibus alligata negotijs, huic præcepta Apoſtolus ponit, & dicit, ut ſubjecta ſit poteſtatibus mundi. Quia & Dominus dixit, ut hi qui habent in ſe ſuperſcriptionem Cæſaris, reddant Cæſari quæ ſunt Cæſaris. Petrus & Ioannes nihil habebant quod Cæſari redderent. Dicit enim Petrus, Aurum & argentum non habeo. Qui hoc non habet, nec Cæſari habet quod reddat, nec unde ſublimioribus ſubjaceat poteſtatibus. Qui verò habet aut pecuniam aut poſſeſſiones, aut aliquid in ſæculo, audiat: Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubjaceat. Non eſt poteſtas niſi à Deo Dicet fortaſſe aliquis: Quid ergò? Et illa poteſtas quæ ſervos Dei perſequitur, fidem impugnat, religionem ſubvertit, à Deo eſt? Ad hoc breviter reſpondebimus. Nemo eſt qui neſciat quòd & viſus nobis à Deo donatus eſt, & auditus & ſenſus. Quùm ergò hæc à Deo in poteſtate noſtrâ ſint, tamen uti viſu vel ad bona, vel ad mala poſſumus: ſimiliter & auditu, & motu manuum, & cogitatione ſenſûs, & in hoc juſtum judicium Dei eſt, quòd his quos ad uſus ille bonos dedit, nos abutimur ad impia & iniqua miniſteria. Ità ergò & poteſtas omnis à Deo data eſt ad vindictam quidem malorum, laudem verò bonorum, ſicut idem Apoſtolus in ſubſequentibus dicit. Erit autem juſtum judicium Dei ergà eos, qui acceptam poteſtatem, ſecundùm ſuas impietates, & non ſecundùm divinas temperant leges: & ideò dicit: Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit: qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt. Non hic de illis poteſtatibus dicit quæ perſecutiones inferunt fidei: ibi enim dicendum eſt, Deo oportet obtemperare magis quàm hominibus: ſed de iſtis communibus dicit quæ non ſunt timori boni operis, ſed mali. Quibus utique qui reſiſtit, ipſe ſibi damnationem pro geſtorum ſuorum qualitate conquirit. Vis autem non timere poteſtatem? Bonum fac, & habebis laudem ex illâ. Dei enim miniſter eſt tibi in bonum.

Ideòque neceſſitate ſubditi eſtote non ſolùm propter iram, ſed etiam propter conſcientiam. Ideò enim & tributa penditis. Miniſtri enim Dei ſunt in hoc ipſum inſtantes. Ordinat quidem per hæc Paulus Eccleſiam Dei, ut nihil adverſi Principibus & poteſtatibus ſæculi gerens, per quietem & tranquillitatem vitæ, opus juſtitiæ & pietatis exerceat. Si enim ponamus, verbi gratiâ, credentes Chriſto poteſtatibus ſæculi non eſſe ſubjectos, tributa non reddere, nec vectigalia penſitare, nulli timorem, nulli honorem deferre, nónne per

hæc Rectorum & Principum meritò in ſemetipſos arma converterent, & perſecutores quidem ſuos excuſabiles, ſemetipſos verò culpabiles redderent? Non enim jam fidei, ſed contumaciæ cauſâ impugnari viderentur: & eſſe eis cauſa quidem mortis, meritum verò mortis indignum. Hæc ergò Paulus per immenſam ſapientiam providens dicit: Reddite ergò omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. Nemini quicquam debeatis, niſi ut invicem diligatis.

*Dionyſius Alexandrinus Epiſcopus apud Euſebium, lib. 7. cap. 10.*

Verùm verba quæ ab utriſque ultrò citróque habita ſunt, uti fuerunt à quibuſdam in Commentarios relata accipitote. Dionyſio & Fauſto, & Maximo, & Marcello, & Chæremoni in Concilium introductis, Æmilianus qui præfecturam gerebat, ſic locutus eſt: Vobiſcum jam coràm abſque ſcripto, jubet differere, de Imperatorum Dominorum noſtrorum humanitate, atque clementiâ quam ergà vos declarant. Nam ſalutis veſtræ ac vitæ poteſtatem vobis fecerunt, modò ad id quod eſt ſecundùm naturam, velitis vos ipſos convertere: & Deos, qui illorum regnum ſervant incolume, ſanctè adorare: eorũ autem penitùs obliviſci Deorum, qui naturæ repugnare videantur. Quid igitur ad iſta reſpondetis? Neque enim vos ingratos fore arbitror, cùm tanta benignitas ab illis ſit vobis oſtentata: quandoquidem ad res meliores vos amicè & benevolè cohortantur. Dionyſius reſpondit: non omnes colunt omnes Deos, ſed ſinguli ſingulos pro arbitratu. Nos proinde unum Deum omnium rerum fabricatorem, qui Valeriano & Galieno Cæſaribus Auguſtis, Viris Sanctiſſimis Imperium largitus eſt, & colimus, & veneramur. Huic etiam ſine intermiſſione pro eorum regno, ut ſtabile & firmum maneat, præces adhibemus.

*Athanaſ. ad Imperatorem Conſtantium Apologiâ.*

Quàpropter dùm te contemplatus fuiſſem in illo, illúmque in te in tui ſimilitudine agnoviſſem, qui fieri potuiſſet, ut illi maledicere ſuſtinerem, aut hoſti illius litteras mittere, ac non potiùs pro tuâ ſalute voces precéſque fundere, quod & feci. Hujus rei teſtis eſt: primùm Dominus qui exaudivit te, & largitus eſt tibi integrum à majoribus tuis relictum Imperium, teſtéſque ſunt, qui tùm adfuerunt, fœliciſſimus Dux Ægypti, Ruffinus item & Stephanus, quorum ille Catholicus, iſte autem ibidem Magiſter erat, & alterius comes, & Palladius tùm palatij magiſter, Antiochus & Evagrius, Præfecti Sericorum. Nihil aliud enim dixi, quàm precemur pro ſalute Religioſiſſimi Imperatoris Conſtantij, & ſtatim univerſus populus unâ voce acclamavit, Chriſte auxiliare Conſtantio, & magnâ cum perſeverantiâ has præces continuavit.

*Athanaſ. ad Solit. vitam agentes Epiſtolâ. Hoſius Conſtantio Imperat. S. P. D.*

Tibi Deus Imperium commiſit, nobis, quæ ſunt Eccleſiæ, concredidit; & quemadmodùm qui tuum Imperium malignis oculis carpit, contradicit ordinationi divinæ, ità & tu cave, ne quæ ſunt Eccleſiæ ad te trahens, magno crimini obnoxius fias: Date (ut ſcriptum eſt) quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ Dei, Deo. Neque igitur fas eſt nobis in terris imperium tenere, néque

TuThymiatum & ſacrorum poteſtatem habes Imperator. Hæc quidem ob curam tuæ ſalutis ſcribo, & de ijs quæ in Epiſtolis ſcribis, hanc meam ſententiam accipe.

*Epiſtola Synodalis Concilij Ariminenſis ad Auguſtum Conſtantium.*

Dei juſſu, tuóque pio edicto olim dogmatibus tradita ita eſſe, ut tradita ſunt credimus. Nam Ariminum ex omnibus ad Occidentem civitatibus in unum convenimus, ut fides Catholicæ Eccleſiæ cognoſceretur, & qui alterius opinionis eſſent, manifeſti fierent, ibique poſt longam deliberationem optima viſa eſt ea fides, quæ hactenùs uſque à priſcis temporibus perduravit, quam & Prophetæ, & Evangelia, & Apoſtoli per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum prædicaverunt, qui eſt tui Imperij cuſtos, & tuæ valetudinis defenſor.

*Optatus Milevitanus lib. 3.*

Quem enim latet præter te, quia peregrinus es, & potuerunt tibi falſa narrari: aut quis negare poteſt, rem, cui tota Carthago principaliter teſtis eſt, Imperatorem Conſtantem, Paulum & Macarium primitùs non ad faciendam unitatem miſiſſe, ſed cum eleemoſynis: quibus ſublevata per Eccleſias ſingulas poſſit reſpirare, veſtiri, paſci, gaudere paupertas. Qui cùm ad Donatum, Patrem tuum, venirent, & quare venerant, indicarent: ille ſolito furore ſuccenſus in hæc verba prorupit: *Quid eſt Imperatori cum Eccleſiâ?* & de fonte levitatis ſuæ, multa maledicta effudit: non minùs quàm in Gregorium aliquandò, ad quem ſic ſcribere minimè dubitavit: *Gregori macula Senatus, & dedecus Præfectorum*, & cætera talia: Cui Donato Præfectus patientiâ Epiſcopali reſcripſit. Harum Epiſtolarum exemplaria multorum ore ubique cantantur. Iam nunc meditabatur contrà præcepta Apoſtoli Pauli poteſtatibus & Regibus injuriam facere, pro quibus, ſi Apoſtolum audiret, quotidie rogare debuerat Sic enim docet B. Apoſtolus Paulus, *Rogate pro Regibus & poteſtatibus, ut quietam & tranquillam vitam cum ipſis agamus.* Non enim Reſpublica eſt in Eccleſiâ, ſed Eccleſia in Republicâ eſt, id eſt, in Imperio Romano. Quod Libanum appellat Chriſtus in Canticis Canticorum, cùm dicit, *Veni Sponſa mea, veni à Libano*, id eſt, de Imperio Romano, ubi & ſacerdotia ſunt, & pudicitia & virginitas, quæ Barbaris gentibus non ſunt: & ſi eſſent, tuta eſſe non poſſent. Meritò Paulus docet, orandum eſſe pro Regibus & Poteſtatibus: etiamſi talis eſſet Imperator, qui gentiliter viveret. Quantò quòd Chriſtianus, quantò quòd Deum timens, quantò quòd Religioſus, quantò quòd miſericors, ut ipſa res probat? Miſerat enim ornamenta domibus Dei, miſerat pauperibus eleemoſynam, nihil Donato.

Carthagini Principatum ſe tenuiſſe crediderat, & cùm ſuper Imperatorem non ſit niſi ſolus Deus, qui fecit Imperatorem, dùm ſe Donatus ſuper Imperatorem extollit, jam quaſi hominum exceſſerat metas, ut ſe, ut Deum, non hominem æſtimaret, non verendo eum, qui poſt Deum ab hominibus timeatur.

*Chryſoſt. in Epiſt. ad Rom, cap. 13. homil. 23.*

Intereà verò eas rationes quas commemoravi, non movet: ſed eas quæ poteſtatibus ex debito obedire jubent, oſtendens quòd iſta imperentur omnibus & Sacerdotibus & Monachis; non ſolùm ſæcularibus: id quod ſtatim in ipſo exordio declarat, cùm dicit omnis anima poteſtatibus ſupereminentibus ſubdita ſit, etiamſi Apoſtolus ſit, ſi Evangeliſta, ſi Propheta, ſive quiſquis tandem fueris, nèque enim pietatem ſubvertit iſta ſubjectio. Et non ſimpliciter dicit, obediat, ſed ſubdita ſit. Eſt autem prima conſtitutionis hujus juſtitia, quæ à fidelibus cogitationibus ac mentibus ſatis & decora & honeſta, nimirùm quòd à Deo ordinata ſint iſta. Non enim eſt poteſtas, niſi à Deo.

*Chryſoſt. in Epiſt. ad Rom. cap. 13. Hom. 23.*

Non enim gratuitò dat, qui hoc fecerit. Debitum ſiquidem eſt res iſta. Quòd ſi non feceris, perfidi pœnas dabis. Neque ſanè putes Chriſtianæ Philoſophiæ dignitatem extenuari ac lædi, ſi præſente Principe honoris gratiâ exurrexeris, ſive caput detexeris. Si enim iſta Paulus tùm cùm Gentiles adhuc eſſent Principes, præcepit: multò magis oportet ea fidelibus exhibere. Quòd ſi majora tibi concredita eſſe dixeris, diſce non nunc honoris tui tempus eſſe. Peregrinus enim hic eſt, & advena. Tempus erit quo omnibus apparebis illuſtrior. Nunc verò vita tua abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Quandò Chriſtus comparuerit, tunc & vos comparabitis in gloria. Ne quæras ergò in præſenti ac fragili vitâ retributionem. Sed etiam ſi cum timore ut te principi ſiſtas opus ſit, non putes ex eo cognominationem tuam dehoneſtari. Deus enim iſta exigit, ut creatus ab eo Princeps vires ſuas habeat. Quòd ſi enim qui nihil mali ſibi conſcius eſt, cum timore apud judicem comparet, multò magis qui malè facit, ab eo terrebitur: tu verò eò eris illuſtrior. Neque enim extenuatio ex eo eſt quod Principi honorem ſuum reddis, ſed magis ex eo, quod illum negligendo contemnis. Et ipſe Princeps eò te magis ſuſcipiet, Dominúmque tuum, etiamſi incredulus fuerit, hoc nomine glorificabit. Nemini quicquam debetis, niſi ut invicem diligatis.

*Auguſt. de Civitate Dei, lib. 4. cap 33.*

Deus igitur ille fœlicitatis author & dator, quia ſolus eſt verus Deus, ipſe dat regna terrena & Bonis & Malis. Neque hoc temerè & quaſi fortuitu, quia Deus eſt, non fortuna, ſed pro rerum ordine ac tempore occulto nobis, notiſſimo ſibi: cui tamen ordini temporum non ſubditus ſervit, ſed eum ipſe tanquam Dominus regit, moderatórque diſponit: fœlicitatem verò non dat niſi bonis. Hanc enim poſſunt habere & non habere ſervientes: poſſunt & non habere & habere regnantes. Quæ tamen plena in eâ vitâ erit ubi. Iam nemo ſerviet ulli: & ideò regna mundi hujus, Deus bonis & malis communiter præſtat, ne boni ea tanquam Dei magna munera concupiſcant. Et ideò regna terrena & bonis ab illo dantur & malis: ne ejus cultores adhuc in provectu animi parvuli, hæc ab eo munera quaſi magnum aliquid concupiſcant. Et hoc eſt Sacramentum veteris Teſtamenti, ubi occultum erat novum: quod illic promiſſa & dona terrena ſunt intelligentibus & tunc ſpiritalibus, quamvis nondùm in manifeſtatione prædicantibus, & quæ illis temporalibus

rebus ſignificaretur æternitas, & in quibus Dei donis eſſet vera fœlicitas.

*Auguſt. de Civitate Dei ad Marcellinum, lib. 5. cap. 21.*

Quæ cùm itâ ſint, non tribuamus dandi Regni atque Imperij poteſtatem, niſi Deo vero, qui dat fœlicitatem in Regno Cœlorum non niſi ſolis pijs: regnum verò terrenū, & pijs, & impijs, ſicut ei placet, qui nihil injuſtè placet. Quamvis enim aliquid diximus quod apertum nobis eſſe voluit, tamen multum eſt ad nos, & valdè ſuperat vires noſtras, hominum occulta diſcutere, & liquido examine merita dijudicare regnorum. Ille igitur unus verus Deus, qui nec judicio, nec adjutorio deſerit genus humanum, quandò voluit, & quantùm voluit Romanis regnum dedit: qui dedit Aſſyrijs, vel etiam Perſis: à quibus ſolos duos Deos coli, unum bonum, alterum malum continent litteræ iſtorum, ut taceam de populo Hæbræo, de quo jam dixi, quantùm ſatis viſum eſt, qui præter unum Deum non coluit, & quando regnavit. Qui ergò Perſis dedit ſegetes, ſine cultu Deæ ſegetiæ: quia alia dona terrarum ſine cultu tot Deorum, quos iſti rebus ſingulis ſingulos, vel etiam rebus ſingulis, plures præpoſuerunt, ipſe etiam regnum dedit ſine cultu eorum, per quorum cultum ſe iſti regnaſſe crediderunt. Sic etiam hominibus, qui Mario ipſe Caïo Cæſari, qui Auguſto ipſe & Neroni, qui Veſpaſianis, vel patri, vel filio ſuaviſſimis Imperatoribus, ipſe & Domitiano crudeliſſimo. Et ne per ſingulos ire neceſſe ſit, qui Conſtantino Chriſtiano, ipſe Apoſtatæ Iuliano, cujus egregiam indolem decepit amore dominandi ſacrilega & deteſtanda curioſitas, cujus vanis deditus Oraculis erat, quandò fretus ſecuritate victoriæ, naves quibus victus neceſſariùs portabatur, incendit. Deinde fervidè inſtans immodicis auſibus & mox meritò temeritatis occiſus, in locis hoſtilibus egenum reliquit exercitum, ut aliter inde non poſſet evadi, niſi contrà illud auſpicium Dei Termini, de quo ſuperiore libro diximus, Romani Imperij termini moverentur. Ceſſit enim terminus Deus neceſſitati, qui non ceſſerat Iovi. Hæc planè Deus unus & verus regit & gubernat ut placet. Et ſi occultis cauſis nunquid injuſtis.

*Fulgentius Epiſc. Ruſpenſis ad Traſymundum Regem, lib. 1. cap. 2.*

Quocircà cùm pro noſtrâ fide, in quantùm facultatem divinitùs accepimus, liberè reſpondemus, nullâ contumaciæ ſeu contumeliæ debemus ſuſpicione notari: cùm hæc noſtræ humilitatis, *Nec regiæ ſimus dignitatis immemores*, ſciamúſque Deo timorem, *honorem Regibus exhibendum, Apoſtolicâ itâ nos præmonente doctrinâ*; Reddite omnibus debita, *Et paulò poſt*, cui timorem, timorem, cui honorem, honorem. Hujus timoris honoriſque manifeſta nobis B. Petrus aperuit diſcretione notitiam, dicens; Sicut ſervi Dei omnes honorate, fraternitatem diligite; Deum timete, *Regem autem honorificate.* Non autem parùm Clementiæ Tuæ dilectionis exhibet & honoris, quiſquis interroganti tibi hoc reſpondet, quod ad fidem pertinet veritatis. Competens igitur Manſuetudini Tuæ deferimus honoris obſequium, *Cui Regalis apicem culminis divinâ cernimus largitate* collatum. Nec tamen quemquam ſapientem fugit, quantò ſempiternus ille Rex Regum & Dominus Dominantium timore debeat ſuſpici, *qui temporales etiam Reges præcipit honora-*

*ri* hunc ſi quis parùm metuit, valdè contemnit : hujus qui non memorat honorificentiam, auget injuriam.

*Idem lib. 3. ad Thraſymundum Regem cap. 36.*

Oramus Deum ut aures Clementiæ Tuæ verbo veritatis placidas reddat, & pio cordi tuo lumen ſapientiæ ſpiritalis infundat, aut filium *Dei Deum* Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſic honorifices, ſicut honorificas Patrem. Meretur enim hoc à te, ut eum qui te fecit Patre tuo meliorem, Patri ſuo ſecundùm divinam naturam fatearis æqualem. Quæſo, Glorioſe Rex, ut in te conſideres largitatem divini muneris, & poteſtatem non minuas largitoris, ut qui *tibi temporale donavit Regnum, donec etiam ſempiternum.* Ipſe enim dicit : eos qui me glorificant glorificabo. Quod ipſa Trinitas faciat, quæ unus & verus eſt *Deus*, qui poteſt omnia facere ſuprà quam petimus aut intelligimus. Ex ipſo enim & per ipſum ſunt omnia. Ipſi gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

*Epiſt. 16. Pelagij Papæ 1. ad Childebertum Francorum Regem.*

Domino Filio Glorioſiſſimo atque Præcellentiſſimo Childeberto Regi, Pelagius Epiſc.

Humani generis Salvator, ac Dominus diſcipulos ſuos docens, aït : Non eſt voluntas Patris veſtri, qui in cœlis eſt ; ut unus ſaltem pereat de puſillis: de quibus nec ſcandalizari quemquam ſine magnâ aſſerit comparatione ſupplicij. Cùm igitur etiam de puſillis iſta forma præcepti ſit : quantò nobis ſtudio ac labore ſatagendum eſt, ut pro auferendo ſuſpicionis ſcandalo obſequium Confeſſionis noſtræ Regibus miniſtremus, quibus nos etiam ſubditos eſſe ſanctæ Scripturæ præcipiunt?

*Carolus Calvus Epiſt. ad Hadrianum 2. Papam*

Vnde ſicut vobis reſcripſimus, & nunc iterùm vobis ſcribere non piguit, ſed exigente causâ neceſſarium eſt, quia Reges Francorum ex regio genere nati, non Epiſcoporum vice Domini, ſed terræ Domini hactenùs fuimus computati : & ut Leo ac Romana Synodus ſcripſit, Reges & Imperatores quos terris divina potentia præcepit præeſſe, jus diſtinguendorum negotiorum Epiſcopis ſanctis juxtà divalia conſtituta permiſerunt, non autem Epiſcoporum villici extiterunt. Et S. Auguſtinus dicit, jura Regum poſſidentur poſſeſſiones, non autem per Epiſcopale Imperium Reges villici fiunt, auctoréſque Epiſcoporum. Et Dominus, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari : & quæ ſunt Dei, Deo reddi præcipit, qui etiam cenſum Regi reddidit. Et Apoſtolus voluit ſerviri Regibus, voluit honorari & non conculcari Reges, *Regem*, inquit, *honorificate.* Et iterùm, *omnis*, inquiens, *anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Reddite ergò omnibus debita.* Et paulò ſuperiùs, *Ideò neceſſitate ſubditi eſtote, non ſolùm propter iram, ſed & propter conſcientiam.* Et ſi revolueritis regeſta deceſſorum ac prædeceſſorum veſtorum, talia mandata ſicut habentur in litteris ex nomine veſtro nobis directis per Actardum Epiſcopum, deceſſores noſtros à deceſſoribus veſtris accepiſſe nullatenùs invenietis. Vnde pauca de pluribus vobis ſcribere neceſſarium duximus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Nicolaus* 1. *Epiſt. ad Michaëlem Imp.*

Fuerunt hæc antè adventum Chriſti, ut quidam typicè Reges ſimul & Sacerdotes exiſterent. Quod ſanctum Melchiſedech fuiſſe ſancta prodit Hiſtoria, quódque in membris ſuis diabolus imitatus: ( utpotè qui ſemper quæ divino cultui conveniunt, ſibimet tyrannico ſpiritu vindicare contendit ) ut Pagani Imperatores ijdem & Maximi Pontifices dicerentur.

Sed cùm ad verum ventum eſt, ultrà ſibi nec Imperator jura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatorium uſurpavit: quoniam idem mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus ſic actibus proprijs, & dignitatibus deſtinatis officia poteſtatis utriúſque diſcrevit, propriâ volens medicinali humilitate ſursùm efferri, non humanâ ſuperbiâ rursùs in infernum † demergi, ut & Chriſtiani Imperatores pro æternâ vitâ Pontificibus indigerent, & Pontifices pro curſu temporalium tantummodò rerum Imperialibus legibus uterentur, quatenùs ſpiritalis actio carnalibus diſtaret incurſibus, & ideò militans Deo minimè ſe negotijs ſæcularibus implicaret, ac viciſſim non ille rebus divinis præſidere videretur, qui eſſet negotij ſæcularibus implicatus.

*Bernard. de Conſideratione lib. 3. cap. 4.*

Erras, ſicut ſummam, ità & ſolam inſtitutam à Deo veſtram Apoſtolicam poteſtatem exiſtimas. Si hoc ſentis, diſſentis ab eo qui aït: *Non eſt poteſtas niſi à Deo.* Proinde quod ſequitur: *Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit*, Et ſi principaliter pro te facit, non tamen ſingulariter. Denique idem aït: *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit.* Non aït, ſublimiori, tanquàm in uno: ſed ſublimioribus, tanquàm in multis.

*Concilium Nicanum 1. can. 6.*

Antiqua conſuetudo ſervetur per Ægyptum, Lybiam, & Pentapolim, ità ut Alexandrinus Epiſcopus horum omnium habeat poteſtatem. Quia & urbis Romæ Epiſcopo par illis mos eſt. Similiter autem & apud Antiochiam, cæteráſque Provincias, ſuis privilegia ſerventur Eccleſijs.

*Concil. Carthaginenſe 6. Epiſt. ad Bonifacium Papam.*

Hæc utique uſque ad adventum veriſſimorum exemplariorum Nicæni Concilij inſerta geſtis ſunt, quæ ſibi, quemadmodùm ipſo, quod apud nos Fratres, ex Apoſtolicâ Sede directi, alligaverunt, commonitorio continentur. Eóque ordine, vel apud vos in Italiâ cuſtodirentur, nullo modo nos talia, qualia commemorata jam nolumus, vel tolerare cogimur: ſed credimus adjuvante miſericordiâ Domini Dei noſtri, quòd Tuâ Sanctitate Romanæ Eccleſiæ præſidente, non ſumus jam iſtum Typhum paſſuri. Et ſervabuntur ergà nos, quæ nobis etiam non diſſerentibus cuſtodiri debeant. Cùm fraternâ charitate, quæ ſecundùm ſapientiam atque juſtitiam, quam tibi donavit Altiſſimus, etiam ipſe perſpicis eſſe ſervanda, ſi fortè aliter ſe habent Canones Concilij Nicæni. Quamvis plurimos codices legeremus, ſed nuſquam in Nicæno Concilio, in Latinis codicibus legimus, quemadmodùm in ſuprà dicto commonitorio, inde directa ſunt. Tùm quia in nullo codice Græco ea potuimus invenire, ex Orientalibus Eccleſijs, ubi perhibentur eadem

decreta poſſe etiam authentica reperiri, magis nobis deſideramus afferri.

*Concilium Carthaginenſe 6. Epiſt. ad Cœleſtinum Pap.*

Præfato itáque debitæ ſalutationis officio, impendio deprecamur, ut deinceps ad veſtras aures hinc venientes non faciliùs admittatis, nec à nobis excommunicatos in communionem ultrà velitis excipere: quia hoc etiam Nicæno Concilio definitum facilè adverteret venerabilitas tua. Nam & ſi de inferioribus Clericis, vel Laïcis videtur ibi præcaveri, quantò magis hoc de Epiſcopis voluit obſervari: ne in ſuâ Provinciâ à Communione ſuſpenſi à tua ſanctitate præproperè, vel indebitè videantur communioni reſtitui. Presbyterorum quóque & ſequentium Clericorum improba refugia, ſicut te dignum eſt, repellat ſanctitas tua, quia & nullâ Patrum definitione hoc Eccleſiæ derogatum eſt Africanæ.

*Concil. Epheſinum, can. 8.*

Sedet ſi quis invaſerit, & ſibi pervim ſubmiſerit, eam reddat, ne ſanctorum Patrum Canones tranſiliantur, nec ſub Sacerdotalis muneris prætextu ſæcularis poteſtatis faſtûs ſubeat, nec libertatem paulatim imprudentes amittamus, quam nobis proprio ſanguine dedit Dominus Ieſus Chriſtus, omnium hominum liberator. Sanctæ ergò & univerſali Synodo viſum eſt, ut unicuíque Provinciæ pura & inviolata ſervantur jura, quæ ab initio de multis retrò annis habet, ſecundùm conſuetudinem quæ jam olim ſervata, poteſtatem habente unoquóque Metropolitano, actorum exemplaria ad ſuam ſecuritatem accipere. Si quis autem conſtitutionem aliquam ijs quæ nunc definita ſunt, repugnantem attulerit, eam quóque eſſe irritam viſum eſt toti ſanctæ & univerſali Synodo.

*Gregorius Epiſt. ad Auguſtinum Cantuarienſem, cap. 3.*

Novit fraternitas tua Romanæ Eccleſiæ conſuetudinem, in quâ ſe meminit enutritam. Sed mihi placet, ut ſive in Romanâ, ſive in Gallicanarum*, ſeu in quâlibet Eccleſiâ aliquis inveniſti quod plus omni potenti Deo poſſit placere, ſolicitè eligas, & in Anglorum Eccleſia, quæ adhuc ad fidem nova eſt, inſtitutione præcipuâ quam de multis Eccleſijs colligere potuiſti, infundas. Non enim pro locis res, ſed pro bonis rebus, loca amanda ſunt. Ex ſingulis ergò quibúſque Eccleſijs, quæ pia, quæ religioſa, quæ recta ſunt, elige: & hæc quaſi in faſciculum collecta apud Anglorum mentes in conſuetudinem depone.

* *al.* Gallicanorum.

*Hincmarus in tractatu 55. Capitul. cap. 25.*

Animadvertenda igitur eſt diſcretio ex verbis B. Gelaſij inter Synodalia Concilia, & Apoſtolicorum virorum Epiſtolas, quas antè Concilia celebratâ diverſis temporibus, pro diverſorum Patrum conſolatione dederunt, quáſque venerabiliter ſuſcipiendas dicit: ſi quæ ſunt autem Concilia à Sanctis Patribus inſtituta poſt quatuor Conciliorum auctoritatem, cuſtodienda & obſervanda decreverit. Vnde item idem in decretis ſuis dicit, Patres, inquit, noſtri Catholici, doctíque Pontifices, in unaquâque hæreſi quolibet tempore ſuſcitatâ, quicquid pro fide, pro veritate, pro communione Catholicâ atque Apoſtolicâ, ſecundùm ſcripturarum tramitem, prædicationemque

tionémque majorum, factâ ſemel congregatione ſanxerunt, in convulſum voluerunt deinceps firmùmque conſtare, nec in eâdem causâ denuò quæ præfixa fuerant retractari quâlibet recenti præſumptione permiſerunt. Quantùm enim diſtet inter illa ſcilicet Concilia, quæ cuſtodienda & recipienda decrevit, & inconvulsâ firmâque deinceps Patres Catholici manere voluerunt, & illas Epiſtolas, quæ diverſis temporibus, pro diverſorum conſolatione datæ fuerunt, quas venerabiliter ſuſcipiendas dicit, nemo in dogmatibus Eccleſiaſticis exercitatus ignorat. Si enim quædam ex his, quæ in quibuſdam illis Epiſtolis continentur, tenere & cuſtodire velle inceperimus, contra alia plurima illarum Epiſtolarum facere incipiemus. Et rursùs, ſi alia contrà quæ feceramus, tenere & cuſtodire inceperimus, adversùs ea quæ anteà ſervare voluimus, faciemus, & à Concilijs ſacris, quæ perpetuò nobis recipienda, tenenda, ac cuſtodienda, atque ſequenda ſunt, deviabimus.

*Idem Epiſt. 41. ad Hadrianum 2. Papam.*

Et neſcio quomodò ipſius Regis, vel inter quos habito, præſentiam & Communionem vel conſortium valeam devitare, cùm Rex & cohabitantes mecum unà cum Rege, non ſolùm in Parochiam, verùm & in civitatem meam ſæpè conveniant, & ibi tamdiù ſicut Regi complacet degant, & cum tantâ multitudine, tàm de regno quod anteà habuit, quàm & de Regno quod Lotharius habuit, necnon de alijs Regnis ad eum confluentibus, ſicut miſſi veſtri viderunt, & hoc quam ſæpè illi videtur, in civitate meâ ſuſtineo, qui Eccleſiam & plebem mihi commiſſam deſerere, & aliorsùm ut mercenarius non valeo fugere, nec quò extrà Regnum ejus fugiam habeo: ſed regio cultu eo recepto, de Eccleſiaſticis facultatibus, ſicut præcipit & quandiù præcipit, illi & ſibi obſequentibus ſervio, ut quietè, ſecundúm quod inſtat tempus, cum mihi commiſſis degere poſſim. Dicit enim hâc poteſtatem ſuos deceſſores habuiſſe, quam ipſe nullius interdictione dimittet. Quæ omnia ſuprà & infrà dicta, ſicut non ad accuſandum, ſic nec ad excuſandum in advocatione præfati Regis depromo, ætatem enim habet, ipſe de ſe loquatur, néque ad reſiſtendum veſtræ auctoritati, néque ad contradicendum veſtræ præceptioni, ſed conſulendum qualiter nos Epiſcopi, & ego præcipuè, in quem tantam comminationem intentaſtis, ergà Regem noſtrum gerere debeamus, cùm B. Auguſtinus Apoſtoli exponens ſententiam dicat, Apoſtolica, inquit, doctrina, ut omnis anima ſublimioribus poteſtatibus ſubdita ſit, & ut reddantur omnibus omnia, cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal, & cætera, ſalvo Domini noſtri cultu, conſtitutionis humanæ Principibus reddamus, quandò & ipſe Dominus, ut nobis hujus ſacræ doctrinæ præberet exemplum, pro capite hominis, quo erat indutus, tributum ſolvere non dedignatus eſt. Iubentur etiam ſervi Chriſtiani & fideles boni dominis ſuis temporalibus æquanimiter fideliterque ſervire, quos judicaturi ſunt, ſi uſque in finem iniquos invenerint, aut cum quibus regnaturi ſunt, ſi & illi ad verum Deum converſi fuerint. Omnibus tamen præcipitur ſervire humanis poteſtatibus atque terrenis, quoúſque poſt tempus præfinitum, ab iſtius ſæculi confuſione, tanquam de captivitate Babyloniæ, ſicut Hieruſalem libe-

retur Eccleſia. Ex cujus captivitatis occaſione, ſi etiam terreni Reges, deſertis Idolis, pro quibus perſequebantur Chriſtianos, unum verum Deum & Chriſtum Dominum cognoverint & colant, pro quibus Paulus Apoſtolus jubet orare Eccleſiam, cùm perſequerentur Eccleſiam, ut ſecuram & tranquillam vitam agamus cum omni pietate & caſtitate, ſicut & ille populus in Babyloniam ductus per Hieremiam jubetur orare pro Rege Babyloniæ, & B. Petrus dicit: *Subjecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Dominum, ſive Regi, quaſi præcellenti.* Et item, *Dominum timete, Regem honorificate.* Omni humanæ creaturæ, inquit Doctor ſagaciſſimus, omni dignitati hominum, omni perſonæ, omni Principatui, cui vos divina diſpoſitio ſubdi voluerit. Hoc eſt enim quod ait: *Propter Dominum, quia non eſt poteſtas, niſi à Deo, & qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit.* Et item Sanctus Auguſtinus in Sermone Evangelij Ioannis, leguntur, inquit, leges manifeſtæ, ubi præceperunt Imperatores, eos qui præter Catholicæ Eccleſiæ Communionem uſurpant ſibi nomen Chriſtianum, nec volunt in pace colere pacis auctorem, nihil nomine Eccleſiæ audeant poſſidere. Sed quid, inquiunt, nobis & Imperatori? Sed jam dixi de jure humano agitur: & tamen Apoſtolus voluit ſerviri Regibus, voluit honorari Reges, & dixit: *Regem reveremini.* Noli dicere, quid mihi & Regi? Noli dicere poſſeſſiones tuas, qui & ipſa humana jura renunciaſti, quibus poſſidentur poſſeſſiones. Et ſi per iura Regum poſſidebunt poſſeſſiones, non poſſunt ut Regi de Eccleſiaſticis poſſeſſionibus obſequium non exhibeant, ſicut anteceſſores mei ſuis anteceſſoribus exhibuerunt. Quapropter Domne Pater, reverendiſſimè, conſulite ſecundùm privilegium Sedis veſtræ ſubjectionis noſtræ, nec alia nobis cujuſcúmque ſuggeſtione mandetis, unde inter Epiſcopalem auctoritatem & Regalem poteſtatem, inter Eccleſiam & Rempublicam tantum ſcandalum poſſit oriri, quòd facilè ac ſine diſpendio Religionis, vel detrimento Eccleſiaſticarum rerum, unde ſervi & ancillæ Dei debeant nutriri, & Eccleſiaſtica negotia contineri; poſteà non poſſit ſedari, quia ſicut Abraham dixit ad Dominum: *Abſit hoc à te Domine, non eſt hoc tuum, qui judicas omnem terram.* Et hanc meæ ſubjectionis humillimam ſuggeſtionem eâ benignitate ſuſcipite, quâ primus Apoſtolorum non ſolùm minoris ſui Apoſtoli redargutionem pro ſimulatione ſuſcepit, verùm & minorum ſuorum quæſtionem, cur ad præputiatos intraverit, ſatisfacere ac lenire curavit.

*Carolus Calvus Epiſtolâ ad Hadrianum 2. Papam.*

Et hoc hortamentum, quod in litteris ex nomine veſtro ab Actardo Epiſcopo nobis delatis invenimus, ſcilicet, ut omnia, quæ à Sede Apoſtolicâ nobis veniunt, humili ſemper debeamus intentione recipere, non ſolùm, ut præmiſimus, Evangelicæ veritati, ſed etiam decretis Sanctorum invenitur adverſum.

*Idem in eâdem Epiſtolâ ad Hadrianum 2. Papam.*

Quæ relegentes, licet contrà morem deceſſorum ac prædeceſſorum veſtrorum hoc dictum invenerimus, idest, umbroſum ſæculi typhum inducere in Eccleſiam ſuam, quæ lucem ſimplicitatis & humilitatis diem Domini videre deſiderantibus præfert, tamen de voluntate non dubitavimus, quia hu-

mano animo facilè poteſt ſubripi, quod ex deliberatione conveniat immutari. Sed valdè mirati ſumus, ubi hoc Dictator Epiſtolæ nobis per Actardum Epiſcopum delatæ ſcriptum invenerit, eſſe Apoſtolicâ auctoritate præcipiendum, ut Rex corrector iniquorum, & diſtrictor reorum, ac ſecundùm leges Eccleſiaſticas atque mundanas, ultor criminum, reum legaliter ac regulariter pro exceſſibus ſuis damnatum, ſua fretum potentia Romam dirigat.

*Idem ibidem.*

Nos autem auctoritatem veſtram judicaturam potiùs credimus, ut ea ſequamur, quæ deceſſores ac prædeceſſores veſtri ſecundùm Scripturarum tramitem prædicationémque majorum ſcripſerunt, quàm illa, quæ ſcriptor ſæpè dictæ Epiſtolæ ex nomine veſtro nobis directæ confinxit. Ait enim B. Auguſtinus libro ad Ianuarium, omnia talia, quæ néque ſanctarum Scripturarum auctoritatibus continentur, nec in Concilijs Epiſcoporum ſtatuta inveniuntur, nec conſuetudine univerſalis Eccleſiæ roborata ſunt, reſecanda exiſtimo. Et Sanctus Leo, de his quæ à ſacris Canonibus habentur ità præfixa, & eiſdem Apoſtolicæ Sedis ſunt promulgata decretis, ut nullâ poſſint ratione convelli, conſtituit, ut omni penitùs auctoritate ſit vacuum, quicquid ab illorum fuerit conſtitutione diverſum.

*Idem.*

Quod adhuc noſtris litteris ad exemplum inferre noluimus, donec ſciamus, ſi duritiam mandatorum veſtrorum ergà nos aliter ad benignitatem inflectere poterimus: quia quod ex Apoſtolicæ Sedis nomine, ſecundum ſanctarum Scripturarum tramitem, prædicationémque majorum, & orthodoxorum decreta Scribitur ſequendum & tenendum non ignoramus, & quod ſecùs à quoquam fuerit compilatum ſive confictum, non ſolùm reſpuendum, ſed & redarguendum eſſe cognoſcimus.

*Synodus Remenſis cap. 28. ad annum 983.*

Multa ſuper his Pater Arnulphus publicè locutus eſt, multa cum ſibi tantùm aſſidentibus contulit: quæ ne fortè minus ſuavitatis habeant, ità ſparſim poſita, ut ſunt ab eo prolata, ea in unum colligere maluimus, ut continuata oratio plus utilitatis ſtudioſo lectori conferat. Nos verò, inquit, Reverendiſſimi Patres, Romanam Eccleſiam propter B. Petri memoriam ſemper honorandam decernimus, nec decretis Romanorum Pontificum obviare contendimus: ſalvâ tamen auctoritate Nicæni Concilij, quod eadem Romana Eccleſia ſemper venerata eſt. Statuta etiam ſacrorum Canonum diverſis locis, diverſis temporibus (ſed eodem Dei ſpiritu conditorum) in æternum valere præcipimus, ab omnibus ſervanda cenſemus. Duo autem ſunt, quæ magnoperè à vobis prævideri debent: id eſt, ſi Romani Pontificis ſilentium, aut nova conſtitutio promulgatis legibus Canonum, vel decretis priorum præjudicare poteſt. Si enim ſilentium præjudicat, omnes leges omnia Priorum decreta, eo ſilente ſilere neceſſe eſt: ſi autem nova conſtitutio, quid proſunt leges conditæ, cùm ad unius arbitrium omnia dirigantur, videtis quia de his duabus cauſis admiſſis Eccleſiarum Dei ſtatus periclitatur. Et dùm legibus leges quærimus, nullas omninò leges habemus. Quid ergò? nùm

privilegio Romani Pontificis derogabimus? Minimè. Sed ſi Romanus Epiſcopus is eſt, quem ſcientia & vitæ meritum commendet: nec ſilentium, nec nova conſtitutio metuenda ſunt.

---

*Lettre envoyée par tous les Barons du Royaume de France au College des Cardinaux, quand le Roy appella contre le Pape Boniface VIII. en l'année* 1302.

NOus vous certifions par la teneur de ces lettres aucunes mauvaiſes & outrageuſes nouvelletez, qu'il a de nouvelles entrepriſes à faire à noſtre tres-cher & redouté Seigneur, Philippe, par la grace de Dieu Roy de France, & à tout le Royaume, leſquelles noſtre Sire le Roy fit expoſer entendiblement pardevant nous, & tous les Prelats, les Abbez, les Prieurs, & les Doyens, les Prevots, les Procureurs des Chapitres & des Convents, des Colleges, des Vniverſitez, & des Communautez des Villes de ſon Royaume, preſens devant luy, pour leſquels ſe ils par ſa deſordonnée volonté eſtoient pourſuivies, l'unité & l'amitié devant dites, ſe deferoient & déjoindroient entre ladite Egliſe, & le Roy, & le Royaume, & nous: car nous ne le pourrions, ny ne voudrions ſouffrir en nulle maniere, pour peine, perte, ny meſchief que ſouffrir en deuſſions, en perſonnes, en enfans, en heritages, ny en autres biens. Premiers entre les autres choſes qu'audit Roy noſtre Sire furent envoyez par meſſages, & par lettres, il eſt contenu, que du Royaume de France, que noſtre Sire le Roy, & les Habitans du Royaume, ont toûjours dit eſtre ſujets en temporalité de Dieu tant ſeulement, ſi comme c'eſt choſe notoire à tout le monde, il en devroit eſtre ſujet à luy temporellement, & de luy le devoit, & doit tenir.

---

*Lettres des Prelats & autres Eccleſiaſtiques tant Reguliers que Seculiers du Royaume de France aſſemblez à Paris, au Pape Boniface VIII.*

IN quibus & alijs diverſis gravaminibus, quæ per vos, & Romanam Eccleſiam, ſibi, Regno, & Eccleſiæ Gallicanæ, tàm in reſervationibus, quàm ordinationibus voluntarijs Archiepiſcopatuum, Epiſcopatuum, & collationibus Beneficiorum inſignium dicti Regni, perſoneis, extraneis, & ignotis, & nonnunquam ſuſpectis, nullo tempore reſidentibus in Eccleſiaſticis Beneficijs ſuprà dictis, ex quibus divini cultûs diminutio ſequitur, piæ fundãtium, ſeu donantium, voluntates, propulſo pietatis officio, defraudantur, pauperibus dicti Regni eleemoſynarum largitio conſueta ſubtrahitur, Regni depauperatio provenit, & Eccleſiæ jacturam deformationis incurrunt.

Nos univerſos & ſingulos tàm Prælatos, quàm Barones & alios requiſivit inſtantiùs, præcepit ut Dominus, & rogavit ac precibus inſtitit ut amicus, ut

cùm ad conſervationem libertatis antiquæ, honorum, & ſtatus Regni prædicti, ac incolarum ipſius, & relevationem gravaminum prædictorum, reformationem Regni, & Eccleſiæ Gallicanæ, de noſtro, & Baronum ipſorum conſilio, ad laudem divini nominis, exaltationem Catholicæ fidei, honorem univerſalis Eccleſiæ.

*La Supplication du Peuple de France au Roy contre le Pape Boniface. 8.*

A Vous, tres-noble Prince: noſtre Sire, par la grace de Dieu Roy de France, ſupplie & requiert le peuple, pour ce qu'il luy appartient que ce ſoit fait, que vous gardiez la ſouveraine franchiſe de voſtre Royaume, qui eſt telle, que vous ne reconnoiſſiez de voſtre temporel ſouverain en terre, fors que Dieu, & que vous faſſiez declarer, ſi que tout le monde le ſçache, que le Pape Boniface erra manifeſtement, & fit peché mortel notoirement, en vous mandant par lettres Bullées, qu'il eſtoit voſtre ſouverain de voſtre temporel, & que vous ne pouvez Prebendes donner, ny les fruits des Egliſes Cathedrales vacans retenir, & que tous ceux qui croyent le contraire, il tenoit pour hereges.

*Ex Edicto Caroli ſexti Regis Chriſtianiſſimi.*

Supplicabant igitur humiliter & devotè, quatenùs nos ipſorum deliberationi & concluſioni conformanter adhærentes, ipſas gratas habere, & dictas Eccleſias & viros Eccleſiaſticos noſtrorum Regni & Delphinatus quoad prædicta ad ſuam libertatem antiquam & juris communis diſpoſitionem, quantùm in nobis eſt, reducere, & in eàdem libertate eos conſervare & manu tenere, omnia ad contrarium impedimenta ſubmovendo dignaremur. Nos igitur attendentes, quòd ſicut Sacerdotes debitores ſunt, ut veritatem quam audiverunt à Deo, liberè prædicent: ſic Princeps debitor eſt, ut veritatem quam audivit à Sacerdotibus probatam quidem ſcripturis, defendat fiducialiter, & efficaciter exequatur: habitâ priùs deliberatione maturâ & tractatu diligenti cum pluribus de genere noſtro Principibus alijſque viris notabilibus & famoſis dictorum Prælatorum, & aliorum virorum Eccleſiaſticorum, ac Procuratoris noſtri ſupplicationem, & requeſtam, juſtam, & rationabilem, Sanctorùmque Patrum, & Conciliorum Generalium decretis conformem reputantes, eam in formâ ſicut præmittitur, de noſtrâ certâ ſententiâ duximus admittendam, prædictas deliberationes & concluſiones ratas habentes dictas Eccleſias, & viros Eccleſiaſticos quoad prædicta ad ſuam libertatem antiquam & juris diſpoſitionem reducendos eſſe cenſemus, & quantùm in nobis eſt, reducimus, eoſque in eâdem libertate per nos de cætero manu teneri & conſervari volumus per præſentes.

*Idem.*

Carolus Dei gratiâ Francorum Rex, ad perpetuam rei memoriam, inter Regij laudabiles operas culminis glorioſior ea cenſetur, quæ Eccleſiam jugo ſervitutis depreſſam ſublevari, ſublevatam in libertatis ſede collocari, & collocatam, ſtipatu ambitioſo, atque cupido procul pulſo, perſeveranter conſervari ſatagit, & procurat. Cùm itàque crebris querelis clamoſiſque inſultibus Regni ac Delphinatûs noſtrorum Clero, ac dilectis Pariſienſis ſtudij



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vniverſitate filiâ, & generali Procuratore noſtro, nos incitantibus, ac ſæpè & multùm dudùm ſtimulantibus, necnon fidei obligationem, & juriſjurandi religionem, quibus ad ſtabilitatem obſervationémque jurium, libertatum, & univerſalem ſanctæ matris Eccleſiæ ſtatum obſtringebamur, ingerentibus nobis, & modo quodam obteſtantibus, ſingulari de conſilio Principum, ex noſtrâ regali prædictorum ſtirpe, & procerum probatorum, Baronum, Collegiorum, Capitulorum, Conventuum, ac Vniverſitatum eorumdem Regni & Delphinatûs noſtrorum, execrabilis prædictæ ſanctæ matris Eccleſiæ ſchiſmatis vigente tempeſtate, & pro ejuſdem unione ad mandatum noſtrum Pariſius congregatorum, præviáque in præſentiâ noſtrâ multiplici ac ſedulâ diſcuſſione & deliberatione propenſiori, certas concluſiones per eos electas, & tandem nobis ab eiſdem per modum conſilij relatas ſuſcepiſſemus, approbaſſemus, & eas ſolidè tenendas ac inviolabiliter obſervandas ſtatuiſſemus, ipſam Eccleſiam perſonáſque Eccleſiaſticas dictorum Regni ac Delphinatûs, juxtà Generalium ſtatuta Conciliorum & Sanctorum Patrum decreta ad ſuam antiquam libertatem reducendo, & eas in eâdem libertate conſervando & manu tenendo, ac ſuper his ordinationes nonnullas edendo.

Adviſamenta ſuper modo regiminis Eccleſiæ Gallicanæ durante neutralitate, deliberata & concluſa Pariſius per Concilium Eccleſiæ prælibatæ congregatæ mandato Regis poſt Miſſam ſolemnem de Spiritu Sancto, in Sacrâ Capellâ Regalis Palatij celebratam à Domino Archiepiſcopo Tholoſano, præſidente D. Senonenſi Archiepiſcopo, electo ad hoc, donec D. Alexandrinus Patriarcha de legatione rediiſſet: à die 11. menſis Auguſti uſque ad diem quintam menſis Novembris anno Domini 1408. & in fine.

Hæc omnia deliberata ſunt ſaluis juribus coronæ Franciæ, & libertatibus Eccleſiæ Gallicanæ: ſalva etiam debita ſanctæ ſedi Apoſtolicæ reverentia, & Domino Papæ futuro legitimo, clave non errante.

*Alexander 5. in Concilio Piſano, ann. 1409.*

Per præmiſſa verò, ſeu aliquod præmiſſorum non intendimus derogare ordinationibus circà præmiſſos articulos factis, in ultimâ congregatione Prælatorum, & aliorum virorum Eccleſiaſticorum facta Pariſius.

---

## *Lettres Patentes de Louys XI. en l'année 1475.*

LOVIS par la grace de Dieu, Roy de France, A noſtre amé & feal Conſeiller & Chambellan, le ſire de Gaucourt, Salut & dilection. Comme nous avons eſté avertis que pluſieurs Meſſagers & autres gens de divers eſtats ont apporté & apportent chacun jour en noſtre Royaume, & ez fins & limites d'iceluy, pluſieurs Bulles, Lettres, & autres procés & écritures de Cour de Rome, grandement contraires & prejudiciables à Nous, & aux franchiſes & libertés de l'Egliſe Gallicane. Pourquoy Nous voulans à ce pourvoir, avons par l'advis & deliberation de pluſieurs des Seigneurs de

de noſtre ſang & lignage, & gens de noſtre Conſeil, adviſé, conclu, & deliberé de mettre en aucunes bonnes Villes d'iceluy noſtre Royaume, aucunes perſonnes notables, & à nous ſeures & feables, auſquelles toute maniere de gens de quelque eſtat & condition qu'ils ſoient, venans de ladite Cour de Rome, ſeront tenus montrer & exhiber les Lettres, Bulles, & autres écritures qu'ils porteront pour eſtre veuës & viſitées, & ſçavoir ſi elles peuvent tourner à aucun prejudice ou dommage à nous, & aux privileges, franchiſes, libertez de ladite Egliſe Gallicane. SÇAVOIR vous faiſons, que nous deſirant noſtre-dite deliberation eſtre miſe à execution, & ſortir ſon plain & entier effet, confians à plein de vos ſens, preud'hommie, loyauté, experience, & bonne diligence, vous avons commis, ordonné & deputé, commettons, ordonnons & deputons, Commiſſaires de par nous en noſtre Ville d'Amiens: Et vous avons donné & donnons par ces preſentes, plein pouvoir, authorité, mandement, faculté, commiſſion, & puiſſance ſpeciale, de contraindre toutes les perſonnes que trouverez & ſçaurez venans de ladite Cour de Rome, paſſans par noſtre Ville d'Amiens, & autres lieux voiſins, portans lettres clauſes, ou patentes, Bulles, ou autres écritures, à vous les montrer & exhiber, & icelles voir & viſiter, pour ſçavoir ſi elles ſont aucunement contraires ou prejudiciables à nous & à ladite Egliſe Gallicane. Et au cas qu'en trouverez aucunes qui y fuſſent contraires ou prejudiciables, prenez-les & retenez par devers vous, & les porteurs arreſtez & conſtituez priſonniers, ſi vous voyez que la matiere y ſoit ſujecte: & du contenu eſdites lettres nous advertiſſez, ou les nous envoyez à toute diligence, pour y donner la proviſion neceſſaire, & telle que le cas le requerra.

---

## *Extrait du Cayer preſenté au Roy & à ſon Conſeil, pour les trois Eſtats aſſemblez en la Ville de Tours, en l'année 1483.*

MAis depuis le trépas du Roy Charles ſeptiéme, que Dieu abſolve, grands inconveniens & entrepriſes ont eſté faites par pluſieurs de ce Royaume, ſur toutes les choſes deſſuſdites, au prejudice des libertez & franchiſes de l'Egliſe de ce Royaume & Dauphiné. Et jaçoit que le Roy à cauſe de ſa Couronne, tant de droit commun, comme pour la deliberation & requeſte de toute l'Egliſe de France & Dauphiné, ſoit, comme eſtoient ſes predeceſſeurs Roys, protecteur & deffenſeur des Saints Decrets, libertez & franchiſes de l'Egliſe de ſondit Royaume & Dauphiné.

Leſdits trois Eſtats deſdits Royaume & Dauphiné ſont preſts d'eux en ſubmettre, & s'en ſubmettent au dit & ordonnance du prochain Saint Concile duëment aſſemblé au lieu qui a eſté deputé par le dernier Concile. Proteſtans qu'au cas que noſtre Saint Pere voudroit aucune choſe faire au prejudice de l'Eſtat, droits & libertez dudit Royaume & Dauphiné, d'avoir leur recours audit prochain Concile advenir: auquel Saint Concile & de-

termination d'iceluy ſe ſoumettent tous leſdits trois Eſtats en cette matiere. Et auſſi ſi noſtredit Saint Pere vouloit entreprendre, ou dire aucune choſe au prejudice de la reformation qui fut faite de toute l'Egliſe univerſelle en chef & membres, aux Saints Conciles de Conſtance & Baſle: ou qu'il voudroit aucune choſe entreprendre ſur les droits & Preéminences du Roy & de ſa Couronne, d'en avoir & pourſuivre reparation en temps & lieu.

*Petrus de Marca Archiepiſcopus Pariſienſis, lib. 3. de Concordia Sacerdotij & Imperij, cap. 1.*

Hinc profectum eſt, ut Eccleſia Gallicana nomen libertatis Eccleſiaſticæ uſurpaverit, cum adversùs nova Pontificum Decreta, aut novos Epiſcoporum conatûs, vel etiam ſecularis poteſtatis illicitam uſurpationem, de antiquis Canonibus, aut moribus excipit. Quidam novitium nomen apud nos eſſe putant, quo à tempore Regis Caroli VI. tantum uſi fuerimus. Certùm quidem eſt, tunc magnoperè celebratum fuiſſe nomen illud libertatis, cùm tempore ſchiſmatis, Romani Pontifices dignitati ſuæ, in partes diſſipatæ, præſidiis undique conquirendis intenti, Eccleſiam novitatibus quàmplurimis vexarent, gratiis expectativis, Epiſcopatuum & Abbatiarum reſervationibus, Annatis, & aliis hujuſmodi. Quæ tempeſtas Concilium Eccleſiæ Gallicanæ eò impulit anno 1406. & 1418. ut à Rege, Regni ſui Eccleſiam, & viros Eccleſiaſticos, *ad ſuam libertatem antiquam, & juris communis diſpoſitionem*, reſtitui poterat. Vnde patet vera & gemina definitio hujus libertatis, ex ſenſu Eccleſiæ Gallicanæ; ut ſit nempe, *Vſûs antiqui juris communis.* Indè frequentiſſimè uſurpatum fuit in conſtitutionibus Regis, in actis Comitiorum Regni, in Curiarum ſupremarum Iudicijs, & in Cleri Gallicani conventibus, nomen illud, *Libertatis Eccleſiæ Gallicanæ.* Sed non eſt quòd intrà illud tempus uſurpationem hujus nominis coërceamus. *Et infra.*

Vnde monui ſuperiore libro, libertatem Gallicanam, ſi ad integrum Eccleſiæ Gallicanæ corpus referatur, quod ex Regiâ & Epiſcopali dignitate conſtat, utriùſque miniſterij jura complecti. Eo ſenſu, reſcriptis Regiis Bullarum executio conceditur, ſolemni illâ formulâ, quòd nihil adverſum juribus & libertatibus Eccleſiæ Gallicanæ contineant, id eſt, nec privilegiis canonicis Eccleſiarum, nec juribus Regiis. Sanè reticere non debeo quòd valdè commendabit uſum harum libertatum; nempè à B. Ludovico Rege Chriſtianiſſimo nomen & rem ipſam libertatis Eccleſiæ Gallicanæ reſtituta fuiſſe. De re ipſâ nemo dubitat, cùm edicto illo celeberrimo caverit, ut Eccleſia Regni ſui adminiſtretur. *Secundùm diſpoſitionem juris communis, Sacrorum Conciliorum Eccleſiæ Dei, & ſtatutorum ſanctorum antiquorum Patrum.* Nomen autem extat in iis litteris, menſe Aprili datis anno 1228. quibus immunitates Epiſcoporum Provinciæ Narbonenſis, aliorúmque Epiſcopatuum confirmat, & auget his verbis: *Ludovicus Dei gratiâ Rex Francorum, univerſis Baronibus, Vaſſallis fidelibus ſuis, Ballivis, & bonis villis in Arelatenſi, Narbonenſi Provinciâ, & Rutenenſi, Caturcenſi, Aginnenſi, & Albigenſi Diœceſibus conſtitutis. De magnorum & prudentum*

*prudentum virorum conſilio ſtatuimus, quod Eccleſiæ de viri Eccleſiaſtici in terris illis conſtituti, libertatibus, & immunitatibus utantur, quibus utitur Eccleſia Gallicana, & eis plenè gaudeant, ſecundum conſuetudinem Eccleſiæ memoratæ.*

*Idem, de Concordantia Sacerdotij & Imperij, lib. 5. cap. 8. §. 3.*

Noverat prudentiſſimus ille Pontifex definiendi authoritate, qua vigebat, Epiſcopos populúmque Chriſtianum non adſtringi tanquam indubitatâ fidei Regulâ, niſi accederet per Provincialium Epiſcoporum ſubſcriptiones univerſalis Eccleſiæ conſenſus : vel recuſantibus pleriſque unius Confeſſionis Concordiam, Synodi Oecumenicæ publica profeſſio, Pontificis definitionem amplecteretur.

*Idem, de Concordantia Sacerdotij & Imperij, lib. 6. cap. 28. §. 10.*

Verùm eam cautionem adhibet quoad Carolum Calvum, ut legatos velit ad eum accedere, eique *Epiſtolas Synodicas*, id eſt, litteras Concilij convocatorias, oſtendere, quæ ad Epiſcopos Regni ejus ſcriptæ erant, itemque *Commonitorium*, id eſt, mandata legatis data. Tum & illud quoque fieri annuit; ut iſthæc omnia cum Epiſcopis cunctiſque aliis communicentur. *Eidem glorioſo Regi*, inquit Nicolaüs in Epiſtola ad Legatos in Franciam miſſos, *Epiſtolas Synodicas, & has quas vobis nunc dirigimus, pariter cum Commonitorio, præſentibus cunctis oſtendite.* Ex his autem colligi poſſunt veſtigia priſci moris; quo receptum erat non poſſe vim legum apud nos obtinere Epiſtolas Pontificum Romanorum, donec Regi oſtenſæ fuiſſent.

*Ex reſponſo Vniverſitatis Colonienſis Theodorico Archi. Colonienſi ad annum 1442.*

Hæc ſic breviter declarantur, quia de jure divino obedire tenentur Deo Chriſto, ſuæque ſponſæ Eccleſiæ in quâ 1. præſidentia eſt Sedes Apoſtolica ſuper omnes alias Eccleſias particulares & ſedes inferiores, non ſuper totam univerſalem prælata; omnis ergò anima eſt poteſtatibus ſublimioribus ſubdita.

*Ex reſponſo Vniverſitatis Hefordienſis Epiſcopo Moguntino ad ann. 1440.*

Superioritas & majoritas ſacri Concilij ſupra Pontifices ſic probatur. Quamvis Papa vel ſummus Pontifex eſt à Deo principalis Eccleſiæ vel in Eccleſiâ pars quod nullum Eccleſiæ membrum aut partem Conciliorum ſit eo principalius & majus, aut æquè principale & magnum, quia in hoc omnes Sanctorum auctoritates de poteſtate Papæ loquentes intendunt: Tamen totam Eccleſiam aut generale Concilium ſubſiſtens & firmum majus & ſuperius eſſe Papâ in his quæ pertinent ad fidem, ſchiſmatum extirpationem, & generalem morum reformationem, nullus Catholicus intelligere volens poteſt dubitare Hoc enim univerſalis Eccleſiæ authoritas in ſacro Conſtantienſi Concilio declaravit, & Sacra Senenſis & Baſileenſis Synodus innovavit in hæc verba. Quia ipſa Synodus in Spiritu Sancto legitimè congregata generale Concilium faciens, & Eccleſiam militantem repræſentans, poteſtatem immediatè à Chriſto habet. Cui quilibet cujuſcumque ſtatûs aut dignitatis

exiſtat, etiamſi Papalis obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem, extirpationem ſchiſmatis, & ad generalem reformationem Eccleſiæ Dei in capite & in membris.

*Infrà* Quæ quidem univerſalis Eccleſiæ declaratio, quamvis ſola ſufficeret ad probandam ſuam in terris ſacrorum Conciliorum auctoritatem pro majore etiam iſtius confirmatione quod dictum eſt in reſiduum Eccleſiæ corpus non computato Papa ſi contrarius eſſet authoritatem hanc habere poteſt adduci ratio expreſſa & authoritas. Ratio 1. dictat hoc, nam cùm Papa poſſit errare reſiduum corpus Eccleſiæ ſynodaliter congregatum errare non poteſt in his quæ ſunt fidei, & in reformatione morum, & in pertinentibus ad ea, cùm in talibus à Spiritu Sancto regatur, ut colligitur Act. 15. ubi dicit Concilium Apoſtolorum: *Viſum eſt Spiritui Sancto & nobis*, unde & Chriſtus Eccleſiam, quam ſuo pretioſo ſanguine fundavit tantâ gratiâ dotare dignatus eſt ut non poſſit errare, & quod ſoli Deo proprium eſt natura competat & Eccleſiæ privilegio.

Exemplum demonſtrat hoc idem, ſæpiùs enim compertum eſt Papam erraſſe reſiduo Eccleſiæ corpore rectè ſentiente.

*Ex reſponſo Vniverſitatis Viennenſis ad Electores Imperij, ann. 1440.*

Quantùm ad ſecundum ſcilicet, an ſacrum Baſileenſe Concilium ad inſtituendum & aſſequendum proceſſum contrà olim Eugenium quoad ejus ſuſpenſionem & depoſitionem, & alterius inſtitutionem plenariam habuerit poteſtatem: Reſpondeo quòd Spiritus Sanctus per organum ſacri Concilij Conſtantienſis declaravit apertè talem poteſtatem habere Eccleſiam & Concilium eam repræſentans ſuper omnem hominem, etiamſi Papalis exiſtat dignitatis; nam Synodus Conſtantienſis in 3. ſuâ ſeſſione ſuper hoc diffinivit, ſtatuit, decrevit & declaravit in hunc modum, quòd ſancta Synodus in Spiritu Sancto legitimè congregata generale Concilium faciens Eccleſiam Catholicam militantem repræſentans, poteſtatem immediatè à Chriſto habet, cui quilibet cujuſcumque ſtatûs vel dignitatis, etiamſi Papalis exiſtat, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem, ad extirpationem hæreſis ſchiſmatis, & ad generalem reformationem Eccleſiæ in capite & in membris. Ex quo manifeſtè habetur Papam ſubeſſe Concilio in caſibus expreſſis in decreto allegato.

*Et infrà* Si autem in Spiritu Sancto Concilia ſacra congregata ſunt conſequẽs eſt ut in nomine Ieſu ſint etiam congregata. Qui veraciter de ſe promiſit ubi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, in medio eorum ſum, Matth. 18. Vnde conſequens eſt Spiritum Sanctum ibi eſſe, ſed non eſt ibi ut ſubditus, ſed ut ſupremus præſidens, à quo nulli fideli licet appellare, & per conſequens nec à Concilio in his articulis in quibus certum eſt ipſum Concilium ab eo gubernari, & illi ſpeciali gratiâ & illuſtratione præſidere ſcilicet in his quæ fidei ſunt, extirpationes ſchiſmatum, & reformationes morum tam in capite quàm in membris, quomodò enim non eſt apertè divinæ majeſtatis contemptus & quaſi idololatriæ ſcelus in talibus cauſis apppellare à ſacro Concilio ad Papam. Quid hoc aliud eſt quàm à Deo qui noſcitur in ſa-

ero Concilio in hâc re præſidere ad purum hominem appellare.

*Ex reſponſo univerſitatis Cracovienſis anno 1440.*

De Eccleſiâ verò univerſali repræſentativa ſcilicet de Concilio generali quod eſt Eccleſia univerſalis repræſentativa ratione univerſalis juriſdictionis auctoritatis & Eccleſiaſticæ poteſtatis infrâ breviter aliquid dicendum. Eſt autem Concilium generale congregatio legitimè facta, &c. Generale enim Concilium univerſalem Eccleſiam repræſentans de quâ dictum eſt, eſt regula à Spiritu Sancto directa & à Chriſto tradita, ut quilibet cujuſcumque ſtatûs etiamſi Papalis exiſtat, eandem audire & illi obedire teneatur. Alioquin habendus eſt ſicuti ethnicus & publicanus, & ſic colligitur ex verbis veritatis. Matth 18.

*Infrà*. Et hoc eſt quod quotidie dicitur, quòd Papa non habet ſuperiorem in terris; ſed hæc intelligenda ſunt in reſpectu ad Eccleſias particulares & membra ſingularia Eccleſiæ; quia judicari poteſt ab Eccleſiâ univerſali & à Concilio generali ipſum repræſentante in caſu hæreſis & notorij ſcandali. Ex his igitur apparere poteſt quo ſenſu Papa dicitur caput Eccleſiæ, & quam poteſtatem habere dicitur ſuper membra Eccleſiæ univerſalis.

*Infrà* Sit hæc concluſio 4. Poteſtas Eccleſiæ univerſalis, ac etiam cujuſlibet Concilij generalis legitimè congregati ipſam repræſentantis ſuperior eſt poteſtate Papæ, & quâlibet aliâ poteſtate in terris. Cui quilibet cujuſcumque dignitatis, ſtatûs, aut conditionis, etſi Papalis exiſtat, obedire ac ſubeſſe tenetur. Et ſi non obedierit, poterit condignâ animadverſione puniri. Iſta concluſio eſt fundamentum hujus totius negotij.

*Infrà*. Idem patet authoritas Concilij Generalis ſuper Papam, & conſequenter ſuper omnes alios, ex decretis Concilij Conſtantienſis Sanctiſſimi, &c.

*Infrà*. Sic etiam eſt de judicio Eccleſiæ reſpectu actionum Papæ, quia Eccleſia nunquam deviare aut ab errare poteſt à fide rectâ, Papa verò frequenter 19. diſtinct. Anaſtaſius. Ideò judicium Eccleſiæ dignius eſt judicio Papæ.

## Iodocus Clithoveus Doctor Theologus Pariſienſis in Compendio veritatum, ad ann. 1529.

*Concilia Generalia in fide & moribus etiam indeviabilia. caput 3.*

COnciliorum authoritatem ſuprà modum deprimunt hæretici, & parvipendunt, quod norint peſtiferas ſuas ſectas, illorum acutâ falce & diſcuſſione accuratâ ſucciſas olim eſſe ac damnatas Hinc illa, quantumvis generalia fuerint, & erraſſe in ijs quæ fidei ſunt, obganiunt: & in ijs etiam quæ ad mores ſpectant, deviaſſe à recto contendunt. Contrà quos hæc proponitur *amplectanda veritas*. 1. Concilia generalia tam in fide quàm moribus ſunt etiam indeviabilia. Nempè in primo hujus operis capite abundè oſtenſum eſt Eccleſiam univerſalem in fide & moribus aberrare non poſſe. Atqui generale Concilium legitimè congregatum univerſalem Eccleſiam repræſentat:

quod ex majoribus & potioribus ejus membris conſtet, quæ ad aliorum inferiorum minorumque membrorum directionem & moderamen ſunt ordinata, utpotè ex primoribus Eccleſiaſticis, Prælatis atque Præſulibus, quorum regimini, tota ipſa Eccleſia credita eſt & commiſſa. Quemadmodùm in veteri lege Moyſes, Aaron & majores natu repræſentabant totam Iudæorum Synagogam advocabantur in arduis cauſis & negotijs & ad conſultandum de totius multitudinis gubernatione....

9. Rursùs ſi ſuſtollatur Conciliorum generalium authoritas, nonne omnia in Eccleſiâ Dei erunt ambigua, ſuſpenſa & incerta? Nonne protinùs omnes ab inferis revocabuntur hæreſes peſtiferæ, jam olim per ſeveram Conciliorum cenſuram damnatæ? Et quis tunc erit modus, aut quæ invenietur via hæreſes illas contundendi? Si enim Scripturis ſacris contrà eas ſtruatur acies & arma moveantur: illico aut Scripturas ipſas ad ſuum detorquebunt ſenſum hæretici, ſuæque poſitioni conſentaneum, aut eas planè rejicient. Quemadmodùm noſtræ tempeſtati & novi dogmatiſtæ libros ſacros & Canonicos ſuæ adverſantes pravæ aſſertioni planè repudiant & aſpernantur. Eſſet ergò tunc miſeranda Eccleſiæ facies & maculis multis obſita. Denique ſi Concilijs ipſis ſacroſanctis adimatur ſua authoritas, 10. Tunc ſi occurrat aliquod in fide dubium, aut in actionibus humanis quod totam concernat Eccleſiam: nulla prorsùs tum via relinqueretur determinandi illud in unam aut alteram partem, ſed quiſque pro animi ſui judicio & arbitratu, declinaret in hoc vel illud. Quemadmodùm in libro Iudicum legimus, quod in nonnullis Iſraëliticorum Iudicum diebus non erat Rex in Iſraël, ſed unuſquiſque quod ſibi rectum videbatur, hoc faciebat, ex quo conſequens eſt quòd Chriſtus non ſufficienter providiſſet Eccleſiæ ſponſæ ſuæ per legem Evangelicam de remedijs congruentibus, ad depellenda incommoda & mala, quæ poſſent illi ingruere, quod planè abſurdum eſt & impium dicere. Nam ſi de ſalute Synagogæ adeò fuit ſollicitus, ut conteſtatus fuerit per Prophetam de eâ, Quid
*Iſaia 5.* eſt quod debui ultrà facere vineæ meæ, & non feci ei: nonne majori curâ & providentiâ ipſi Eccleſiæ ſponſæ ſuæ dilectæ proſpexit, de omnibus ad directionem illius neceſſarijs & utilibus per legem Evangelicam, quæ eſt omnium perfectiſſima. 11. Ad hæc neceſſe eſt ipſam Eccleſiam Catholicam; quoniam in fide & moribus oberrare nequit, ut priùs eſt monſtratum, habere regulam aliquam rectam & determinatam atque infallibilem, per quam in ſuis dubijs circà materiam fidei & morum incidentibus dirigi debeat, rectoque ducti tramite, ne in deviâ errorum decumbat, aut in obliquum deflectatur. Nempè ſi nullam haberet ipſa Eccleſia regulam ſenſibilem, & menſuram quamdam tanquam amuſſim directricem: cùm ipſa ſit viſibilis, ut etiam eſt monſtratum, & ſenſui humano pervia: facilè poſſet ob hujus regulæ defectum prolabi in errores, & pertrahi ad diverticula pravorum dogmatum & morum. Atqui talis regula totius Eccleſiæ directiva non eſt *judicium ipſius Summi Pontificis, cùm ipſe nequaquam in gratiâ Dei confirmatus, & falli poſſit, & in errorem prolabi*; & tantò minùs hujuſmodi regula eſt judicium alterius particularis perſonæ, ſive publicam gerat adminiſtrationem, ſive privatam agat vi-

tam, cum unaquaque earum, etiam ſit errori obnoxia: ob eandem quoque cauſam ea regula totius Eccleſiæ directrix non eſt Concilium aliquod particulare: quoniam & illud à recto poteſt deviare, nec ſufficit ad totius Eccleſiæ directionem ac moderationem. Nulla igitur alia relinquitur regula ſenſibilis & corporaliter præſens Eccleſiæ indigenti tali directione, quàm univerſale Concilium. Quod ſi admittatur, uti debet, eſſe metrum quoddam ſenſibile & menſura directiva univerſalis Eccleſiæ: neceſſe eſt ipſum Concilium eſſe in fide & moribus indeviabile; alias ipſam Eccleſiam rectè dirigere in ſuis dubijs & agendis non poſſet. 12. Præterea Eccleſia univerſalis habet Spiritum Sanctum ſibi præſentem à quo regitur, ne in fide & moribus permittatur errare, ut in primo hujus libri capite eſt dictum. Ergò & univerſale Concilium majorum Prælatorum habet eandem Spiritûs Sancti præſentiam defendentem ipſum *ab erroris devio.*

*Ex Commentarijs Ioannis Quintini Hædui Iuris Doctoris & Profeſſoris Lutetiæ, ad ann. 1552.*

Alterius cura quæſtionis hic innumeros Authores exercuit, an Papa ſit ſuprà Concilium? quod Eccleſiaſticis Patribus Conſtantiæ & Baſileæ dudum in Spiritu Sancto congregatis proindè viſum eſt, ac ſi quis quæreret, An Papa ſit ſuprà Chriſtum? promiſit hic in medio ſe fore duorum vel trium ſuo nomine congregatorum, Matt. 18. Eſt ergò medius in Concilio. Hoc certo certius. Veritas eſt hæc juris divini, & articulus fidem concernens, quis hominum ſe præponet ampliùs? igitur plenarij Concilij, ſicuti loquuntur, ideſt, generalis authoritas in Eccleſiâ, ut ſaluberrima eſt, ità maxima eſt: cujus judicium dirigente Sancto Spiritu, nec ignorantiâ, nec malignitate aliquâ perverti poteſt: cujus authoritatem modis omnibus indubitatam & inconvulſam eſſe oportet, cui, me Iudice, qui reſiſtit, quiſquis eſt, Deo reſiſtit, à quo illud poteſtatem ſumit. Intrà Concilium ſunt Eccleſiaſtici fideles omnes, nemo ſuprà: non poteſt enim caput dicere, quia non ſum pes, ideò non ſum de corpore. Hoc eſt ſe extollere ſuper omne id quod dicitur Deus, & quod colitur 2. Theſſ. 2. Sancta quidem Eccleſia dicitur Deus. Eſto, Papa primus in illo ſedeat, non tamen ſolus eſt earum cauſarum judex quæ tractantur & agitantur in Concilio, qui interſunt omnes, ſunt conjudices Videmus in veterum Patrum Concilijs unumquemque Epiſcoporum ſubſcripſiſſe deciſis ac definitis per Concilium. Refertur in §. huic etiam 17. diſt. can. 1. diſt. 96. quæ forma judicandi tradita videri poteſt in illo primo Apoſtolico Concilio, dùm non ſolus Petrus pronuntiat, ſed uno ſcribunt omnes voto, placuit Spiritui Sancto & nobis: hoc eſt, nobis omnibus à Spiritu Sancto doctis & ductis. Ergò Spiritus Sanctus unus eſt tantùm qui ſalutis placita dictitat hominibus, utens organo Concilij, quæ eſt Eccleſia Dei vivi, columna & ſtabilimentum veritatis, cujus verbo contradicere nullus omninò mortalium debet, ſed omnes oportet humiliter obſequenterque obedire. Papam ſingulis antefero quos ex fide & conſilio judicet. Sic intelligo Gelaſij verbum can. Cuncta per mundum 9. q. 3. Non poſſum univerſis. In Eccleſiâ Chriſtianorum mera tyrannis eſt, plus univerſis unum poſſe. Reges gentium

Ioannes Quintinus Decanus fuit Facultatis Pariſ. Canonici & Gallicani nomine Cleri orationem habuit in Concilijs Aurelianenſibus.

dominantur eis, hoc enim lumen noſtrum eſt, quod ſæpiùs equidem profero lubens, vos autem non ſic, qui miniſtrare non miniſtrari veniſtis, Matth. 20. Lucæ 22. Chriſtus ad hanc novam Diſcipulos inſtituit: in ſuis autem Apoſtolis omnes Eccleſiarum Præſules docuit can. propriè de conſec. diſt. 4. Et exemplum dedit ſuis, ut quod Magiſter ac Dominus fecit, ipſi faciant alter alterius lavando pedes, & onera portantes. Paratus etiam fuit ab impio Miniſtro doceri, ſi quid aut dixiſſet, aut egiſſet malè: ſic omnes, & ipſum Romanum Papam decet obedire ſanis monitoribus, & præcipuè rebus quæ pertinent ad Evangelicam Eccleſiæ formationem, fidem, inſtitutionem: de cujus regno Chriſtus voluit omnia penitùs ejici ſcandala: non autem ſcandala tantùm ſunt hæretici, ſchiſmatici, idololatræ, ſed etiam ſcandala vocat omnes eos Dominus, qui faciunt iniquitatem Matth. 13. Recta igitur monſtrantibus devius Pontifex pareat: à minoribus enim canones Scripturarum jacentem majorem erigi patiuntur, & in viam Balaam ſedentem accuſari can. Plerumque can. Sequenti 2. q. 7. Amos paſtor caprarum in Sacerdotum Principes invehitur, Paulus acerrimè Petrum reprehendit & objurgat ad Galat. 2 Alijque multi alios eodem præditos gradu, quorum caſus multorum ſecum ruïnam trahit. In Paulo reprehendente juſtæ libertatis laus eſt, & ſanctæ humilitatis in Petro, aït Auguſtinus, cujus verba quin adſcribam non me contineo, huc apprimè convenientia: ipſe Petrus quod à Paulo fiebat utiliter libertate charitatis, ſanctâ & benignâ pietate humilitatis accepit: atque ità rarius & ſanctius exemplum poſteris præbuit, quo non dedignarentur, ſicubi fortè recti tramitem reliquiſſent, etiam à poſterioribus corrigi, quàm Paulus: quo confidenter auderent etiam minores majoribus pro defendendâ Evangelicâ veritate, ſalvâ fraternâ charitate reſiſtere. Hæc ille in 2. libello ad Hierony. de interpretatione illius loci ad Galat. Ergò ſi poſſunt hoc ſinguli, poteſt hoc idem & Concilium: niſi fortè quiſquam eſt qui credat, uni cuilibet poſſe Deum noſtrum examinis inſpirare juſtitiam, & innumerabilibus congregatis in Concilium Sacerdotibus denegare. In quo ſi quæratur authoritas, reſpondebo cum Hieron. quòd orbis major eſt urbe c. legimus. 93 aït idem in cap. Iſaïæ 13. Eccleſia verè οἰκουμένη id eſt, orbis, & habitata intelligitur. Inde ſunt Oecumenica dicta Concilia. Corinth nomine Paulus, ni fallor, Eccleſiam totam deſignans, aït, Omnia veſtra ſunt, ſive Paulus, ſive Apollo, ſive Cephas, 1. ad Corinth. 3. oſtendens univerſalem Eccleſiam ſuprà ſuos eſſe Miniſtros, ne Cephâ quidem excepto: quare per Concilium Baſileenſe judicatus hæreticus quiſquis anteponit Papam Concilio, inexcuſabilis, aïunt, error eſt in fide. Scripſit Damaſus Papa Hieron. Beatiſſimus nolle ſe de his cognoſcere quæ definiſſet ſancta Synodus: & audemus adhuc de neſcio quibus Papalibus Chriſti Conciliorum diſpenſationibus aliquid aſſerere? Concilium qui non audit, Chriſtum non audit, auribus omni temeritate, ſuperbiâ nullo vitio non oppletis. Cæſarum Theodoſij & Valentiniani Epiſtola eſt apud Iſidorum, ubi Reges inter cætera dicunt Sacerdotalem Conventú nonniſi quis mali propriâ conſcientiâ ſauciatus evitat, etenim qui judicium refugit, apparet eum de juſtitiâ diffiſum 11. q. 1. can.

Chriſtianis. Quòd ſi de gentilitate proferre aliquid libeat, Alexander Severus Imperator, & idem Pontifex Maximus tantùm minoribus Pontificibus detulit ut quaſdam cauſas à ſe finitas iterari, & aliter diſtingui pateretur, ex Ælio Lampridio. Ammianus Marcellinus Author minimè Chriſtianus ipſos etiam Pontifices Romanos provocat ad imitationem quorumdam Chriſtiani ritus Antiſtitum Provincialium, quos tenuitas edendi potandique parciſſimè, vilitas etiam indumentorum & ſupercilia humum ſpectantia, perpetuo numini veriſque ejus cultoribus, ut puros commendant & verecundos. Hæc ille ſcripſit Damaſi Papæ tempore, hiſtoriæ ſuæ libro 27. Sed quæ poteſtas relinquitur Papæ, ſi Concilij ſubeſt authoritati? Magna per omnia, quanta capiti inter alia corporis membra, ſuper omnia quidem eſt alia, veruntamen inter alia: nec enim Papa ideò ſummus eſt: quia ſummus Pontifex eſt, aït Bernardus ad Eugenium, quam de privatis exigit obedientiam, dependat ipſe Concilio: hominemque de errore corrigi non pudeat, qui poſitus eſt ut aliorum corrigat errores. Non eſt inſolitum vel novum Romanæ Sedis judicia ſententiaſve corrigi, quod moneo ne quicquid ex illo loco dicitur, ex oraculo dici putem: Conceditur enim reſtitutio contra ſententiam Papæ can. Quod quis. & ſeq. 35. q. 9. cap. 5. de reſtit. in integ.

*Ex Epiſtolâ Vniverſitatis Pariſ. oblatâ Carolo ſexto, ann. 1394.*

Præterea id falſum eſt, quod ſubjungitur Papam non poſſe ſeipſum in alterius ditionem ſubmittere; nunquid Chriſto major erit, de quo ſacratiſſima Evangelij profitetur hiſtoria, quia erat ſubditus illis, ſcilicet Matri & Ioſeph? Matri namque ſuæ, hoc eſt ſanctæ Eccleſiæ, quam fidelium omnium Matrem eſſe conſtat, ſi ipſe Catholicus eſt, materno jure ſubditur niſi forſan quis dixerit poſtquam ſponſa facta eſt, Matrem eſſe deſtitiſſe. Nunquid Petrum anteibit cui non ad Evangelij veritatem ambulanti Paulus in faciem liberè reſtitit, quam Pauli correctionem ſubmiſsè & humiliter ſuſtinuit. Nunquid & Papatûs jure à fraternæ correctionis eximetur lege, ut eidem omnium malorum agendorum licentiam impunè donemus? De Deo ſolo Iob ſanctus id loquitur. *Non eſt qui dicat tibi: cur ità facis.* Caveant qui hunc titulum ſoli divinæ omnipotentiæ debitum, & ſacris litteris reſcriptum, in ſe ipſos uſurpando, ut ità dicam, ſuo ipſorum gladio adinſtar nefandi Goliæ jugulentur, ab eiſdem percunctari libet, jura ſi quæ hoc prohibent, divináne, an humana ac purè poſitiva ſint; Non divina profectò aliqua allaturi ſunt; reſtat ergò ut poſitiva ſint, quibus, ut ipſi aïunt non eſt Papa ſubjectus; idcircò ſemetipſum compromittendo ſubmittens, non contra illa agere. Nihil igitur cauſæ eſt quominus ſe ſubjicere ac compromittere poſſit, & mirum eſt quod non vident hæc dicentes ſeſe illi potentiæ, quam cœlo æquare volunt, tam apertè derogare.

*Ferdinandus Pouzeſtus Cardinalis titulo Sancti Pancratij in Summâ brevi Theologiæ, lib. 2. cap. 12. de ſolutionibus dubiorum, ad annum 1522.*

Quando Papa mandaret *alicui* ut faciat aliquid & poſtea declarat quod quicquid faciet ſit irritum, non intelligitur illud competeret ſibi poteſtate ordinariâ glo. in c. provida. de elect. in 6. puta ſi prohiberet Sacerdoti

baptizare vel celebrare, tunc ſervatis ſervandis ſequitur effectûs non obſtante præcepto ſuperioris c. 1. de Sacrâ Vnct. & c. manus in glo. de Conſec. diſt. 5. & quando prohiberet Preſbytero quòd non baptizaret ſecundùm formam traditam Matthæi ultimo, *Ageret contra Evangelium, & per indirectum tolleret Baptiſmum*, quòd eſt contra articulum, *Confiteor unum Baptiſma:* Poſſet tamen Papa prohibere aliquem ne confirmet, aut conferat ordines c. fina. de Sacra. non iter. Innocentius verò tenet quòd ſi Papa diſpenſaret ſuper illa quæ habent relationem ad corpus Chriſti verum, quod *Concilium poteſt ei reſiſtere, & quod ſententia iſtius præfertur ſententiæ Papæ, nec poteſt facere contra fidem, vel ſtatutum Eccleſiæ, nec poteſt demandare alicui alteri quod faciat contra illa quæ pertinent ad ordines C. in nomine Domini 33. Diſt.*

*Meſſire Nicolas de Thou, Eveſque de Chartres, dans l'explication de la Meſſe & du divin Office, adreſſe aux Curez de ſon Dioceſe.*

Quelque prerogative, grace & preéminence qu'ait le Pape en l'Egliſe, il ſe doit toûjours avoüer tres-humble Serviteur de Dieu, reconnoiſtre, tenir de luy en hommage lige ſa Tiare, & de tant plus avoir cher & recommandable l'avancement de ſon honneur & gloire, que par ſa grace & faveur il eſt élevé en lieu ſi eminent. Il doit reputer le plus honorable de ſes titres, non ſeulement d'eſtre Seruiteur de Dieu, mais auſſi de ſes Serviteurs, comme il ſe nomme en ſes Bulles, & eſt contenu és Vers Latins enſuiuans,

*Servi erant tibi Roma priùs Domini Dominorum*
*Servorum ſervi nunc tibi ſunt Domini.*

L'on prie pour luy, comme pour un homme qui peut errer & faillir, eſtant environné d'infirmité comme le reſte du peuple, afin que Dieu par ſon infinie miſericorde le preſerve, eſtant les pechez du Chef grandement nuiſibles aux membres, qui en prennent influence. *Tiré du feüillet 94. verſo d'un Livre intitulé:* Brief Recueil & explication de la Meſſe & du Divin Service y fait, *imprimé à Paris*, 1598.

---

DEclare cependant la ſacrée Faculté ſuivant l'exemple de ſes Anceſtres, que ce n'eſt nullement ſon intention de déroger en aucune maniere par ſes Determinatiós & par ſes Cenſures, à la Primauté du Pape établie par Ieſus-Chriſt à la dignité & à l'authorité du ſaint Siege Apoſtolique, aux Conſtitutions d'Innocent X. l'an de Noſtre Seigneur, 1653. en datte du 31. de May, & d'Alexandre VII l'an 1656. en datte du 16 Octobre, que la ſacrée Faculté a receuës, & enfin

*DEclarat autem ſacra Facultas, majorum ſuorum veſtigijs inſiſtens, ſe nullatenùs intendere, ſuis Determinationibus ac Cēſuris quicquam derogari tùm Primatui Summi Pontificis divinitùs inſtituto, dignitati & auctoritati ſanctæ Sedis Apoſtolicæ tùm Conſtitutionibus Innocentij Decimi an. Dom. Incarn. 1653. pridie Kal. Iunij, & Alex. VII. an. Dom. Incarn. 1656. 17. Kal. Novembris, datis & à ſacrâ Facultate*

*cultate receptis, ac denique ejuſdem Facultatis cenſuris & ſtatutis ad idem negotium pertinentibus: palámque & apertè profitetur ſe nunquam receſſuram à debitâ reverentiâ & veneratione quâ* Beati Petri *Apoſtolorum Principis ſucceſſores, & ipſius ſedem omnium Eccleſiarum Matrem & Magiſtram ſemper proſecuta eſt.*

*Ceterùm cùm Auctor hujus Libri multa opera ſuppoſititia & ſpuria ineptè Sanctis Patribus aſcribat, eorúmque veras ac genuinas ſententias in alienos ſenſus ſæpè detorqueat, contrà prædictorum Patrum mentem & præter hiſtoriarum fidem, necnon adverſus Paſtores & viros Theologos contumelias & calumnias ſpargat: Declarat Facultas ſe nolle probare varias partes prædamnatarum propoſitionum, ſicut nec cætera in eodem Libro contenta; quæ ſicut numerum, ità & cenſuræ modum excedunt.*

*Datum Pariſijs in congregatione generali præfatæ Facultatis apud Sorbonam, die 24. Maij, & Confirmatum die 26. ejuſdem Menſis, anno 1664.*

De mandato D D. Decani & Magiſtrorum Facultatis Theologiæ Pariſienſis
Ph BOVVOT.

qu'elle n'entend point non plus déroger aux cenſures & aux ſtatuts de la meſme Faculté qui concernent cette meſme matiere: fait en outre une profeſſion publique qu'elle ne s'éloignera jamais du reſpect qu'elle doit & de la veneration qu'elle a toûjours euë pour les ſucceſſeurs du Bien-heureux Pierre Prince des Apoſtres, & pour ſon ſiege, qu'elle reconnoiſt comme la Mere & la Maiſtreſſe de toutes les Egliſes.

Au reſte, parceque l'Autheur du livre rapporte quantité d'ouvrages faux & ſuppoſez qu'il attribuë fauſſement & mal à propos aux SS. Peres, qu'il détourne leurs veritables paroles, & des ſens tout contraires contre la penſée des meſmes Peres, & contre toute la foy & la verité de l'Hiſtoire qu'il répand dans pluſieurs endroits de ſon livre, quantité de calomnies & d'injures attroces contre des Paſteurs & des Theologiens Catholiques. La Faculté declare qu'elle n'entend nullement approuver pluſieurs autres parties des propoſitions cy-deſſus condamnées, non plus le reſte des autres choſes contenuës dans le meſme livre, leſquelles comme elles ſont preſque ſans nombre, elles excederoient la juſte meſure d'une cenſure.

Donnée à Paris dans l'aſſemblée generale de la Faculté tenuë en Sorbonne le 24. jour de May, & Confirmée le 26. du meſme mois, l'an 1664.

*Par l'ordre & le mandement de M M. les Doyen & Docteurs de la Faculté de Theologie de Paris.*
PH. BOVVOT.

S. Auguſt. de unitate Eccleſiæ Cap. 6.

*Plura innoteſcent ſine impiâ contentione & cum piâ dilectione legentibus.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## *FAVTES A CORRIGER.*

PAge 18. ligne 28. diſtingendus, *liſez* diſtringendus, p. 25. l. 41. Conſilium, *liſ.*
Concilium, p. 43. l. 7. intelligentia, *liſ.* intelligentias, p. 61. l. 21. interreiſe, habent,
*liſ.* interreſſe debent, p. 67. l. 13. exanimis, *liſ.* examinis p. 69. l. 20. Eutycetis, *liſ.* Euti-
chetis, p. 74. l. 10. authoritatis, *liſ.* authoritas, p. 86. l. 32. unioni, *liſ.* unione, p. 90. l.
8. non, *liſ.* vox, *ibid.* l. 21. repræhendit, *liſ.* reprehendit, p. 92. l. 29. non, *liſ.* nos, p. 97.
l. 5. confidendum, *liſ.* confitendum, *ibid.* l. 14. teneri, *liſ.* teneri, p. 98. l. 19. repræſentan-
tem, *liſ.* repræſentantia, *ibid.* l. 32. ſicut, *liſ.* ſunt, p. 99. l. 33. perſpectos, *liſ.* perpeſſos, p.
112. l. 11. qui *liſ.* cui, p. 118. l. 10. æſtimabilis, *liſ.* æſtimabis, p. 133. l. 16. veritatum, *liſ.*
veritatem, *ibid.* l. 22. eſt, *liſ.* es, p. 136. l. 7. Patriarchim, *liſ.* Patriarcham, p. 154. l. 29. bre-
vitas, *liſ.* breviter, p. 159. l. 29. Marcio, *liſ.* Marcion, p. 162. l. 6. quæſtionum, *liſ.* quæſtionem,
*ibid.* l. 9. amiſiſſe, *liſ.* amiſiſſe, p. 185. l. 11. pœnitus, *liſ.* penitus, p. 200. l. 2. noſtro, *liſ.* noſtra
p. 207. l. 33. interdictis, *liſ.* interdictos, p. 210. l. 14. annalibus, *liſ.* annualibus, p. 215.
l. 13. admitant, *liſ.* admittant, p. 224. l. 6. ipſe, *liſ.* ipſum, p. 225. l. 19 adprobatis, *liſ.*
approbatis, p. 227. l. 21. vel ordinis, *liſ.* vel Ordo. p. 229. l. 11. præſenaæ, *liſ.* præſen-
tatæ, p. 231. l. 11. habitam, *liſ.* habitant, *ibid.* l. 13 invitu, *liſ* invitum, *ibid.* l. 21. oratorium
*liſ.* oratoriorum, p. 236. l. 35. omnino doagunt, *liſ.* omnimodo agunt, p. 242. l. 15. legem
*liſ.* legerem, p. 243. l. 9. quotiens, *liſ.* quoties, p. 245. l. 10. militiæ, *liſ.* malitiæ, p. 246.
l. 39. quidem, *liſ.* quidam, p. 247. l. 21. qui, *liſ.* cui, p. 252. l. 13. exurrexeris, *liſ.* exſurre-
xeris, *ibid.* l. 18. comparabitis, *liſ.* comparebitis, p. 267. l. 14. ipſum, *liſ.* ipſam.

---

## *Permiſſion de Monſieur le Lieutenant Civil.*

IL eſt permis à Claude Audinet, Maiſtre Imprimeur, d'imprimer la Cenſure faite par la Sacrée Faculté de Theologie de Paris, d'un Livre intitulé: *La Défence de l'Authorité de N. S. P. le Pape, de Noſſeigneurs les Cardinaux, Archeveſques, & Eveſques, & de l'Employ des Religieux mendians, contre les erreurs de ce temps,* par IACQVES DE VERNANT, imprimé à Mets en 1658. Latine & Françoiſe, meſme d'y joindre les autres Cenſures que la meſme Faculté a données contre d'autres Liures qui traitent de la meſme matiere, avec les Arreſts rendus ſur le meſme ſujet, avec défenſes à tous autres d'imprimer ladite Cenſure, à peine de trois cens livres d'amende. Fait à Paris le 21. Iuin 1664.

DAVBRAY.

Ledit Audinet a cedé & quitté ſon droit de Permiſſion à Guillaume Deſprez Marchand Libraire, pour en ioüir ſuivant l'accord fait entr'eux.

## *Approbatio Doctorum.*

NOs infrà ſcripti Pariſienſes Theologi accuratè perlegimus Librum qui inſcribitur: *Cenſura Sacræ Facultatis Theologiæ Pariſienſis in Librum cui titulus eſt:* La Défenſe de l'authorité de Noſtre Saint Pere le Pape, &c. Par Iacques de Vernant. *Authoritate Sacræ Scripturæ, Conciliorum, Sanctorum Patrum & Veterum Theologorum confirmata. Operâ ac ſtudio quorumdam Theologorum Pariſienſium.* In quo nihil ſive fidei, ſive bonis moribus adverſum deprehendimus. Datum Pariſiis die 27. Decembris anno 1664.

Dv Fresne de Mincé,

De Breda.

Vaillant,

Marlin,

Labbé.

Petitpied,

Marais,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# INDEX
## RERVM ET VERBORVM
### QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR ORDINE Literario fideliter digeſtus.


A.

*Abbas.*

AN Abbates & Monachi debeant proprio Epiſcopo ſubiici. 167
De Abbatibus. 241. 242

*Alius.*

Eſſe in alio tripliciter. 26

*I. d'Angeli*

Frater Ioannes d'Angeli. 9.11.219

*Apoſtolus.*

Apoſtolorum poteſtas. 13.16
In Apoſtolis Petrus eſt primus. 16
Apoſtolica poteſtas ad quos tranſiuit. 19
An Apoſtoli à Chriſto immediate ordinati, & an ab eo poteſtatem iuriſdictionis acceperint. 141 142.143. 144.146. 147. 148. 149. 150
Apoſtolos fuiſſe à Chriſto vocatos. 149

*Archidiaconus.*

Archidiaconi presbyteris dominantur. 191

*Arius.*

Arii dogma quando deſtructum 69

C

*Canon.*

CAnonibus obſequendum eſſe. 17
Canonum præcepta ſeruanda eſſe. 20
Summum Pontificem eſſe executorem Canonũ. 23
Vis Canonum. 24

*Cellot.*

Ludouici Cellotii è Soc. Ieſu reuocatio. 53

*Chriſma.*

Chriſma à quibus peti debet. 187

*Chriſtianus.*

A Chriſto Chriſtianus. 16

*Chriſtus.*

Chriſti veſtis indiuiſa. 14
Chriſti duæ perſonæ. 41.42

*Claudius Couſſin.*

Frater Claudius Couſſin. 218

*Clauis*

Claues Eccleſiæ quibus datæ. 16.35. 36.103

*Clericus.*

Si quis contra Clericum cauſam habeat eius Epiſcopum adeat 162

*Communio.*

De digna Communione. 7.8
Communio Paſchalis. 223
An parochianus poſſit recipere Communionem à quo abſolutionem accepit ſine conſenſu Curati. 220

*Concilium.*

Concilii poteſtas in quo reſidet. 5.7
An in ſolo Concilio œcumenico ſit infallibilitas. 8
Spiritus ſanctus præeſt Conciliis. 14.17.19.24.67.68
Decreta ſummi Pontificis à Concilio confirmari. 19
Concilia in veneratione habita. 21.22
Iudicium Conciliorum generalium nullo modo retractari. 23
Concilii generalis infallibilitas. 26. 47
Conciliorum poteſtas. 27
Determinandi authoritas in Concilio ad quem pertineat. 28.29
Concilii iudicium præferendum iudicio Papæ. 29
Concilium in his quæ fidei ſunt errare non poteſt. 30
A Concilio non appellari ad Papam. 31
Concilium nomine Eccleſiæ definit. 32
In cauſis fidei à Pontifice appellari poteſt ad Concilium. 33
An poſſit Concilium vſum poteſtatis populis tollere vel minuere. 34
Papam ſubiici Concilio 38. 39. 40.41.42. 101. 115. 123.

Vtrum plenitudo poteſtatis in Concilio reſideat, vel in Papa vel Eccleſia. 47
Concilii poteſtas jus dicendi. 48
Cur quatuor Concilia generalia conuocata. 49
Concilium eſſe ſuper ſummum Pontificem. 49. 101
Concilium poſſe Papam deponere. 51, 105
An hæretici tantum Concilia poſtulent. 53
An Conciliorum conuocatio ſit periculoſa. 53. 54
Magnæ deliberationes non aliter poſſunt quàm per Conciliorum adminiſtrationem procedere 56
Cuius fructus ſit Conciliorum celebratio 60. 63. 64
An ſummus Pontifex conuocare Concilium poſt decennium teneatur. 61. 62
Per quos conuocari poſſit Concilium. 62
Pro Lutherana hereſi conuocatum Concilium. 63. 64.
An Concilia à ſummo Pontifice vel à Deo iuriſdictionem accipiant. 65. 66. 67
Conciliis veneratio à ſummis Pontificibus. 69
Concilia à Chriſto poteſtatem habere 70. 71. 72 74. 122
Definiendi auctoritatem Concilio attribui. 70. 71
Papam non eſſe Concilio ſuperiorem. 72. 74. 101
Concilium generale Eccleſiam repræſentare. 73 76
Papam poſſe à Concilio corripi & deponi. 73. 86 87. 101
Sacra Concilia debere conſeruari. 82
Sine Concilio Papam non poſſe quædam determinare. 82
A Papa appellari ad Concilium 82. 83. 85. 95. 96
Concilium generale eſſe ſuper Papam. 88. 89. 97
Concilium generale Iudex eſt doctrinarum fidem tangentium. 9
Concilii authoritas ſpiritui ſancto tribuitur. 91 92. 93
Ad Concilium Vniuerſale vltima fidei deciſio ſpectat. 100
Pontifices à Concilio depoſiti. 105
Papam eſſe diſpenſatorem fidei & doctrinæ in Conciliis definitæ. 108
Sine Concilio fidei quæſtiones tradere non debet. 108
Conciliorum neceſſitas pro controuerſiis fidei dirimendis. 109. 110
Eccleſiæ infallibilitas in Concilio vbi plures fuerint congregati. 110
Eccleſiam Vniuerſalem Concilium repræſentare. 113
Concilium eſſe ſuper Papam. 116. 117. 118. 121
Concilii & Eccleſiæ authoritas Papæ comparata. 119. 120
Concilia generalia in fide & moribus etiam indeuiabilia. 267. 268
An Papa ſupra Concilium. 269

*Concionari.*
Concionari & verbum Dei prædicare. 188. 189

*Confeſſio.*
An Confeſſiones audire poſſint Regulares ſine conſenſu Epiſcoporum. 213. 214. 215
De priuilegiis Regularium audiendi Confeſſiones. 225. 226. 229, 230.
De obligatione Confeſſionis proprio Curato. 217 218. 219. 223. 224.
De Confeſſione apud Religioſos. 211
Confeſſio & communio Paſchalis. 223

*Confirmatio.*
Confirmationis ſacramentum per Epiſcopum. 19

*Congregatio.*
Congregati in nomine Chriſti. 17. 19. 34

*Contumax.*
Contumacibus reſiſtere Doctorum eſt. 2

*Curatus.*
Curati à quo iuriſdictionis poteſtatem habeant. 5. 10
Poteſtatem iuriſdictionis Epiſcopi ſiue Curati eſſe à Deo. 176. 177. 178
De ſubiectione Curatis & Epiſcopis. 177. 178
De eorum cura & ſolicitudine. 177. 178. 179. 185 186. 187. 188.
Curatorum obligatio de verbo diuino annunciando vel per ſe vel per alios. 188. 189. 190
De Curatis, an ſint paſtores à Chriſto inſtituti. 174 175. 176. 177. 217. 218.
An poteſtatem iuriſdictionis immediatè à Chriſto quantum ad inſtitutionem primariam habeant, 174. 175. 176. 177
Vnicuique Eccleſiæ ſuus prouideatur presbyter ab Epiſcopis. 193
Curati in Eccleſia ſunt minores Prælati. 198
De Curatorum ſtatu. 198. 199
Curatorum iuriſdictio. 214
An Curati ab Epiſcopo duntaxat iuriſdictionem habeant. 218
Quiſnam eſt verus Curatus. 219
De obligatione confitendi proprio Curato, 219. 223. 224.

## D.

*Dæmon.*
DÆmonis aſtutia. 12

*Decretum.*
Decretum quomodo firmum ſit. 21

*Dioſcorus.*
Dioſcori prauitas quando reprobata. 69

*Diſcipulus.*
An Religioſi ſuccedant ſeptuaginta duobus diſcipulis. 221

*Doctores.*
Doctorum eſt reſiſtere contumacibus. 2

*Dominica dies.*
De Miſſa audienda Dominicis diebus in Parochiis. 200. 201. 202

*Droüet.*

Cenſura cuiuſdam Theſis Gabrielis Droüet. 54 55.

E.

*Eccleſia.*

EEccleſiæ infaillibilitas. 7.8, 26
Eccleſiæ vnitas & poteſtas, 13.14
Eccleſiæ claues cui datæ. 16, 35, 36
De obſcuritate Eccleſiam conſulendam. 17
Spiritus ſanctus Eccleſiæ præeſt. 18
In duobus conſulendum Eccleſiam. 18
Decreta ſummi Pontificis ab Eccleſia confirmari. 19
Iudicium vltimum ad Eccleſiam pertinere. 20
Papam non poſſe proprio motu leges Eccleſiæ abrogare. 20
Eccleſia ſuper Epiſcopos conſtituitur. 21
Ad Eccleſiam iudicium pertinere. 22
Qui Eccleſiam non audierit haberi ſicut Ethnicum. 25
Romanæ Eccleſiæ poteſtas. 25. 29. 31
Eccleſiam eſſe ſupra Papam. 25.27 116,117,118
Eccleſiam non poſſe errare in fide. 26.29.47
Eccleſia à quo authoritatem habeat. 28. 29
Eccleſiæ nomine Concilium definit. 32
Papa auferibilis per Eccleſiam. 31
Eccleſiaſtica poteſtas. 35.36. 37
Eccleſiam legitime congregatam & Concilium facientem eſſe audiendum. 35.36
Eccleſiam continere quamlibet poteſtatem etiam Papalem. 36
Eccleſiæ & Papæ poteſtas eſt à Chriſto. 37
Eccleſia præualet Pontifici. 44.81.103
Vtrum plenitudo poteſtatis in Eccleſia reſideat. 47. 99
Eccleſiæ legi ſubeſt Papa. 47
Eccleſiæ poteſtas ius dicendi. 48
Eccleſiam per Concilium generale repræſentari. 73
Eccleſia quid ſit. 76
Eccleſiæ poteſtatem de iure poſſe aliquid in certis caſibus contra ſummum Pontificem. 77. 78
Eccleſiam falli non poſſe. 78
Eccleſiæ iuriſdictio. 76. 6
Plenitudo poteſtatis Eccleſię. 87
Eccleſiæ inſtitutor Chriſtus. 89.103
Eccleſiæ claues. 103
Eccleſiæ libertas quid ſit. 105
Eccleſiæ infallibilitas in Concilio vbi fuerint plures congregati. 117. 112
Eccleſiam Vniuerſalem Concilium repræſentare. 113
Eccleſiæ & Concilii authoritas Papæ comparata. 119. 120
An poteſtates iuriſdictionis Eccleſiæ ſint à Chriſto vel à Papa quantum ad inſtitutionem & collationem, 141. 142. 143. 147. 148. 149.
Romanam Eccleſiam eſſe Eccleſiarum matrem non Dominam. 168
Vnicuique Eccleſiæ ſuus prouideatur Preſbiter ab Epiſcopis. 193
Vni Preſbytero vna Eccleſia tantum. 195
In Eccleſia Parochiali Miſſa audienda diebus Dominicis. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206.
De immunitatibus Eccleſiæ Gallicanæ. 244. 245.

*Epiſcopus.*

Epiſcoporum iuriſdictionem eſſe iuris Domini. 8
Epiſcopi à quo poteſtatem iuriſdictionis habeant. 5. 10.
Epiſcoporum poteſtas. 13. 15
Ad Epiſcopos pertinet rerum diuinarum interpretatio. 18
Eccleſia ſuper Epiſcopos conſtituitur. 21
Papa & Epiſcopus deuiabiles à fide. 26
An excludantur Epiſcopi à cognitione & deciſione eorum quæ ſunt fidei. 34
De Epiſcopis. 139. 141. 142, 143. 144. 147. 149. 150. 152. 154.
An Epiſcopi ſint Papæ Vicarii. 158. 159
Epiſcoporum diſtinctio. 161
Si quis contra clericum cauſam habeat, Epiſcopum ipſius adeat. 162
Epiſcoporum iuriſdictio ſeruari debet. 163
Galliæ Epiſcoporum authoritas. 163
Epiſcopus poteſtatem non habet in alterius Diæceſi, 165. 169
An Abbates & Monachi debeant proprio Epiſcopo ſubiici. 167
Papam non eſſe Epiſcoporum dominum. 168
Epiſcoporum poteſtatem eſſe à Deo. 176
Vnicuique Eccleſiæ ſuus prouideatur ab Epiſcopis preſbyter. 193
Preſbyteri ſub Epiſcopis. 194
De Epiſcoporum iuriſdictione. 213. 214. 215. 216

*Eſſe in alio.*

Eſſe in alio tripliciter. 26

*Eumonius.*

Eumonii error vbi conuictus. 69

*Eutycetes.*

Eutycetis prauitas quando reprobata. 69

*Excommunicatio.*

Excommunicandi poteſtatem eſſe de Iure diuino, 66. hæc poteſtas Eccleſiæ data. 76

F

*Fides.*

de Fidei Nicænæ formula. 1
Cuius eſt fidei dubia explanare. 4

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regi ſubditos fidem & obedientiam debere. 9
In dubiis fidei conſulendam Eccleſiam. 17. 19
In cauſis fidei quis iudex infallibilis. 26.30
Papa & Epiſcopus deuiabiles à fide. 26
In his quæ fidei ſunt Concilium errare non poteſt. 30
Fidei deciſio ad Concilium ſpectat. 30
An quæ ſunt fidei ad ſedem Apoſtolicam pertineant ad deciſionem. 33
An excludantur Epiſcopi à cognitione & deciſione eorum quæ ſunt fidei. 34
Eccleſia non poteſt errare in fide. 47
An ſummus Pontifex poſſit errare iudicialiter in his quæ ſunt fidei. 49
Concilium generale iudex eſt doctrinarum fidem tangentium. 89
Ad Concilium vniuerſale vltima fidei deciſio ſpectat. 100
Papam eſſe diſpenſatorem fidei & doctrinæ in Conciliis definitæ. 108
Papam non eſſe regulam fidei. 130. 131. 132. 137
Papa in his quæ ſunt fidei poteſt fallere vel falli. 138
Papa in cauſa fidei ſine Concilio non poteſt decidere. 138

G

*F. Guillou.*

Franciſcus GVillou. 2

H

*Hæreſis.*

HÆreſes & ſchiſmata vnde. 12

I

*Iacobus de Vernant.*

IAcobus de Vernant de defenſione ſummi Pontificis. 2. 4. 7

*Iannes.*

Iannes. 2

*Immunitas.*

De Immunitatibus Eccleſiæ Gallicanæ. 244. 245 260.

*Imperator.*

Imperator. V. Rex.

*Infallibilitas.*

An ſit ſummo Pontifici infallibilitas. 4. 7.
Infallibilitatis duæ ſpecies. 4
Eccleſiæ infallibilitas. 8

*Ioannes Adæ.*

Ioannes Adæ. 122

*Ioannes Angeli.*

Ioannes Angeli. 9. 11, 219

*Ioannes Munerius.*

Ioannis Munerii reuocatio. 144

*Iuriſdictio.*

Iuriſdictionis poteſtas a quo, & in quo, & cui data. 5. 7. 10
Iuriſdictio quid ſit. 34
Iuriſdictionis authoritas Eccleſiæ data. 76. 85
An Iuriſdictionis poteſtates ſint à Chriſto vel à Papa quantum ad inſtitutionem & collationem. 141. 142. 143. 154. 155
De poteſtate Iuriſdictionis. 157. 158. 159

*Ius Canonicum.*

An Papa poſſit ius Canonicum deſtruere & nouum conſtruere. 9. 157. 158. 159

L

*Ludouicus Combont.*

LVdouici Combont reuocatio. 146

*Lutherus.*

Contra doctrinam Lutheri. 112

M

*Macedonius.*

MAcedonii error quando conuictus. 69

*Mambres.*

Mambres. 2

*Miſſa.*

De Miſſa Parochiali diebus dominicis audienda, 200. 201. 202. 204. 205. 206. 210. 211. 212.

*Monachus.*

An Monachi debeant proprio Epiſcopo ſubiici. 167
De Monachis. 230. 231. 232. 233. 234. 236. 238. 240 241.
De Abbatibus & Monachis. 241

*Monaſteria.*

Monaſteria vndique clauſa & muris cincta. 230 231. 232. 334.

N

*Neſtorius.*

NEſtorii Impietas quando iudicata eſt. 69

*Nicænum Concilium.*

De fidei Nicænæ formula. 1

*Nicolaus Quadrigarius.*

Nicolai Quadrigarii reuocatio. 142

O

*Obedientia.*

OBedientiam & fidem Regi ſubditos debere. 92

*Obſtinatus.*

Obſtinatis reſiſtere doctorum eſt. 2

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P

*Pacificus venerabilis.*

PAcificus Venerabilis, 7

*Papa.*

Papalis poteſtas. 5. 7. 10. 11. 13. 27
An Paganiſet qui Papæ contradicit. 11
Papam non poſſe proprio motu abrogare leges Eccleſiæ. 20
Eccleſiam eſſe ſupra Papam. 25
Papa & Epiſcopus deuiabiles à fide. 26
A Papa appellari ad Concilium. 31.
Papæ nomine Eccleſia non definit. 33
Papa auferibilis per Eccleſiam. 34
Papæ poteſtas & authoritas. 34. 36 46 48
Papam eſſe filium Eccleſiæ. 37. 129
Papalis poteſtas non eſt ſuper Concilium. 37
Papam ſubiici Concilio. 38. 101. 115. 123. 129
An poteſtatem infallibilem definiendi, & determinendi à Chriſto Papa acceperit. 39. 40
Papam ſecundum Chriſtum Apoſtolos, & Eccleſiam loqui. 46
Vtrum plenitudo poteſtatis in Papa reſideat. 47
Eccleſiæ legi ſubeſt Papa. 47. 129
Papam poſſe errare & hæreticum eſſe. 48. 49. 101
Papam non eſſe Concilio ſuperiorem. 72. 74. 101 102. 106
An Papa poſſit corrigi & deponi. 73. 86. 87. 119
Papam Conciliis ſubiici. 75. 88. 89. 98. 101
An in nullo caſu à Papa appellari poſſit. 77. 78
A Papa ad Concilium appellari. 82. 83. 85. 95. 102
Papam ſubiici legibus diuinis & Euangelio. 88
An Papa ſubditus ſit fraternę correctioni & Concilio vniuerſali. 102
Papam eſſe diſpenſatorem fidei & doctrinæ in Conciliis definitæ. 107. 108
An Papæ authoritas ſe extendat ad Regis temporalia. 113
Eccleſiæ & Concilii authoritas Papæ comparata. 119, 120
Papam non eſſe ſupra Concilium. 121. 123. 269. 270
De Papæ poteſtate. 123. 124. 125
Papam non eſſe regulam fidei. 130. 131. 132
Papam in his quæ ſunt fidei poteſt fallere, vel falli. 138
Papa in cauſa fidei ſine Concilio non poteſt decidere. 138
An poteſtates iuriſdictionis Eccleſiæ ſint à Chriſto, vel à Papa quantum ad inſtitutionem & collationem. 141. 142. 143. 147. 148. 149
An Papa poſſit ius canonicum deſtruere & nouum conſtruere. 157
Papam non eſſe Epiſcoporum dominum. 168
Papam non eſſe ſupra Eccleſiam. 271
Papa V. Pontifex.

*Parochia.*

De Miſſa audienda in Parochia diebus Dominicis. 200. 201. 202

*Parochialis Miſſa.*

De Miſſa Parochiali. 200 201

*Paſtor.*

Paſtoribus portio gregis adſcripta. 160
Qualis eſſe debet Paſtorum cura. 171
De Paſtoribus Curatis. 174. 175

*S. Petrus.*

S. Petri poteſtas. 13. 14. 29. 31
Petrus à Petra. 16
In Apoſtolis Petrus eſt primus, 16
Petro reſiſtit in faciem Paulus. 25
Petro claues quomodo datæ. 36
S. Petrus primus poteſtatem accepit à Chiſto. 153

*S. Paulus.*

Paulus Petro reſiſtit in faciem. 25

*Paulus Patriarcha.*

Paulus Patriarcha ſolium relinquit & in Monaſterium ſe abdit 58. 59

*Pertinacia.*

Pertinacia quid ſit. 49

*Pœnitentia.*

De vſu Sacramenti Pœnitentiæ. 7. 8

*Pontifex ſeu Papa.*

De defenſione ſummi Pontificis. 2
Propoſitiones ſolertæ ex eadem defenſione. 4
An ſit ſummi Pontificis dubia circa fidem infallibilis veritatis Oraculo explanare ſine Conciliis. 4
Per ſummum Pontificem Papa intelligitur. 6
An poſſit ius Canonicum deſtruere. 9
An ſummus Pontifex poſſit ſimoniam committere. 10. 11. V. Papa.
Summi Pontificis poteſtas. 13. 14. 25. 27
Decreta ſummi Pontificis confirmari ab Eccleſia & Concilio. 19
Romani Pontificis profeſſio. 22
Summum Pontificem eſſe executorem Canonum. 23
Summum Pontificem non exiſtimare ſibi ſoli futuram aſſiſtentiam Spiritus Sancti. 23
An liceat in cauſis fidei à ſummo Pontifice appellare. 26
An ſummus Pontifex poſſit errare iudicialiter in his quæ ſunt fidei. 49. 51
Plures Romani Pontifices fuerunt hæretici. 50. 51

An in nullo caſu à ſummo Pontifice appellari poſſit. 77. 78
Eccleſiæ poteſtas in ſummum Pontificem. 77. 81
Summum Pontificem non poſſe quædam determinare ſine Concilio. 82
Summus Pontifex quomodo habeat poteſtatem Eccleſiæ. 87
Maiorem eſſe poteſtatem in Eccleſia quàm in ſummo Pontifice, 99
Pontifices à Concilio depoſiti. 105
De ſummo Pontifice & eius poteſtate. 123. 124. 125.
Summum Pontificem non eſſe regulam fidei. 130 131. 132

*Poteſtas.*

Poteſtatibus reſiſtentes, 2
An eandem poteſtatem quæ patri & filio communis eſt Chriſtus Petro & ſucceſſoribus dederit. 124
Omnes poteſtates iuriſdictionis Eccleſiæ eſſe à Chriſto. 141. 142. 143, 149. 150
Quot ſint Eccleſiaſticæ poteſtates. 154. 155
De poteſtate iuriſdictionis, 157. 158. 159
Poteſtas Eccleſiæ. V. Eccleſia
Poteſtas Papalis. V. Papa.

*Prælatus.*

Prælatus V. Epiſcopus.

*Preces.*

Precum effectus; 18

*Presbyter.*

Preſbyteris victus & veſtitus debetur. 186
De Preſbytero Parochiali. 188. V. Curatus.
Preſbyteri ad docendas plebes ſint parati. 190
Preſbyter' ad alium locum migrans. 191
Vnicuique Eccleſiæ ſuus prouideatur Preſbyter ab Epiſcopis. 193
Preſbyteri ſub Epiſcopis. 194
Vni Preſbytero vna tantum Eccleſia. 195
De Preſbyteris & Curatis. V. Curatus.

*Princeps.*

Principibus ſubiectio. 245. 246

*Priuilegium.*

De Regularibus Priuilegiis. 215
De Priuilegiis à Papa datis Regularibus 225. 226

R

*Regnum.*

De Regni iuribus. 244. 245. 246. 250

*Regularis.*

De Regularibus priuilegiis. 215
De Regularium priuilegiis ad confeſſiones audiendas. 225. 226. 229. 230.

*Religioſus.*

An Religioſi poſſint audire confeſſiones ſine Epiſcoporum conſenſu. 213. 214. 215. 216. 217. 218
An Religioſi ſuccedant ſeptuaginta duobus diſcipulis. 212

De Priuilegiis Religioſorum. 225. 226. 229. 230. 231
Religioſorum Monaſteria muris cincta. 230

*Reuocatio.*

Gegorii XI. reuocatio & teſtamentum 25

*Rex.*

Regem Chriſtianiſſimum nullum agnoſcere ſuperiorem in temporalibus præter Deum. 9
Regi ſubditos fidem & obedientiam debere. 9
Regibus ſubiectio & obedientia. 244. 246. 248. 250.
De Regis iuribus. 244. 245. 246. 247. 248. 260. 262

S

*Sacerdos.*

Sacerdoti victus & veſtitus debetur, 186. V. Curatus.
Sacerdotes ad docendas plebes ſint parati. 190
Sacerdos ad alium locum migrans. 191
De confeſſione facienda proprio Sacerdoti. 217. 220 231. 233.
De proprio ſacerdote. V. Curatus.

*I. Saraſin.*

Ioannis Sarraſin inſtrumentum reuocationis de certis propoſitionibus per ipſum male prædicatis. 5. 7
Reuocatio F. Ioannis Sarraſin. 10. 11

*Schiſma.*

Schiſmata quis inuenit. 12

*Senes.*

Conſulendum eſt ſeniores. 18. 19

*Simonia.*

An ſummus Pontifex non poſſit Simoniam committere. 6. 10. 11

*Spiritus Sanctus.*

Spiritum ſanctum Eccleſiæ & Conciliis præeſſe. 67, 68, 70

*Subditus.*

Regi ſubditos obedientiam debere. 9

*Subiectio.*

De Subiectione Curatis & Epiſcopis. 177. 17
D ſubiectione Regibus & Principibus V. Rex. Princeps.

T

*Thomas de Corſellis.*

Thomas de Corſellis Doctor Pariſienſis, 71

*Tunica.*

Tunica Chriſti indiuiſa. 14

V

*Vernant.*

Vernant. V. Iacobus Vernant.

*Veſtis.*

Veſtis Chriſti indiuiſa. 14

*Virtus.*

Virtus rara eſt. 233

*Vnanimitas.*

Vnanimitati Deus multùm tribuit. 14

*Vnitas.*

Vnitas fidei & Eccleſiæ. 15

# INDEX

## CAPITVM GENERALIVM, SIVE CAPITA Generalia.


I.

*DE Poteſtate & Hierarchia Eccleſiaſtica & Religioſis mendicantibus in librum Iacobi de Vernant.* 1.2.3.4.

II.

*De Eccleſia & Conciliis in librum Iacobi de Vernant.* 4.5

III.

*Inſtrumentum Reuocationis factæ de mandato & ordinatione Facultatis Theo. Pariſ. per fratrem Ioannem Saraſin prædicatorem de certis propoſitionibus per ipſum malè prædicatis contra ſacram doctrinam.* 5.10.11

IV.

*Quædam propoſitiones depromptæ ex libro, cuius titulus eſt,* Le Pacifique veritable.

V.

*Declaratio M. Franciſci Guillou facta occaſione aliquot propoſitionum in ſuis theſibus minoris ordinariæ contentarum, quas S. Facultas per ſuos deputatos deleri curauit.* 8

VI.

*Cenſura quarundam propoſitionum fratris Ioannis d'Angeli.* 9

VII.

*Cenſuræ veritas confirmatur authoritate ſacræ ſcripturæ, Conciliorum, ſanctorum Patrum Eccleſiæ, & veterum Theologorum. Pro prima & ſecunda propoſitione.* 12

VIII.

*Hæreſes contra Vniuerſalem Eccleſiam, generale Concilium, & ſedem Apoſtolicam.* 33.34

IX.

*Cenſuræ veritas confirmatur authoritate Conciliorum, ſanctorum Patrum Eccleſiæ, & veterum Theologorum pro tertia propoſitione.* 39

X.

*Cenſuræ veritas confirmatur authori-*


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tate Sacræ Scripturæ, Conciliorum, ſanctorum Patrum Eccleſiæ, & veterum Theologorum. Pro quinta propoſitione. 67.

XI.

Cenſuræ veritas confirmatur authoritate Conciliorum, ſanctorum Patrum Eccleſiæ, & veterum Theologorum. Pro ſexta propoſitione. 78

XII.

Cenſuræ veritas confirmatur authoritate Conciliorum, & veterum Theologorum. Pro ſeptima propoſitione. 117

XIII.

Cenſuræ veritas confirmatur authoritate Sacræ Scripturæ, Conciliorum, ſanctorum Patrum Eccleſiæ, & veterum Theologorum. Pro octaua propoſitione. 125.

XIV.

Cenſuræ veritas confirmatur authoritate Conciliorum, ſanctorum Patrum Eccleſiæ, & veterum Theologorum, pro nona propoſitione. 131

Collegii Societatis Jesu Padibornæ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th
1541a